Digitized by Google

Xenophon Ephesius

Xenophon

XENOPHONTIS EPHESII

DE

ANTHIA ET HABROCOME

EPHESIACORUM LIBRI V.

XENOPHONTIS EPHESII

DE

ANTHIA ET HABROCOME

EPHESIACORUM LIBRI V.

GRAECE ET LATINE

RECENSUIT, ADNOTATIONIBUS ALIORUM
ET SUIS ILLUSTRAVIT

PETRUS HOFMAN PEERLKAMP,

GYMNASII HARLEMENSIS RECTOR.

HARLEMI
APUD VIDUAM ADRIANI LOOSJES P. F.
MDCCCXVIII.

PETRUS HOFMAN PEERLKAMP

P. S. D.

VIRIS AMPLISSIMIS

JANO VAN STYRUM,

JANO VAN WALRÉ,

JOSEPHO CHRYSOSTOMO BERNARDO BERNARD,

ABRAHAMO DE VRIES,

GYMNASII HARLEMENSIS CURATORIBUS.

Quae me causa ante duodecim fere annos impellebat ut Curatoribus Gymnasii Doccumensis Orationem de Xenophonte Ephesio observationumque Criticarum Specimen dedicarem, eadem nunc ego permotus, novam ejusdem scriptoris editionem vobis dedicavi. Nam vos etiam multis mihi nominibus estis cari. Ut enim caetera omittam, quae praedicare hic alienum sit, quanti a me facienda est liberalis illa et sapiens ratio, quam in omnibus consiliis sequimini? Quod Scholae vestrae discentium numero et disciplina floreant, quod docentes laeti et alacres nostro fungamur

offi-

officio, hoc inprimis isti consiliorum rationi tribuite. Quare hoc a me munusculum lubentes accipite, ipsum tenue, sed magnum, si animo, quo dedi, metiamini. Agnoscetis certe ex eo, mihi nec animum erga vos gratum, nec voluntatem gloriae Gymnasii Harlemensis tuendae defuisse. Valete, viri amplissimi, et, quod facitis, me amate. Harlemi V. ante Kal. Mart. MDCCCXVIII.

J. CASPERII

SPECIMEN DISSERTATIONIS

DE

XENOPHONTE EPHESIO.

- - - „ arbusta juvant, humilesque myricae."

P. VIRGILIUS *Eclogo* 4. v. 2.

J. CASPERII

SPECIMEN DISSERTATIONIS

DE

XENOPHONTE EPHESIO.

---

§. I. *De iis, qui Xenophontis hujus meminerunt, cum ediderunt, interpretati sunt, et illustrarunt.*

Mirum est, Photium Xenophontis Ephesii nullam mentionem facere, licet Eroticos scriptores ceteros in Bibliotheca sua non praetermiserit. Solus itaque veterum ejus meminit Suidas his verbis: Ξενοφῶν Ἐφέσιος. Ἐφεσιακά. ἔστι δὲ ἐρωτικὰ βιβλία ί περὶ Ἀβροκόμου καὶ Ἀνθίας, καὶ περὶ τῆς πόλεως Ἐφεσίων, καὶ ἄλλα. Jam est a Salvinio animadversum, apud Suidam corruptam esse numeri notam, atque legendum βιβλία έ. Altum deinde fuit de hoc scriptore silentium usque ad Angeli Politiani tempora, qui *Miscellaneorum* cap. XI. locum ex eo exscripsit, vocatque hunc Atheniensi illo non insuaviorem. Locus hic Politiani non fugit modo Vossii et Grotii diligentiam, illius Opere *de Historicis Graecis*, hujus *Comment. ad Ephes.* IV. v. 29. sed et quod mirum, et a Salvinio non animadversum, Huetii ipsius curiosam circa haec industriam libello *de fabulis Romanensibus*. Existimarunt siquidem, Xenophontis hujus scripta penitus interiisse. Conjectura etiam fefellit Grotium et Huetium, qui scriptoris nostri libellos lascivos, et ad epopoejae leges exactos fuisse arbitrabantur. Primus post Politianum libros hos adhuc exstare Florentiae deprehendit vir longe celeberrimus Bernardus Montfaucon *Itineris Italici* p. 365. Post eum de Xenophonte edendo cogitavit Gisber-

tus

tus Cuperus, teste Fabricio *Bibl. Graec.* Tom. 14. praef. Italice deinde ab Antonio Salvinio doctissimo viro versus est, ejusque interpretatio Londini edita anno MDCCXXIII. Postremo Ant. Cocchius vir eruditus Graece et Latine eumdem Londini edidit anno MDCCXXVI. Spem praeterea fecerunt Acta eruditorum Lipsiensia, eum cum Charitone Aphrodiseo, qui Florentiae adhuc in tenebris latet, a Cl. Brenemanno rursus editum iri. Meminerunt quoque Xenophontis nostri Trevoltinae Ephemerides. Plurima ejus loca emendantur et illustrantur in *Miscellaneis observationibus in veteres scriptores*, quae apud Batavos eduntur. Ferunt et Salvinium latinam interpretationem molitum esse. Anglice quoque a Roockio est conversus. Aliane vero scripserit Xenophon praeter libros hos, dubitari posset ex Suidae verbis, quae eum de urbe Ephesiorum, aliisque commentatum fuisse significare videntur. Verum illa ita accipi possunt, Ephesiacorum libellum, praeter Abrocomae et Anthiae amores, plurima quoque de Ephesiorum urbe aliisque memorare, haud secus atque Xenophontes Babylonius et Cyprius, et Aristides Milesius libros Βαβυλωνιακῶν, Κυπριακῶν, et Μιλησιακῶν, scripserunt, Heliodorus vero Aethiopicorum.

§. II. *De Xenophontis Ephesii aetate.*

Nulla existimat Salvinius *Epist. edit. Ital. praemissa* in scriptoris hujus opere deprehendi posse aetatis ejus vestigia. Cocchius vero *Epist. ad Theophil. Hastingum*, et Fabricius *Praefat.* Tom. XIV. *Bibl. Graec.* Heliodoro atque Achille Tatio antiquiorem faciunt, aut certe aequalem. Nulla tamen sententiae suae argumenta proferunt. Praeterea Heliodori et Achillis Tatii aetas valde incerta est, ut parum id ad Xenophontem, atque tempus quo scripsit investigandum conducere possit. Nobis videtur circa Antoninorum tempora, post devictum tamen a Severo Pescennium Nigrum, floruisse. Etenim primus Eroticarum Historiarum scriptor Antonius Diogenes fuit, qui teste Photio *Biblioth. Cod.* 166. circa Alexandri M. tempora vivebat, quidquid Vavassor *lib. de ludicra dictione* cap. 9. secus existimaverit, merito

rito

rito ab aliis reprehensus. Ad posteriora itaque tempora spectat Auctor noster. Sed nec regnantibus M. Alexandri successoribus floruit, quum Praefecti Augustalis in Aegypto mentionem faciat lib. 4. p. 56. 58. 59. 67 et 70. Ἄρχοντος τῆς Αἰγύπτου, καὶ διοικοῦντος τὴν Αἴγυπτον. Constat vero ex Suetonio *Octavio* cap 18. Dione *Hist.* lib. 53. et ex Pandectarum Titulo *de Praefecto Augustali*, Magistratum hunc ab Augusto primum fuisse institutum. At, Xenophontem longe post Augusti tempora scripsisse, illud demonstrat, quod meminerit non uno loco navigationis et commercii inter Aethiopiam et Indos lib. 3 p. 52. et sqq. Testatur autem Plinius, recentiorem fuisse hujus commercii notitiam. Ait enim lib. 6. *Nat. Hist.* cap. 22. *Nobis diligentior notitia Claudii principatu contigit*, et cap. 23. *Nunc primum certa notitia patescente.* Ex his locis conficitur, navigationem hanc circa Titi tempora in vulgus primum notam fuisse. Quare nec Xenophon Tito antiquior erit. Trajano vero non majorem esse illud est argumento, quod Perilaus ab eo appelletur τῆς εἰρήνης τῆς ἐν Κιλικίᾳ προεστὼς, et rursus ἄρχειν ἐχειροτονήθη τῆς εἰρήνης τῆς ἐν Κιλικίᾳ. lib. 2. pag. 36. et sqq. lib. 3 p. 50. quem locum Salvinius ita est interpretatus: *Presidente della pace*; et Cocchius: *Praefectus paci servandae.* Uno verbo dicere poterant, fuisse *Irenarcham.* Nemo vero ignorat, nullam Irenarcharum inveniri mentionem ante Trajani imperium. Vetustissimum enim, quod eorum meminerit, monumentum est Epistola Ecclesiae Smyrnensis, Polycarpi supplicium describens. Huic succedunt rescripta quaedam Hadriani et Antonini Pii apud Martianum lib. 6. *D. de custodia reorum*, atque testimonium Aristidis Sophistae apud Usserium ad Acta Polycarpi. Irenarchae sublati fuerunt A. C. 409. sive Honorio VIII. et Theodosio III. AA. COSS. *L. unica Cod. Theodos de Irenarchis.* Facile itaque inde ducitur, Xenophontem ante Honorium et post Trajanum atque Hadrianum, aut summum his regnantibus scripsisse. Verum Anonymus auctor *Observationum* ad hunc Xenophontem in *Miscellaneis* Collectionis Batavae Vol. 5. Tom. 1. p. 26. contendit, loca haec de Irenarchis non esse accipienda, sed Perilaum magistratum gessisse *Irenopoli* Ciliciae urbe latronibus persequendis destina-

 tum,

tum, quod munus, si eum audiamus, Irenarcharum non erat. Nititur is repetitione articuli τῆς εἰρήνης τῆς ἐν Κιλικίᾳ, qui, ait ipse, utique redundaret, si Xenophon Irenarcham tantum designasset. Verum, quum intelligat, Irenopolim numquam Εἰρήνην appellatam fuisse, tuetur se exemplis aliis, ut *Trajanae* loco Trajanopolis. Ipse tamen conjecturis suis diffidit. Fatetur enim Perilaum non Irenopoli sed Tarsi sedem suam habuisse, quod ex lib. 2. p. 36. et sqq. videre est. Praeterea Marcianus dicta *L. 6. D. de custodia reorum* ait: „Irenarchae, quum apprehenderint latrones, interro„gent eos de sociis et receptatoribus." Ex quo loco patet, non alterius Magistratus, sed Irenarcharum fuisse latrones et viarum grassatores persequi et apprehendere. Idem probari potest locis a Brissonio *de Verbor. significat.* ex Augustini Epist. 159 et 160. allatis, unde intelligimus, Circumcellionum crimina ad Irenarchas fuisse delata. Circumcelliones vero latrocinatos fuisse, ostendit Ittigius *Hist. Donatist.* cap. 79. 80. 81 et 82. Quin et articulum, quo potissimum fundamento nititur Anonymus, hoc loco redundare non existimamus. Demonstrat enim non quemcumque Irenarcham, sed eum, qui in Cilicia eo munere fungebatur. Etsi autem fatendum sit, eam esse vim articuli, ut, si repetatur, amplius quid, quam, si semel positus esset, significet: attamen tanta non est, ut ubique novum aliquid et inexpectatum subesse sit existimandum. Ita Attici ea repetitione saepe utuntur elegantiae praecipue caussa. Veluti apud Aelianum lib. 2. *Var. Hist.* cap. 40. Πίθηκος δὲ καὶ ἐλέφας, ἐὰν οἴνου πίωσιν, ὁ μὲν τῆς ἀλκῆς ἐπιλανθάνεται ὁ ἐλέφας, ὁ δὲ τῆς πανουργίας. Vide ibi Perizonium, et Vigerum *de Idiotismis* cap. 1. reg. 1. Poetae vero saepe repetunt articulos, quod quaedam major in eo venustas inesse videatur. Consule H. Stephanum ad Anacreontem carm. 40. v. 14. Alias, si Anonymo fides esset habenda, locus ille Xenophontis nostri lib. 2. p. 37. de quo postea agemus, ubi Salvinii interpretationem sub examen revocabimus, ἐν πρὸ πολλοῦ τοῦ ἄντρου τοῦ λῃστρικοῦ, non ita esset legendus, sed τοῦ Ἰσσικοῦ, ut male Salvinius vertit. Fortasse etiam non quemcumque Ciliciae Irenarcham, sed eum qui Tarsi Metropoli Ciliciae urbe eum magistratum gerebat, designare

Xeno-

Xenophon voluit. Singulae enim urbes singulos Irenarchas habebant. Saepè autem totius provinciae nomine pro principe urbe abutimur, fere ut Athenae Ἑλλάδος Ἑλλὰς in Euripidis Cenotaphio dicuntur. Quod si alicubi Trajanopolis *Trajana* dicta est, vox *Colonia* subauditur, quod vel ex Itinerario Antonini colligimus. Tutum etiam non est, ubi de vocibus et locorum praesertim nominibus agitur, hujusmodi argumentum. Neque enim sola similitudo et analogia spectanda est, sed usus maxime qui in his dominatur, et pro varietate locorum varius esse potest, est respiciendus. Aliis itaque veterum locis probare debuisset Anonymus, Irenopolim Ciliciae urbem Εἰρήνην dictam quoque fuisse. Postremo capitalis est locus lib. 3. p. 60. qui universas Anonymi rationes subvertit. Ait ibi Xenophon: ἀνὴρ, τῶν τὰ πρῶτα δυναμένων ἄρχειν ἐχειροτονήθη τῆς εἰρήνης τῆς ἐν Κιλικίᾳ. Si enim loco hoc Εἰρήνη, ut scribi jubet Anonymus, urbis esset nomen, vertere oporteret, *Perilaum virum e primoribus electum fuisse Praefectum urbis Irenopolis in Cilicia.* Verum id saeculorum illorum consuetudini adversatur. Mos enim singulis oppidis Praefectos seu Magistratus alios praeficiendi Romanis ignotus fuit, atque barbaris Principibus, qui in Romanorum locum successerunt, originem debet, ut ostendit Grotius *Proleg. in Procopii Gothica.* Hinc illae Lactantii querelae de Diocletiano: „Et „ut omnia terrore complerentur, provinciae quoque in frusta concisae, „multi praesides, et plura officia singulis regionibus, ac paene jam civita„tibus incubare." *Lib. de mortib. persecut.* cap. 7. Etenim sub Romanorum dominatione Provinciarum urbes a Metropoli pendebant, ubi Praeses aut Proconsul sedem suam habebat, neque magistratus alios nisi Decuriones noverant, si eas, quae αὐτονόμοι dicebantur, excipias, quibus sui erant Archontes et Demarchi. Proconsules enim provinciam circumibant, et singulorum controversias ipsi cognoscebant, quod *forum habere* dicebatur. Haec quidem notiora sunt, quam ut hic commemorari debuerint Verum praetereunda esse non duximus ut eo clarius constaret, Perilaum Irenopoli Magistratum non gessisse. Quin etiam vox illa ἐχειροτονήθη indicat, eum Roma missum non fuisse, ut Praesides, sed a civibus suis electum; quod sane

sane apte cadit in Irenarchas, qui juxta Imper. Honorium *L. unica Cod. de Irenarchis* a Decurionibus eligebantur, et a Provinciae Praeside confirmabantur. Quod si Decurio tantum aut Latrunculator, seu ληστοδιώκτης Irenopolis fuit Perilaus: quomodo ait Xenophon, eum urbi illi praefuisse? Neque enim tanta erat potestas Decurionum aut Latrunculatorum, ut urbem aliquam regere dici possent. Satis itaque hactenus, ni maxime fallor, rejectis Anonymi suspicionibus, illud inde consequitur, Xenophontem ante Trajani imperium non floruisse. Quare ad Antoninorum tempora eum pertinere contendimus. Etenim postquam Hadrianus Athenas, litterarumque studia restituisset, suoque exemplo homines ad litteras amplectendas excitavisset, ingens exstitit scriptorum multitudo sub ejus et Antoninorum imperio. Atque, cum, toto terrarum Orbe pacato, ingenia longo otio emollita luxuriarentur, fere evenit, quod est a Plauto animadversum *Truculentum* Act. 1. Scen. 1. v. 55.

„In magno populo, in multis hominibus,
„Re placida atque otiosa, victis hostibus,
„Amare oportet omnes, qui, quod dent, habent."

Saeculi hujus mores exprimunt ejus aetatis scripta eroticis, et admirandis narrationibus referta. Commemorare sufficiat Lucium Patrensem, Jamblichum, Apulejum, atque eum, qui superiores salse deridet, Lucianum. Itaque, quum ingens scriptorum ejusmodi proventus ea aetate fuerit, suadet praeterea egregia, quae in Xenophontis libello conspicua est, stili simplicitas atque elegantia, ut huic potissimum tempori eum attribuamus. Certe Heliodori praesertim stilus, etsi eum merito a Photio commendari non ignoremus, ornatior tamen est et exquisitior, quod Constantiniano Saeculo magis congruit. Praeterea eventus complures apud eosdem leguntur, quos quovis pretio a Xenophonte fuisse sumtos contenderim. Si vero de Longi Pastoralium scriptoris aetate certi quid innotesceret, conjecturam inde ducere liceret ad Xenophontis tempus investigandum, quum juxta Anonymi monitum multa intercedat huic cum nostri stilo similitudo. Verum

his

his sepositis alia supersunt, unde conjicere liceat Xenophontem Constantinianis temporibus longe majorem fuisse. Pluribus enim libelli hujus locis Ephesus ut florentissima civitas, Ephesiaeque Dianae cultus, dum haec auctor scriberet, ut maxime celebratus describuntur. Constat autem ex Jornandis testimonio *Rerum Gothic.* cap. 20. Dianae Ephesiae templum Gallieno Imperante A. C. 262. direptum et incensum fuisse. Dubitant viri docti, fueritne templum hoc post Gothicam calamitatem denuo restitutum, et Constantini demum jussu, ut quidam existimant, prostratum. At fidem superat tantum aedificium unius et sexaginta annorum interval'o potuisse restitui. Erat enim opus immensi pretii, quod inter Orbis totius admiranda numerabatur, ut testatur Philo Byzantius, et Pausanias lib. 4. cap. 3. *Messen.*, quo loco ait, *templum hoc cetera hominum opera longe superavisse.* Ita et Dionysius Periegeta v. 829. vocat Περιώσιον ἀνδράσι θαῦμα. Vide et Solinum cap. 43., ubi ait, Xerxem huic soli templo pepercisse, et Plinium testantem, id ducentis, vel, ut alii volunt, quadringentis viginti annis factum a tota Asia. Lib. 46. cap. 19. et lib. 16. Novum illud vero, quod post Herostrati incendium conditum est, veteri magnificentius fuisse refert Strabo Lib. 14. Itaque Minutius Felix *Octav.* Dianae hujus meminit, quasi cultus ejus, dum scriberet, vigeret. Ait siquidem: „Diana interim est alte succincta venatrix, et Ephesia mammis „multis et verubus extructa," ad quae verba videri potest elegantissima Lucae Holstenii dissertatio. Floruit vero Minutius Felix saeculo a Christo tertio ineunte, antequam Gothi Ephesino templo cladem illam inferrent. Contra Arnobius, qui sub ejusdem saeculi exitum vivebat, satis aperte innuit, templum hoc sua aetate prostratum jacere, quod barbarorum devastationi tribuere videtur. Etenim lib. 6. *adversus Gentes*, postquam plura alia templa, quae amplius non extabant, commemorasset, ait: „Ubi Diana cum Epheso? Infiniti operis res esset in toto orbe descri- „bere, quae sint fana convulsa terrae motibus et tempestatibus, quae in- „censa ab hostibus. . . . . Nunc vero, quia cassa sunt, et nullis habita- „toribus tecta, habet in illis fortuna jus suum." Quo loco videre est,

Dianae Ephesiae templum inter ea, quae amplius non extabant, recenseri, atque non ut Sybilla falso praedixerat apud Clementem Alexandrinum *Protreptico* p. 44. edit. *Oxon.*, terrae motibus aut tempestatibus periisse, sed ab *hostibus*, seu Gothis, *fuisse incensum*. Eadem de caussa Eusebius lib. 3. *de Vita Constantini Imp.* templa commemorans eo jubente diruta, nullam Ephesini mentionem facit, quod sane, ut omnium toto Orbe celeberrimum nisi jam pridem periisset, non praetermisisset. Itaque, quum Constantinus A. C. 323. edicto suo mandavit, ut Gentilium templa diruerentur, Ephesinum amplius non extabat. Aliam conjecturam, ut Xenophontem hunc Constantino antiquiorem existimem, inde duco, quod lib 4. p. 56. crucis supplicii meminerit, quod a Constantino, teste Aurelio Victore, abolitum fuerat. Postremo ad aetatem scriptoris hujus investigandam non inepte argumentum sumi potest ex antiquis urbium appellationibus, quod et Anonymo animadversum video *Miscel. Observ. in vet. auct.* Vol. 5. tom. 5. p. 52. collectionis Batavae. In hunc censum tres urbes refero *Byzantium*, *Mazaca* et *Perinthum*. Ita et Tenullius putavit, Agathemerum inter Geographos minores Gronovii ante Constantinum scripsisse, quod notam illam Thraciae urbem perpetuo *Byzantium*, non Constantinopolim appellet. Meminit vero hujus urbis Xenophon sub libri tertii exordium. *Mazaca* autem urbs erat longe princeps Cappadociae, quae Tiberio imperante *Caesarea* est appellata. Neque tamen nova haec appellatio ubique statim est recepta, quum Plinius lib. 6. cap. 3. utroque nomine utatur. Sed Julianus Imperator, ut refert Sozomenus lib. 5. cap. 4. hujus urbis civibus infensus mirum in modum eam vexavit, atque A. C. 362. ex urbium syllabo tolli mandavit. Quod sane descriptioni a Xenophonte factae non convenit, qui lib. 3. pag. 38. ait fuisse urbem μεγάλην καὶ καλὴν, atque ibi οἰκεῖν ἄνδρας εὐδαίμονας lib. 2. p. 37. Haec itaque ad Constantinianum saeculum non spectant. *Perinthus*, quae postrema est earum, de quibus dicere proposui, sita erat in ea Thraciae parte, quae Propontis dicebatur. Hinc Xenophon lib. 3. pag. 39. ait: Πλησίον δὲ τῆς Θρᾴκης ἡ πόλις. Neque

enim

enim infrequens est, ut Thracia a Propontide sejungatur, veluti apud Catullum *Carm.* 4. v. 8 et 9.

„Rhodumve nobilem, horridamve Thraciam,
„Propontida, trucemve Ponticum sinum."

Nisi mavis hic ipsum mare intelligi. Addit eodem loco Xenophon, Perinthum fuisse celleberrimam et cives beatos: ἀκούεις δὲ καὶ τὴν Πέρινθον, ὡς ἔνδοξος, καὶ τοὺς ἄνδρας, εὐδαίμονες. Haec ad ea tantum tempora referri possunt, quae Severi regnum sunt subsequuta, Constantini autem praecesserunt. Nemo siquidem ignorat, Byzantium a Severo Perinthiis fuisse attributum, eaque ratione Perinthum totius Thraciae Metropolim habitam esse, donec Constantinus sede Byzantii posita eaque de suo nomine appellata, eamdem supra reliquas omnes extulerit. Haec itaque urbs *Herac'ea* etiam vocata est. Mira est scriptorum circa hujus appellationis originem dissensio Sunt enim quidam, qui existimant, eam prius Heracleam quam Perinthum appellatam fuisse. Verum Auctor Observationum ad hunc Xenophontem Vol. 5. *Miscell.* Tom. 3. pag. 50. veterum testimoniis ostendit, eam antiquissimis temporibus Perinthum esse dictam. Certum itaque est, Heracleae nomen sub Romanis Imperatoribus incepisse. Cujus vero imperio id sit tribuendum, rursus dubitatur. Videtur quidem Ptolemaeus apud Cellarium *Geogr. antiq.* lib. 2. cap. 15. num. 50. utrumque nomen ei tribuere. Unde consequeretur, Heracleae appellationem ad Marci usque Aurelii tempora pertingere. Verum Cellarius voces has ἤτοι Ἡράκλεια recentiore manu adscriptas fuisse suspicari videtur, quum in nummis Severi et Getae adhuc Peri hu s dicatur. Addere poterat Inscriptionem veterem apud Sponium Tom. 1. *Itiner.* pag. 302. ad Severi tempora pertinentem: Ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος Νεωκόρων Περινθίων. Quin et scriptores omnes, qui belli inter Severum et Nigrum meminerunt, Perinthi nomine utuntur, et Herodianus lib. 3. cap. 6. aliique a Boeclero relati *ad Herodiani* lib. 3. cap. 1. Quare Spanhemius *de usu et praest. numismat. Dissert.* 9. cap. 1. p. 578 et sqq. nominis hujus originem ad Constantinopolitanos Imperatores

 refert,

refert, atque Trajani et Gordiani nummos Heracleam Ponticam spectare judicat. Contra Wesselingius ad Antonini Itinerarium pag. 323. nomen hoc Constantino antiquius esse putat, atque sub Aureliano aut Maximiano Herculio initium habuisse. Sub Gallieno enim veteri adhuc appellatione eam urbem usam esse ostendit. Maximiani Herculii temporibus ipse quoque aliquando tribuebam, permotus Inscriptionibus apud Gruterum Tom. 1. pag. 168. locisque aliquot veterum apud Spanhemium quoque obviis *Dissert.* 12. cap. 12, pag. 494. Verum, ut Wesselingio, quod ejus inter Herculium et Aurelianum ancipitem animum attinet, non assentiar, atque ut a priore mea sententia discedam efficit vetus Inscriptio ad Aureliani tempora pertinens, ubi Heracleae nomen legitur, apud Auctorem observationum in Inscriptiones Wehleri et Sponii *Miscel.* Vol. 3. Tom. 1. p. 203 et 204. Unde quoque colligere licet, falsum fuisse Anomymum *cit.* Vol. 5. Tom. pag. p. 50. dum ait, appellationem hanc Aureliano posteriorem esse. Ex quibus omnibus illud conficio, Xenophontem ante Aurelianum floruisse. Ii enim, qui post hunc Imperatorem scripserunt, ut Lactantius, Zosimus, Ammianus Marcellinus, Vopiscus, aliique aut Heracleam semper appellant, aut utrumque nomen conjungunt. Haud immerito igitur Xenophontem ad Antoninorum tempora spectare diximus, quod aetas illa ab Aureliani aevo non admodum distet (sunt enim ab Alexandri Severi morte ad Aureliani initium anni omnino quinque supra triginta) eamque scriptoribus hujusmodi abundasse certum sit Suboriri posset cuipiam dubitatio, Xenophontem fabulam suam ita contexuisse, quasi pluribus saeculis ante suam aetatem acta fuisset, atque sedulo in narrationibus vitasse, quidquid novitatem scribentis prodere posset. Id a pluribus factum ultro fatemur. Neque tamen suspicione hac argumentorum meorum vim frangi puto. Frustra enim esset, qui in antiquitatibus investigandis eadem ratione, qua apud Geometras, rem geri caperet. Satis est, argumenta a me prolata evincere, Xenophontem, si tempora se antiquiora, Poëtarum more, dataque opera non sit imitatus, ea qua dixi aetate omnino floruisse. Etsi harum litterarum periti non ignorent, difficillimum esse antiquiorum temporum mores

mores et ritus ita referre, ut nullum novitatis supersit indicium. Alias numquam a rebus, quae a scriptore quodam referuntur, ad ejus aetatem explorandam arguere liceret, quod nemo sanus somniaverit.

§. III. *Loca quaedam Salvinianae interpretationis notata.*

Describit Xenophon lib. 1. p. 10. thalamum nuptialem Anthiae et Abrocomae qui tectus erat quodam veluti tentorio. Huic persimilis extat descriptio apud Catullum *Carm. de Nuptiis Pelei et Thetydos* v. 47. et sqq. Spectabatur ibi Mars inermis arte Babylonica expressus, qualis et a Lucretio refertur *De R. N.* lib. 1. v. 33 et sqq. Addit Xenophon, visos ibi fuisse amores στρουθοῖς tamquam equis insidentes: ἱππεύοντες ἀναβάται στρουθοῖς. Salvinius vertit: *Cavalcando sopra Struzzi* p. 12. Non ignorabat utique Salvinius, vocem hanc στρουθὸς utrumque aeque indicare posse, et passerem, et strutheocamelum, immo vi sua, atque si originem et naturam spectes, tam a Graecis quam a Latinis ad passerem potius referri. Etenim, quum strutheocamelum designare volebant, circumloquutione plerumque utebantur, quod et in aliis animantibus peregre advectis fere usurpabant. Deficiente enim Latina aut Graeca voce, quae eas signaret, trito alio vocabulo a notissimis animantibus sumto, addito loco unde adveniebant, utebantur. Notiora sunt exempla, quam ut operae pretium sit plura in medium adducere. Proferam tamen Herodiani locum lib. 1. cap. 15. ταῖς Μαυρουσίαις . . . ἐπαφιεὶς βέλη . . . ἐκαρατόμει. Unde colligitur, vocem hanc secundum nativam suam significandi potestatem, et solitarie sumtam, passerem tantum notare. Videatur etiam Aelianus *Var. Hist.* lib. 13. cap. 31. et Athenaeus lib. 9. Δειπνοσοφ. Apud quem Aristotelis et Alexandri Myndii testimonia legi possunt, ubi et animadvertit ex Nicandro passeres in Elide δειρίτας peculiari voce dictos fuisse. At Hesychius v στρουθὸς putabat, Atticos ad strutheocamelum indicandum ea usos fuisse. Nec diffitendum, Aristophanem *in Acharnens.* v. 1107. atque *in Avibus* v. 875., veluti

 paullo

paullo post demonstrabo, ita esse loquutum. Verum id adeo constans non est, quin aeque multa exempla pro contrario usu adduci possint; veluti ex ejusdem Poëtae *Lysistrata*, quem locum paulo post commemorabo, ad quem Florens Christianus annotavit, sententiam petere, ut de passere intelligatur. Idem patet ex ejusdem Comoediae v. 579. στρουθῶν νέφος, atque ex *Vespis* v. 207. Sed et Varinus contendit, hanc vocem praecipue Troglytidem significare. Sane varietatis hujus caussa alia non est, quam ea, quae superius est indicata, peregrinas scilicet aut minus notas animantes, petito ab aliis frequentioribus et domesticis vocabulo, esse designatas; fere ut Graeci ἀκρόδρυα mala cujuscumque generis, et δρυὰς plantas omnes appellaverunt. Hinc si scriptoris cujusdam locus sit explicandus, quid ejus loci sententia exigat, potissimum spectare oportet. Videtur itaque Salvinius existimase, Xenophontem hoc loco strutheocamelos in tentorio illo expressos narrare, quod hi ob corporis molem aptiores essent, quibus Amores tamquam equis insiderent. Sed fefellit ratio Salvinium. Neque enim Poëtae et Pictores naturae se legibus tam arcte constringi patiuntur. Satius itaque fuisset, si passeres nimis pusilli Salvinio videbantur, quibus Amores inequitare possent, tales hos sibi fingere, quales minutis passerum corpusculis responderent. Notissima sunt exempla Myrmecidae Malesii et Callicratis Lacedaemonii, et si qui alii ejusmodi sunt λεπτοτεχνῖται. Neque exempla similis licentiae accuratius inquirenti defuissent. Certe Anacreon *Carm* 33. cujus initium est: Σὺ μὲν φίλη χελιδὼν, fingit innumeros amores avicularum instar nidum intra cor suum posuisse. Nec Italica Poesis ab hac consuetudine abhorret. Satis sit locum ex Torquati Tassi Amynta adscribere:

„Picciola è l'ape, e sa con picciol morso
„Pur gravi e pur moleste le ferite.
„Ma qual cosa è più picciola d'Amore,
„Che'n ogni breve spazio entra e s'asconde?" κ. λ.

Quod

Quod vir elegantissimus ex Theocriti Ἔρωτος κηριοκλέπτου hausit. Rejecta itaque Salvinii interpretatione Cocchii alteram magis probamus, qui pag. 9. ita reddidit: *alii passeribus tamquam equis insidebant.* Salacissimi enim sunt natura passeres, ut apte tempori atque loco, quo a Xenophonte adhibiti sunt, accommodari possint. Quo respexit liberi Carminis Auctor dum ait:

„Vernis passeribus salaciores."

Huc etiam referri potest locus Aristophanis *Lysistrata* v. 724 et 325. τὴν δ' ἐπὶ στρουθοῦ μίαν, qui licet obscurior videatur, apertior tamen fit, si sententiam consideres, quae de libidinosis mulieribus agit. Hinc vetus Scholiastes ad haec verba ait: παρ' ὅσον τὸ ὄρνεον θερμὸν εἰς συνουσίαν. Gruterus ad Plautum *Bacchid.* Ac. 1. Scen. 1. v. 35. contendit, eadem ratione explicandum locum alium Aristophanis *Avibus* v. 875. καὶ στρουθῷ, inquit Poëta, μεγάλῃ μητρὶ θεῶν καὶ ἀνθρώπων. Sed fefellit Gruterum opinio. Scholiastes enim vetus ad eumdem locum merito ait, accipiendum illum esse de strutheocamelo, et Poëtam ludere circa Cybeles et volucris hujus nomina, quod Cybele *magna Deorum mater*, strutheocamelus vero *magnus passer* appellarentur. Ceterum satis constat, veteres turpiusculum quid passeris voce significare voluisse. *Vid.* Festus v. *Strutheum.* Plautus *Asin.* Act. 3 Scen. 3. v. 76. inter amantium blanditias vocem hanc *passerculum* numerat, velut et Apulejus apud Gruterum *loc. cit.* Eadem ratione abutebantur aliarum animantium nominibus, ut turturis, columbae, palumbis, pulli, anatis, coturnicis, atque aliarum. Vide Gruterum *loc. cit.* Fuit quidem quorumdam sententia, notissimos Catulli et Martialis versiculos de Lesbiae passere nihil obscenitatis habere. Sed praestat Politianum et Hermolaum Barbarum *Corollario Dioscoridis* audire, vetustae loquendi consuetudinis optime gnaros, qui pro carminum horum lascivia sententiam tulerunt. Ita et V. Cl. J. A. Vulpius, qui priore sua Catulli editione Poëtae hujus de passere carmen ab omni obscenitate absolvebat, majore deinde suo commentario nuper edito sententiam mutavit.

Lo-

Locus est lib. 2. pag. 37. quo Xenophon ait, Abrocomam, Anthiam persequentem, in Ciliciam pervenisse, ἐν πρὸ πολλοῦ τοῦ ἄντρου τοῦ λῃστρικοῦ. Hunc ita vertit Salvinius: *Grotta Issica.* Videtur haud dubie legisse, Ἰσσικοῦ, atque ad Ciliciae fauces respexisse inter Taurum et mare, ubi Issus sita erat, Darii et Pescennii Nigri cladibus celebris. Verum quivis perspicere potest, hoc loco sermonem esse de latronum antro, haud procul Tarso sito, quo praedas abigere solebant. Rem tetigit Cocchius, atque emendate Graeca edidit vertitque pag. 31.

Describit Xenophon lib. 4. p. 55, Hippothoi iter in Aegyptum his verbis: Καὶ ποταμῷ τῷ Νείλῳ πλεύσαντες εἰς Ἑρμόπολιν τῆς Αἰγύπτου καὶ Σχεδίαν, ἐμβαλόντες εἰς διώρυγα τοῦ ποταμοῦ τὴν ὑπὸ Μενελάου γενομένην. Quae Salvinius ita est interpretatus: *E navigando pel fiume Nilo a Ermopoli d'Egitto, e mettendosi sopra un fodero nel fosso del fiume fatto da Menelao.* Duplex est hoc loco Geographicum Salvinii erratum. Prius, quod Σχεδίαν ratem aut navem extemporalem reddidit, ea notione, qua apud Homerum aliosque reperitur, quum urbs sit in Aegypto satis nota. Erroris caussa Salvinio fuisse videtur, quod in codice, quo usus est, super hanc vocem nulla esset lineola ducta, ut fere solebant veteres, quum urbis nomen designare volebant. Alterum est, quod fossam illam a Menelao factam fuisse dicat. Non ignoro, Menelaum Spartae Regem, si veteribus Poëtis et Mythologis fides est, in Aegyptum pervenisse. At hujus loci sententia plane postulat, non Menelaum Regem, sed Aegypti urbem intelligi. Salvinianae interpretationis origo ducenda est ex duplici vocis hujus γενομένην potestate, quae et *factam* et *sitam* esse significare potest. Quare Cocchio assentior ita interpretanti: *Niloque flumine navigantes Hermopolim Aegypti et Schediam, ingressi fossam, quae Menelao subest.* pag. 46.

Ait Xenophon lib. 5. p. 68. de Poliido: ἦν δὲ αὐτῷ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γυνή. Vertit Salvinius: *Ed era sua parente in Alessandria.* pag. 85. Videtur Salvinius in Florentino Codice legisse συγγενὴς vel συγγόνη. Verum ex alio loco pag. 70. satis constat, Poliidum uxorem Alexandriae habuisse, atque adeo praeferenda est Cocchii interpretatio pag. 57.

Xeno-

Xenophon eodem lib. pag. 88. de Abrocoma et Anthia haec habet: Δι' ὅλης νυκτὸς ἀλλήλοις ἀπελογοῦντο. Haec ita reddidit Salvinius: *Queste apologie tutta notte si passarono*, pag. 106. Sed rectius Cocchius: *Tota nocte omnia sibi invicem narrarunt.* pag. 71.

Lacuna etiam est in Salvinii interpretatione pag. 17 et 18. quo loco haec praetermisit: ὡς ὀμνύω τε τὴν πάτριον ἡμῖν θεὸν τὴν μεγάλην Ἄρτεμιν, καὶ ταύτην, ἣν διανύομεν, θάλατταν, καὶ τὴν ἐπ' ἀλλήλους ἡμᾶς καλῶς ἐκμήναντα θεόν.

§. IV. *Observationes in quaedam Xenophontis loca.*

Est Xenophontis locus lib. 1. pag. 1. ubi de Abrocoma ait: Παιδείαν τε γὰρ πᾶσαν ἐμελέτα καὶ μουσικὴν ποικίλην ἤσκει. Κιθάρα δὲ αὐτῷ, ἱππασία, καὶ ὁπλομαχία συνήθη γυμνάσματα. Dubitari potest, ususne fuerit Xenophon hoc loco vocibus παιδείας et μουσικῆς latiore notione, qua omnis sapientia et eruditio, animique et corporis exercitatio comprehenditur; an peculiari alia et propria. Posterius magis probo, quod ubi his vocibus additur ceterarum exercitationum enumeratio, videantur plerumque minus lata notione a scriptoribus usurpari. Sic apud Herodianum lib. 5. cap. 7. legimus, datos fuisse Alexandro: πάσης παιδείας διδασκάλους, et paullo post, παλαίστραις τε καὶ τοῖς ἀνδρῶν γυμνασίοις εἴθιζε, παιδείαν τε τὴν Ἑλλήνων καὶ Ῥωμαίων ἐπαίδευεν. Ubi παιδείας nomine litterarum Romanarum Graecarumque studia intelligenda sunt. Prior enim acceptio, quae frequens est apud Platonem praecipue qua μουσικὴ sapientiam notat, teste Sexto Empirico *advers. Musicos* cap. 1. impropria est.

Pag. 2. ait de Abrocoma: Καὶ ἠγάλλετο μὲν τοῖς τῆς ψυχῆς κατορθώμασιν, πολὺ δὲ μᾶλλον τῷ κάλλει τοῦ σώματος. Geminus huic est locus apud Xenophontem Atticum *Symposio* cap. 13. Sect. 13. ubi Critobulus ait: Ἀξιὸν γε μὴν ἡμῖν τοῖς καλοῖς καὶ ἐπὶ τοῖς δὲ μέγα φρονεῖν, ὅτι τὸν μὲν ἰσχυρὸν πονοῦντα δεῖ κτᾶσθαι τ' ἀγαθὰ, καὶ τὸν ἀνδρεῖον κινδυνεύοντα, τὸν δέ γε σοφὸν λέγοντα. Ὁ δὲ καλὸς καὶ ἡσυχίαν ἔχων πάντ' ἂν διαπράξαιτο.

Eodem loco haec sunt de Abrocoma: Ἀπεφαινέ τε ἑαυτὸν Ἔρωτος παντὸς καλλίονα τε κάλλει σώματος καὶ δυνάμει Vide Patrum testimonia hac de re apud Ludovicum Vivem et Coqueum ad Augustini lib. 1. *De Civitate Dei* cap. 32. Ita et Dionysius Longinus de Homero haec habet: Ὅμηρος γάρ μοι δοκεῖ, παραδιδοὺς τραύματα Θεῶν, στάσεις, τιμωρίας, δάκρυα, δεσμὰ, πάθη πάμφυρτα, τοὺς μὲν ἐπὶ τῶν Ἰλιακῶν ἀνθρώπους ὅσον ἐπὶ τῇ δυνάμει θεοὺς πεποιηκέναι, τοὺς θεοὺς δὲ ἀνθρώπους, κλ. περὶ ὕψους cap. 7. Adde Heracliti persimile in re dissimili dictum apud Clementem Alexandrinum lib. 3. *Paedagogi.*

De Dianae Ephesiae templo haec leguntur eodem loco: ἀπὸ τῆς πόλεως ἐπὶ τὸ ἱερὸν στάδιοι δὲ εἰσὶν ἑπτά. Distinguit quidem aliter Anonymus auctor Observationum ad hunc Xenophontem in Collectione Batava. Eadem tamen manet sententia, templum scilicet stadiis septem ab urbe dissitum fuisse. Idem habet Herodotus lib. 1. At hic scribebat, antequam Ephesinum templum ab Herostrato seu Lygdami fuisset incensum. Calamitas enim haec incidit in A. M. 3648. Herodotus vero natus est A. M. 3520. Videatur Usserius Itaque novum templum eodem loco, eodemque ab urbe intervallo est erectum. Quod probari potest et loco Strabonis lib. 14. ubi ait, eo incendio solum tectum non parietes periisse. Hoc idem templum inter urbem et portum fuisse refert Auctor noster lib. 5. pag 86 et 87. quod et confirmatur ex Strabone *loco cit.* et Sponio *in Itinerario.* Videri tamen posset cuippiam, iis, quae de spatio inter urbem et templum interposito diximus, obstare illud, quod de Pindaro Ephesiorum Tyranno legitur apud Herodotum, Polyenum et Aelianum V. H. lib. 3. cap. 26. urbe nimirum a Croeso obsessa, consilium datum civibus a Pindaro, ut ex portis et moenibus funes ad columnas templi alligarent. Futuram enim ita urbem quasi Dianae anathema, neque a Croeso violatum iri. Unde quis suspicari posset, templum in ipsa urbe fuisse. At nil vetat funes potuisse duci ex urbe ad templum, etsi extra moenia in suburbanis esset situm, quod ipsa Herodoti verba aperte indicant lib. 1. cap. 26. *edit. Gronov.* Obsideri enim urbs potest, licet circumquaque corona

rona non cingatur. Etsi vero Herodotus utatur voce πολιορκεῖσθαι, quae fere obsidionem denotare videtur: attamen ex Aeneae Tactici libello, et notationibus ad eum Casauboni facile colligitur, πολιορκίας nomine non obsidionem tantum, sed et oppugnationem venire. Praeterea loca quaedam sunt apud Stephanum *de Urbibus*, quae templum in urbe fuisse indicare videntur. Refert enim plures Ephesinae urbis appellationes, inter quas et πτελέη est. Constat vero ex Dionysio Periegeta v. 829. Dianae templum ἐν πρέμνῳ πτελέης constructum fuisse. De cujus verborum sententia etsi alii aliter sentiant, Eustathii tamen Scholiastis explicationem praefert Petitus *de Amazonibus* cap. 30. πτελέαν eam urbis partem significare, ubi Dianae templum erat situm. Ita plane et Salmasius *in Plinianis Exerc.* apud Petitum varias illas Ephesi appellationes varias urbis partes indicasse putat. Quare, si templum ἐν πτελέῃ situm erat, ut Dionysium velle existimant, atque πτελέη pars erat urbis: planum est, templum extra urbem non fuisse. Verum pace tantorum virorum numquam induci possum, ut cum Salmasio credam, appellationes illas apud Stephanum aliosque urbis partes denotasse. Ipse enim Salmasius paullo post eas enumerans, *Ortygiam*, quae ex illis una est, lucum ante urbem, et Σάμορναν portum Ephesi fuisse fatetur. Portus autem ipso templo, ut diximus ex Strabone et nostro, ab urbe erat remotior. Itaque illud quidem ex Dionysii et Stephani verbis confici posse non diffiteor, locum, ubi templum situm erat, πτελέην fuisse dictum, etsi Scaliger apud Petitum id quoque inficietur, velitque id pertinere ad genus arboris seu trunci, unde Dianae simulacrum factum erat: attamen locum illum intra urbem fuisse, quemadmodum Petitus contendit, ut non credam, efficit Scholiastes ad Theocriti *Idyl. Z.* v. 65. apud Holstenium ad Stephanum v. πτελέα, ubi ait, πτελέαν locum fuisse medium inter Ephesum et Miletum. Scholiasten hunc exscripsisse videtur Varinus: Πτελέα, inquit, ἐστὶ τόπος μέσον Ἐφέσου καὶ Μιλήτου κλ. unde πτελεατικὸν οἶνον . . . . ἢ Ἐφέσιον, etymo sumto aut a loco aut ab ulmo, quae πτελέη Graecis est, atque cui vites alligari solent. Si Creo-

phili libri *de finibus Ephesiorum*, et Democriti Ephesii *de templo Dianae* ab Athenaeo lib. 8 et 12. memorati exstarent, clarius utique hac de re nobis liqueret. Verum in tanta veterum jactura et antiquitatis obscuritate his contentos nos esse oportet.

Pag. 3. ait Xenophon: *Καὶ γὰρ ἔθος ἦν ἐκείνῃ τῇ πανηγύρει καὶ νυμφίους ταῖς παρθένοις εὑρίσκεσθαι, καὶ γυναῖκας τοῖς ἐφήβοις.* Hunc morem tangit nullum auctorem prodens Gyraldus *Hist. Deor. Syntagm.* 12. „Porro, in„quit, in Dianae Ephesiae annuo festo juvenes primo flore aetatis, et „virgines cultu nobili ad templum cum pompa procedere solebant, fes„tumque diem agere, et sponsalia mutuo inire." Fortassis Alexandrum ab Alexandro exscripsit lib. 6 *Genial. Dier.* cap 2. sine testimonio idem narrantem. At verius est, utrumque a Politiano *Miscel.* cap. LI. id mutuatum esse, tacito licet Politiani nomine.

Pag. 6. Ait Amorem esse *πάντων δεσπότην.* Ita et Dejanira apud Sophoclem *Trachiniis*, v. 445. et sqq. *Ἔρωτι μὲν*, inquit, *νῦν ὅστις ἀντανίσταται, πύκτης ὅπως ἐς χεῖρας, οὐ καλῶς φρονεῖ. Οὗτος γὰρ ἄρχει καὶ θεῶν ὅπως θέλει. κτλ.* Moschus *Amore fugitivo: Πολὺ κλεῖον δέος αὐτῷ βαιὰ λαμπὰς ἐοῖσα μὲν ἅλιον αὐτὸν ἀναίθειν.* Ita et Plato lib. 4. *Anthol: Ὁ πτανὸς τὸν πτανὸν ἰδὼν, ἀγνύσι κεραυνόν. Δεικνὺς ὡς κρεῖσσον πῦρ πυρός ἐστιν ἔρως.*

Pag. 8. ait: *Ὀλίγον δὲ ἀπέχει τὸ ἱερὸν τοῦ ἐν Κολοφῶνι Ἀπόλλωνος, διάπλουν ἀπὸ Ἐφέσου σταδίων ὀγδοήκοντα.* Strabo lib. 14. septuaginta tantum stadia designat, nisi numerorum notae corruptae sunt.

Pag. 24 Referens Abrocomam, et Anthiam Tyrum pervenisse haec habet: *Περίβλεπτος ἦν αὐτῶν ἡ πομπὴ καὶ πάντες ἐτεθαυμάκεσαν τὸ κάλλος, καὶ ἄνθρωποι βάρβαροι μήπω πρότερον τοσαύτην ἰδόντες εὐμορφίαν. Θεοὺς ἐνόμιζον εἶναι τοὺς βλεπομένους.* Hinc colligere licet, paucos fuisse in Phoenicia et Syria insigni forma adolescentes aut puellas. Quare Plautus ancillam Syram pro deformi habet: *Syra non mala, sed forma mala.* Mercat. Act. 2. Scen. 3. pag 79 et 80. Sic et Bassianus, qui postea Helagabalus, ab Emesae Phoeniciae urbis incolis, Romanisque militibus ob egregiam formam Baccho comparabatur, eaque res plurimum illi profuit ad imperium occupandum,

dum, ut pluribus narrat Herodianus lib. 5. cap. 3. Non ignoro Suetonium *Octavio* cap. 85. referre, Augustum ludere solitum talis cum pueris minutis, *quos facie et garrulitate amabiles undique conquirebat, praecipue Mauros et Syros.* At nobis non de quacumque sed de insigni forma res est, quae hominem in admirationem rapiat, cujusmodi fuisse pueros hos Syros non probant Suetonii verba. Ut etiam illud praeteream, veterum loca a Casaubono ad hunc Suetonii locum collecta nihil de faciei elegantia, sed de garrulitate tantum Syrorum agere.

Pag. 33 et 36 De sacrificio, quod a latronibus in Cilicia Marti fiebat ait: Τὸ μέλλον ἱερεῖον θύεσθαι εἴτε ἄνθρωπος εἴτε βόσκημα, εἶτ' κρεμάσαντες ἐκ δένδρου καὶ διαστάντες ἠκόντιζον. Mirum est post Imperatorum edicta, quibus humanarum victimarum sacrificia sublata fuerant, tantum facinus ausos latrones. Tiberius enim Carthagine id vetuerat, ut est apud Tertullianum *Apologet.* cap 9 et Hadrianus in Cypro, teste Lactantio I. *Inst.* cap. 21. At latrones scilicet hi erant, qui leges et edicta flocci non faciebant, aut haec a Xenophonte narrationis exornandae caussa conficta sunt.

Ead. pag 36. De Perilao Irenarcha, qui Anthiam postea amavit haec refert: πυθόμενος τὴν μέλλουσαν ἠλέησεν. Amorem saepe miserationi originem suam debere vel Aristotelis facto docemur, qui Pythiam Hermiae Mysorum Tyranni sororem uxorem duxit, fratris miseratione tactus, qui a Persis captivus factus fuerat, ut auctor est Eusebius *Praeparat* lib. 15. cap. 2. De hoc Hermia quaedam aliis adhuc non observata in adversariis habeo quae alias fortassis proferam.

Pag. 39 Quomodo Hippothous Hyperantem amare ceperit, ita refert: Ἠράσθην δὲ τὰ πρῶτα ἐν γυμνασίοις διαπαλαίοντα ἰδὼν. Nudi nimirum adolescentes in gymnasiis exercebantur. Huc facit et Horatii monitum ad Asterien lib, 3. *Od.* 7.

„ - - - - - at tibi,
„ Ne vicinus Enipeus
„ Plus justo placeat, cave:

„ Quam-

„ Quamvis non alius flectere equum sciens
„ Aeque conspicitur gramine Martio,
„ Nec quisquam citus aeque
„ Tusco denatat alveo."

Hinc Clodia libidinosa mulier hortos ad Tiberim comparaverat, ut juventutem in flumine natantem conspicere posset, atque inde sibi conditiones legere. *Vid.* Cicero prō *Coelio* cap. 15.

Pag. 63 et 64. Refert Xenophon sub lib. 4. exordium, Aegialeum cum Thelxinoe Androcli jam desponsa Lacedaemone aufugisse, eaque de caussa capitalem sententiam in utrumque fuisse latam: *Λακεδαιμόνιοι δὲ πυθόμενοι τὴν φυγὴν ἡμῶν θάνατον κατεψηφίσαντο.* Caussam hujus severitatis quaesivi. Ea vero multiplex videri posset. Primum enim lex erat apud Lacedaemonios, ne ulli Civium peregre proficisci liceret, de qua vide Cragium de *Repub. Lacedaem.* pag. 214. Etsi enim Isocrates legem hanc de militaribus tantum viris agere existimet: attamen Nicolaus Damascenus et Harpocration ex Aristotele ad cives universos eam porrigunt apud eumdem Cragium. Quin et Plato apud Valesium ad Harpocrationem pag. 100. juventuti praecipue legem hanc latam esse testatur: *καὶ αὐτοὶ οὐδένα ἐῶσι τῶν νέων εἰς τὰς ἄλλας πόλεις ἐξιέναι.* Deinde alia lex erat, quae legitimo tantum tempore nuptias fieri mandabat. Id autem Cragio pag. 220. videtur fuisse in viris annus tricesimus, in foeminis vicesimus. Aegialeus vero, quum Thelxinoem rapuit, nondum ex ephebis excesserat. Hoc criminis loco numerat ipse Aegialeus, ubi consuetudinem suam jam ante fugam memorat: *Ἐνεμέσησε δέ τις ἄρα τῶν θεῶν. κἀγὼ μὲν ἔτι ἐν τοῖς ἐφήβοις ἤμην.* Fortasse et quod invitis parentibus convenissent, damnati sunt. Putat enim Cragius pag. 224. et id Spartae fuisse vetitum. Verum verba Xenophontis praecipuum crimen fugam fuisse indicant.

Pag. 76. ait Anthia: *Ἀβροκόμας μὲν γὰρ, εἰ τοὺς ὅρκους παραβέβηκε, μηδὲν οἱ θεοὶ τιμωρήσαιντο τοῦτον.* Mire huc faciunt, quae Dējanira de Hercule ad Lichan ait apud Sophoclem Trachiniis v. 449. et sqq. *Ὡς εἴτι τῷ 'μῷ τ' ἀνδρὶ τῇδε*

τῇδε τῇ νόσῳ ληφθέντι μεμπτός εἰμι, κάρτα μαίνομαι. Et v. 558. Ἀλλ' εὖ γὰρ . . . . ἐργαίνειν καλὸν Γυναῖκα νοῦν ἔχουσαν. Haud abludit Propertius I. *Eleg.* 8. v. 17.

„ Sed quocumque modo de me perjura mereris,
„ Sit Galatea tuae non aliena viae."

Ita et Tibullus III. Eleg. VI. v. . . .

„ Perfida, sed quamvis perfida, cara tamen."

Huc spectat et Cicero XI. *ad Familiar.* epist. 3. „ Deos quaesumus, in„quit, consilia tua reipublicae salutaria sint. Si minus, ut salva atque „honesta republica tibi quam minimum noceant optamus."

§. V. *Dissertationis hujus Apologia.*

Sextus est fere annus, quum primum Xenophontis hujus scripta in conspectum meum Venetiis venerunt Apostoli Zeni, et J. B. Recanati VV. cC. munificentia. Rei novitas excitavit me, ut cogitarem de libello hoc paulo attentius percurrendo. Sperabam etenim, quaedam me deprehendere posse hactenus non tentata, Ea igitur, quae ex tumultuaria illa lectione collegeram, communicavi cum quodam amico meo, qui Romae tunc erat Is operam, quam amatorio scriptori, ab aliis jam edito, illustrando impenderam, penitus improbavit Non aequiorem alibi sententiam ab aliis tuli. Verum horum judiciis non sum absterritus, sed illustrium virorum exemplo reputavi, non eos tantum de veteribus scriptoribus bene mereri, qui hos e tenebris eruunt, aut erutos emendant, sed et illos, qui emendatos illustrant, atque antiquorum ritus et mores aliaque hactenus non observata inde in medium proferunt Fateor equidem, majorem in eo, qui corrupta scriptoris verba restituit, facultatem esse oportere, quam in eo, qui restituta enarrat. Verum, ut nullum laude sua defraudare mihi mens est, ita et eos, qui antiquitatis capitibus, aut animi affectionum motibus non ita pas-

passim pertractatis locis aliquid conferunt, laudis omnino expertes esse non debere cum bonis omnibus contendo Quod vero hac in re praestiterim, aliorum esto arbitrium judicare. Hospes autem sit oportet in melioribus litteris, qui honesti viri officio indignum putet, amatorios scriptores perlegere antiquitatis aut elegantiae cognoscendae caussa. Qua de re frustra me verba facere existimo, quum ea, quae de hoc Xenophonte hacte-observavi, satis demonstrent, quo animo ad eum illustrandum accesserim. Quod si haec, quae hactenus praestiti, non improbari ab harum litterarum cupidis intellexero, efficiam aliquando, ut plures longe in Xenophontem observationes habeant, atque Latinam Cocchii interpretationem, et Graeca ipsa a mendis non paucis, Anonymo ipsi, cujus mentio saepe facta est, non observatis, liberata.

AUC-

AUCTARIUM

AD SPECIMEN DISSERTATIONIS

DE

XENOPHONTE EPHESIO.

Addenda et Emendanda.

Pag. 5. v. 28. *Verum Anonymus in Miscellaneis.* Anonymus hic, qui se litteris T. S. H. S. designavit, Tiberius est Hemsterhusius, vir clari nominis, quod post haec scripta deprehendi ex ejusdem ad hunc Xenophontem Observationibus Vol. VI. Tom. I. pag 295 et 296. atque ex Wesselingio ad Hieroclis Synecdemum pag. 728. v. *Λεοντὼ.*

Pag. 7. v. 3. *Fere ut Athenae* Ἑλλάδος Ἑλλὰς *in Euripidis Cenotaphio dicuntur.* Adde: *Ita et Patavium* Italiae Italia *dicitur Erasmo Epist. ad Bembum.*

Pag. 8. v. 30. *Praeterea eventus complures apud eosdem leguntur* Haec ita refinge: *Praeterea eventus complures apud eundem et Achillem Tatium leguntur.* Hoc ipsum aliquando accuratius persequar.

Pag. 9. v. 18. *Minucius Felix Octav.* adde cap. XXI.

Ibid. *Sua aetate prostratum jacere.* Malim *jacuisse.*

Pag. 14. v. 7. Post voces illas, *Troglytidem significare*, adde. Verum idem alio loco fatetur, aviculam ea designari. *Aliud atque insigne de ambigua hujus vocis potestate exemplum exstat apud Aelianum V. H.* lib. V. cap. xvii. *ubi* τοῦ Ἀσκληπιοῦ τὸν ἱερὸν στρουθὸν *Schefferus quamcumque alitem aut gallum gallinaceum, Kuhnius passerem, Fabrettus cornicem esse putant. Vide notationes in postrema editione Gronovii.*

Pag. 15. v. 15 et 16. Post voces illas *magnus passer appellarentur*, adde. *Sane et Aelianus H. A.* lib. 2. cap. 27. lib. 4. cap. 37. lib. 9. cap. 58. lib. 14. cap. 7. *strutheocamelos* στρουθὸν μεγάλην *constanter vocat. Illud est quoque observandum, cum priores illos* τὴν στρουθὸν, *passeres vero* τοὺς στρουθοὺς *appellare solere, velut locis illis cum* lib. 4. cap. 38. et lib. 7. cap. 19. *collatis deprehendere est.*

Pag. 16. v. 22. *Sed Aegypti urbem intelligi.* Vir Cl. Tib. Hemsterhusius ad hunc locum docuit me, haec de Menelao Ptolomaei Aegypti R. fratre accipienda. Verum etsi id rejiciendum non putem, non discedo tamen a Cocchii interpretatione, cui favet veteris Aegypti Geographia.

Specimen Emendationum ad hunc Xenophontem ejusque Interpretem.

Pag. 4. v. 11 et 12. ὀυδὲ ἓι. lege ἓις vel ὀυδεὶς. Ed. Lond

Pag. 5. v. 16. λαβὼν δὲ τὴν κόμην. Praecesserat enim ἧει μὲν.

Pag. 29. v. 16. Ἀνθία δὲ πάντα πένθος ἦν. Rescribe μέμπτος, aut πενθῶν, vel ἐν πένθει velut Noster, pag. 72. v. 12. πάντες ἐν πολλῷ πένθει ἦσαν.

Pag. 30.

P. 30. v. 5. *κοσμήσει.* Interpres vertit *ornet.* Crediderim vocem esse sepulcralem. Hesychius v. Κοσμεῖν. *τίθεσθαι.* Κοσμήτης, *ἐνταφιαστὴς.* Verto itaque *componat.*

P. 41. v. 7. *ἀφελῶν λείψανα.* Cocchius vertit *monumenta.* Comam nimirum, ut pag. 42. v. 12. quod vidit et Cl. Hemsterhusius. Hinc vertendum *exuvias.*

Pag. 45. v. 1. *ὅσα ἂν αὐτοῦ δεηθῇ.* Vertit Cocchius. *Quibuscumque rebus opus habuerit.* At δέομαι hic *orare* vel *petere* significat. Dicendum ergo: *quaecumque oraverit.*

Pag. 46. v. 1. *Καὶ τὴν κόρην δικτείρας τῆς συμφορᾶς.* Fuit aliquando, quum legendum esse arbitrarer: *καὶ τῆς κόρης δικτείρας τὴν συμφοράν.* Ita enim passim construitur. Aelianus V. H. lib. 3 cap. 30. *δικτείραντες δὲ Ἀχαιοὶ τὰς τῶν ἁλισκομένων τύχας.* Et lib. 13. cap. 30 *καὶ τὰς ἑαυτῆς τύχας δικτείρασα.* Neque Aristaeneti locus ab Hemsterhusio prolatus nodo huic solvendo par esse videbatur. Victas demum manus dedi, ubi compertum mihi est, et Xenophontem Atticum ita loquutum. Ait enim *Symposio* cap. 4. S. 37. v. 1. *Τούτους μὲν οὖν ἔγωγε καὶ πάνυ δικτείρω τῆς ἄγαν χαλεπῆς νόσου.* Quare nihil moveo.

Pag. 49. v. 15. *τὴν εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἀνήγοντο.* Interpres: *Alexandriam auferrent.* At illud *τὴν* ellipsis est ὁδοῦ Nostro adeo familiaris. Deinde *ἀνάγειν* Nostro est fere ubique solvere e portu. Pag. 52. v. 5. pag. 39. v. 22. *ἀνήγετο τὴν ἐπὶ Ἰταλίαν.*

Pag. 56. v. 9. *Ἀντακαταστησάμενοι.* Elegans est Hemsterhusii emendatio: *ἄντρα καταστησάμενοι.* Verum si hic *antri* sive *speluncae* mentio facta fuisset, non explicasset id postea Noster tot verbis pag. 39. v. 8 et 9. quod fieri solet, ubi rei antea non memoratae mentio primum injicitur. Unica praeterea spelunca fuisse videtur ex pag. 59. v. 15. Fortasse le-

gendum

gendum ἔνθα καταστησάμενοι. Sic Noster pag. 58. v. 15. ἔνθα ἦν. Omnium simplicissima et loco aptissima est emendatio: Ἀντικαταστησάμενοι, *diversis regionibus dispositi*. Ita enim solent praedones et insidiatores.

Pag. 64. v. 19. Νεανικῶς. Vertit Cocchius *juveniliter*. Ita sane. At hoc opponitur alteri ἐφηβικῶς. Sequitur enim e vestigio ἀπέκειρα δὲ τὴν κόμην. Vide Pollucem lib. 2. Sc. 19. Hinc vertendum: *deposita epheborum juvenilem vestem induimus*.

LEC-

LECTORI ΦΙΛΕΛΛΗΝΙ

S. D.

ALOYS. EMER. LIBER BARO LOCELLA.

Jam inde a pluribus annis majorem otii, quod supererat, partem in Graecis literis consumpsi. Otium autem, ut sincere dicam, propterea non defuit, quod mihi nullum unquam fuit magnarum dignitatum studium, atque in publicis muneribus administrandis diligentiam et incorruptam fidem praestare contentus, gloriolae servire, famam captare, honores alios ex aliis majores aucupari neglexi; etenim in omni aetate me *bene vixisse* judicabam si *bene latuissem:* ceterum tranquillum hoc meum *otium sine literis mortem reputassem* cum Seneca, *et hominis vivi sepulturam.* Quod vero vix unquam futurum opinabar, quodque, mearum mihi virium conscius, amicis hortantibus constanter abnueram, scilicet ut mendose editi alicujus Graeci scriptoris recensendi, emendandi, illustrandi curam susciperem, id me nuper repente atque ultro, nemine, nisi fortasse malo meo genio, suadente constituisse, etiam nunc demiror. Adfertur ecce mihi, nil tale apud nos exspectanti, mense Majo ao. 1793. exemplum Xenophontis Ephesii in

hac urbe recens excusi, atque ut in vita mea saepe gravioribus in rebus, sic tum in haecce levis momenti sum expertus quantam vim habeat quod est in fatis: namque ego, qui duodecim abhinc annis negligentius modo inspexeram hunc scriptorem, ejusque diligentiorem lectionem, quamquam mihi stilus valde placuerat, tamen adhuc distuleram, statim ut mihi oblata fuit Vindobonensis editio, eam nescio quomodo cupidissime retinui, neque de manibus deposui, prout olim Albertius fecerat, donec totum libellum adtente perlegissem. Revixit tum maxime illa cogitatio, quae jam aliquoties animum subierat, videlicet quanam iniqua sorte acciderit, ut, quum Achilles Tatius, Longus, Heliodorus, Chariton, et insipidus ille Eustathius sive Eumathius, magis minusve utilibus commentariis instructi exstarent, nemo adhuc fuerit repertus, qui Nostrum post negligentissime curatam principem Londinensem editionem, si minus cum Scholiis Criticis, at saltem correctius pleniusque edidisset, quamvis non modo in omnes quinque libros egregiae Hemsterhusii et ex magna parte non inutiles Abreschii adnotationes jam inde a sexaginta annis in Miscellaneis Observationibus Batavis essent in promptu; sed et ab a. 1750 suppeterent, quae D'Orvillius ad Charitonem e Codice Florentino protulerat emendationes insigniaque lacunarum explementa. His igitur utrisque adcuratius inspectis, ut multo apertius quam antehac intelligebam, mendosissimum nos habere Xenophontem Ephesium, sic mira indignatione sum commotus, ubi Vindobonensem editionem cum Londinensi in Bibliotheca nostra Caesarea conferendo cognovi, quam temerario atque inaudito ausu, imperitus editor textum Graecum ineptis suis sive emendationibus, sive interpolationibus deturpaverit, novis praeterea mendis inquinaverit, quin et singula verba atque integras ῥήσεις omittendo, magis etiam mancum mutilumque reddiderit. Ac profecto, quemadmodum indignatio versum facere dicta est, ita mihi accidit, ut haec editio usque adeo mihi stomachum moveret, ut alterius melioris curam suscipere in animum induxerim. Omnino, aiebam apud me, operae pretium fuerit tandem aliquando edere hunc Xenophontem permultis locis suppletum, emendatum, atque adnotationibus illustratum: Ἅμα ἔπος, ἅμα ἔργον:

ἔργον: protinus itaque, nescio quo insolito animi impetu incitatus, operi manum admovi, ac initio quidem magna cum alacritate, sed haud multo post, ut fit, remissius aliquanto, tandem vero, quae mea est in hujusmodi occupationibus mobilitas, interdum aliis studiis intentus, per integros menses neglectum jacere sum passus Auctorem meum, tamquam si ejus edendi consilium jam plane abjecissem. Huc accessit diuturnus oculorum morbus, qui me, quamvis commentandi cupidum, acerbe prohibuit. Post restitutam deinde aliquantum oculorum aciem, sed valde tamen debilitatam, (prout adhuc est) perfeci denique intermisso saepe studio susceptum opus, quoad potui, nec vero sine submolesto labore: namque interpretando, explicando, illustrando demum sensi, me ad has partes cum jucunda quadam animi contentione agendas, sive a natura minus esse comparatum, sive usu minus exercitatum. Sed quorsum ista? inquies. Haec erudite lector, eo valent, ut, cum propter exiguam nostram in hoc genere peritiam, tum propter crebro interpellatam, ac fere tumultuariam hanc nostram operam rectius possim tibi, (vel potius amicis, quibus nescio quomodo majorem, quam mea fert eruditio, exspectationem movi) statim in limine Xanthiae illud occinere: (1) μηδὲν παρ' ἡμῶν προσδοκᾶν λίαν μέγα. Adde quod multo penitius sese imbuunt his studiis qui ea ex professo, ut dicimus, tractant, atque inde ab adolescentia nihil fere aliud egerunt, qui denique, ut Tullii verbis utar, in una philologia, *quasi tabernaculum vitae suae collocarunt*, quam qui diu multumque negotiis publicis distracti, sero demum, oblectationis otiique in provecta aetate honeste consumendi gratia iis operam dant, redeuntes viam, qua in juventute non invita fortasse Minerva fuerant progressi. Quamobrem, ut plus ab illis, quam ab his exspectes aequum est. Jam, priusquam expono quae in hac editione a me sunt acta, de Auctoris nostri aetate, de codice MS. qui ejus Ephesiaca continet atque superioribus editionibus et versionibus quaedam sunt praemittenda. De aetate, qua Xenophontem Ephesium vixisse credibile est, pleraque fere, quae probabiliter

1.] Apud Aristoph. in Vesp. 56.

biliter disseri possunt, jam occupavit Jan. Casperius, (2) cujus perparvus libellus, quum admodum raro inveniatur, repetere hic juvat ejus ibi disputata, sic tamen ut ea, recisis partim falsis, partim supervacuis, verius ac brevius, nec non dilucidius distinctiusque exponamus, nonnullis etiam novis accessionibus augeamus. Mirum jure videtur Casperio nullam Nostri ab Photio mentionem fuisse factam, licet, inquit, eroticos scriptores ceteros in Bibliotheca sua non praetermiserit. (3) Solus veterum ejus meminit Suidas: (4) post hunc vero nemo alius, quod norim, usque ad Angelum Politianum, qui locum ex eo desumptum e Codice Florentino Latine transtulit. (5) Salvinius in toto Xenophonteo libello nulla existimabat

2.] In *Specimine Dissertationis de Xenophonte Ephesio*, sine loco et anno, quem vero comperimus fuisse 1740. Frustra se quaesivisse hunc libellum nec tamen sibi videre contigisse queritur *Saxius* in Onom. Litter. Vol. I. p. 473. Ne mihi pariter esset conquerendum, fecit praestantissimi *Morellii* humanitas, qui eum mihi Venetiis transmisit.

3.] At Longum tamen non commemorat, quarti aut quinti saeculi scriptorem, nec Parthenium qui sub Augusto imperatore vixit. De Charitonis aetate nihil quidem certo scimus, quamvis eum Photii saltem aevo antiquiorem fuisse valde credibile sit.

4.] Vol. II. p. 646. *Ξενοφῶν Ἐφέσιος, ἱστορικός: Ἐφεσιακά: ἔστι δὲ ἐρωτικὰ βιβλία ι* (lege *ἑ*) *περὶ Ἀβρομόμου καὶ Ἀνθίας.* Addit deinde eumdem scripsisse etiam de urbe Epheso aliaque. Duos praeterea Xenophontes Eroticos scriptores fuisse tradit, Antiochenum qui *Βαβυλωνικὰ*, et Cyprium qui *Κυπριακὰ* scripsit. *Παράδοξον* quidem est, verum tamen non prorsum contemnendum quod scribit J. B. Bodoni p. 12. praefat. ad suam Longi editionem: suspicatur videlicet *Ψευδωνύμους* esse tres istos Xenophontes; libenter enim, ait, eroticos verum nomen suum celasse: alioqui minus ei verisimile videri, tres extitisse hujus nominis eroticos fabulatores, sed homines istos celeberrimo illo Musae Atticae nomine libellis suis gratiam quandam conciliare cupivisse.

5.] Vide adnot. nostras p. 132. Latuit luculentum hoc testimonium non modo Vossium (de Hist. Graec. Lib. III. Vol. IV. p. 192.) et Grotium (Adnot. in N. T.

bat deprehendi posse indicia aetatis qua floruerit. (6) Idem fere ait Fabricius: addit tamen facile sibi persuadere eum Heliodoro antiquiorem esse.

N. T. Vol. II. p. 581. ad Ephes. IV. 29.) sed et Huetium (Origine des Romans, p. 101. sqq.) itaque arbitrabantur Xenophontis Ephesii opus penitus interiisse. Ad haec Grotius nescio qua de causa, sibi persuaserat plena obscoenitatum fuisse ista nostra Ephesiaca; sic enim d. l. scribit: λόγος σαπρὸς — *sermo putridus, id est, obscoenus, qualia multa, ut credo haberemus, si exsisterent Ephesiaca Xenophontis.* Huc pertinet insana opinio, (nisi fortasse alio nomine haec est vocanda) celebris Gallici scriptoris, (*Lenglet du Fresnoy* sub falso nomine Gordon de Percel latentis, in libro cui titulus: De l'usage des Romans — cujus Vol. II. inscribitur: Bibliothéque des Romans) qui Xenophontis Ephesiaca omni tempore incognita fuisse credidit, aut credidisse videri voluit, et Salvinium conficto quodam veteris Graeci auctoris nomine fabulae ab se conscriptae majorem existimationem atque celebritatem parare voluisse judicavit. En ejus verba Vol. II. p. 19. titulo translationis Salvinii subjuncta: *L'Original Grec de cet ouvrage n'a jamais été connu, non plus qu'aucune autre version. Ainsi il paroît que c'est la une supercherie assez ordinaire aux Romanciers, qui veulent faire paroître leurs productions sous des noms respectables.* Vix quidem credibile est, ipsum Salvinii librum ab Lingleto fuisse aliquando inspectum, alioqui opinor, longe iniquissimum de viro venerabili optimeque de literis merito judicium istud non fecisset, meliora nimirum edoctus vel ex sola Anonymi dedicantis epistola, et Salvinii praefatione, in quibus et Cod. Flor. describitur, et apographum ex eo confectum memoratur: tamen si expenderis quae de indole Lengleti narrantur in *Diction. Hist. de l'Abbé Advocat*, et in Nouv. Dictionn. hist. par une Société de G. d. L. suspicionem tibi movebit scientem fallere voluisse; nam, praeter alia, in posteriore Lexico de eo dicitur: *Malgré son prodigieux sçavoir il ne serait pas étonnant qu'il se fût trompé aussi souvent qu'il se trompoit: il ne se faisoit aucun scrupule d'écrire le contraire de sa pensée et de la verité qu'il connoissoit parfaitement, lorsqu'il y étoit poussé par quelque motif particulier.* — Adhaec suspicionem adaugebit, primum, quod Salvinii translatio Italica jam a. 1723. ipse vero Xenoph. Ephes. editio Graeco-Latina a. 1726. lucem vidit, liber autem ille Lengleti demum a. 1734. prodiit; deinde quod J. Clericus 1726. in Biblioth. anc. et mod. Vol. XXVI.

E alii

se. (7) Contra ea D'Orvillius, nescio qua de caussa, juniorem Heliodoro, Achille Tatio, et Longo esse censuit. (8) Quid? quod Parmensis Typographus plane ad finem quinti seculi aerae vulgaris, aeque arbitrario atque inerudito decreto, Xenophontem nostrum detrusit, nullo prorsus fundamento nixus, nisi quod ita sibi placeret? (9) Si modo verum sit, quod credere licet, (neque enim, si quid video, in toto libello cur non credamus, caussa ulla reperitur,) Auctorem videlicet nostrum fabulam suam, quasi

aliique viri docti Galli in Journal des Savans a. 1726. 1727. 1728. et Germani in Actis Eruditorum a. 1727. non solum Graeco-Latinae Xenoph. Ephes. editionis, sed etiam Italicae et Anglicae versionis meminerunt.

6.] *Quando fiorisse non si rinviene da niun passo dell' opera.* Vide praefat. ad ejus versionem Italicam Xenoph. Ephesii.

7.] In praefat. ad Vol. XIV. Bibl. Gr. Pariter quidem facile, sed non aeque recte, Heliodorum omnium, qui supersunt, eroticorum scriptorum antiquissimum esse sibi persuasit Bodonius loco mox indicando pag. 14.

8.] In praefat. ad Charitonem.

9.] Jo. Bapt. Bodoni in praefat. ad suam Longi edit. pag. 16. — Contra ea stultum plane est judicium Jourdani, Gallici Xenophontis interpretis, qui in sua praefatione sic inepte fabulatur: *De toute la suite de l'ouvrage, il n'est pas possible de sçavoir non plus précisément l'âge de notre Xénophon. Il y fait mention de Byzance, comme d'une ville ordinaire, et de deux préfects de la paix, l'un en Cilicie, et l'autre en Egypte:* (risum tene, si potes!) *tout cela prouveroit qu'il vivoit sous les Empereurs. M. Salvini le place par conjecture sous Jules-César;* (impudentissimum mendacium!) *je le crois postérieur; et sa sorte d'esprit, qui laisse eclater des lueurs de pointes fines et délicates de tems en tems,* (ubinam, quaeso?) *me feroit croire qu'il étoit contemporain ou même posterieur à Senéque.* De inflato dicendi genere in Nostro somniavit etiam J. Clericus, nam in Biblioth. anc. et moderne, Vol. XXVI. pag. 437. scribit: *Le style de Xénophon d'Ephèse n'est pas comme celui du Xénophon d'Athènes; — L'Ephésien est souvent un peu enflé, mais il n'est pas desagreable.*

quasi rem suo saeculo actam narrasse, (10) videtur is mihi cum Casperio circa Antoninorum tempora, sive, ut clarius dicam, saeculo post C. N. secundo exeunte, aut saltem tertio ineunte scripsisse. Certe neque ante Augustum vixisse potuit, quoniam praefecti Aegypti meminit, (11) quem magistratum ab hoc imperatore primum fuisse constitutum novimus, (12) neque etiam, ut opinor, Hadriano fuerit antiquior, quandoquidem Perilaus ab eo dicitur τῆς εἰρήνης τῆς ἐν Κιλικίᾳ προεστὼς, et ἄρχειν τῆς εἰρήνης τῆς ἐν Κιλικίᾳ, (13) id est, Irenarcha fuisse. Horum vero ante Hadrianum nullam reperiri mentionem ostendit Chr. Gottl. Schwarzius. (14) Sed Constantini M. temporibus multo antiquiorem fuisse inde adparet, quod de urbe Epheso tamquam florentissima civitate loquitur, praesertim vero ex iis, quae non modo de Dianae festo die, deque ejus vigente cultu, sed et de Isidis

10.] Scio nimirum objici mihi posse, de industria ab Nostro fabulam suam ad multo antiquius aevum fuisse adcommodatam, sed respondebo cum Casperio (Diss. laud. p. 12.) in aetate vetusti cujusdam scriptoris investiganda non eadem ratione, qua apud Geometras rem agi aut posse aut oportere: ad haec difficillimum esse serioris saeculi auctoribus antiquiorum temporum mores ac ritus multaque alia in hujusmodi fabulis ita referre, ut nullum aetatis, qua ipsi vixerint, relinquant indicium: hoc solum egisse me, ut argumentis probabilibus ex ipsa Xenophontis narratione petitis ostenderem, qua is aetate floruisse credi possit: sin ea ratio improbetur, nunquam a rebus, quae ab simili scriptore proferuntur, ad ejus aetatem explorandam conjecturam facere liceret; quod nemo profecto contenderit.

11.] Lib. 3. c. 12. p. 74. lib. IV. c. 2. p. 76. 78 et 79. c. 4. p. 81.

12.] Vide adnotationes nostras p. 241. 242.

13.] Lib. II. c. 13. p. 49. lib. III. c. 9. p. 69.

14.] Dissert. de Irenarchis, in nostris adnotat. pag. 207. laudata. Docet ibi Schwarzius in fine p. 265—266. antiquissimum testimonium de nomine Irenarchae extare in lege VI. Dig. de cust. et exhib. reor. ubi memoratur edictum Antonini Pii, qua Proconsulis Asiae sub Hadriano imperatore, qui sub anno 117 ad 138. imperium tenuit.

Isidis illic templo adhuc exstante adfert. Atqui Dianae Ephesiae templum jam anno 262. (15) Gallieno imperante direptum atque incensum fuit, (16) ipsaque dein Ephesus vastata jacuit. (17) Aliud argumentum quo Xenophontem nostrum ante Constantinum M. scripsisse probabile redditur, duci potest ex illa narratione de Habrocome cruci adfixo, quod supplicii genus ab illo imperatore abolitum fuisse constat. (18) Ex eo item quod Xenophon antiquis quarundam urbium nominibus utitur, velut Byzantii, Mazacae et Perinthi, (19) hoc saltem colligimus, eum illo aevo non vixisse, quo illa nomina in usu esse desierant: quá de re dictum est in adnotationibus. (20) Arguit porro, ni fallor, secundi aut tertii saeculi scriptorem, quod Ephesius noster *τὸ ἱερὸν τοῦ ἐν Κολοφῶνι Ἀπόλλωνος*, ejusque oraculum memorat; (21) nam et saeculo illo vigebat adhuc Clarii Apollinis oraculum,

15.] Dianae festum cum pompa, ejusque cultum memorat lib. I. c. 2. p. 3. et sqq. ubi conf. adnot. p. 132. Deinde cap. 5. p. 9. c. 10. p. 17. Lib. V. c. 15. p. 118. Isidis templum occurrit lib. V. c. 13. p. 113.

16.] Vide Jornand. de Reb. Gothor. c. XX. Eadem de caussa. (addit Casperius p. 9—12.) Euseb. lib. III. de vit. Constant. Imper. templa commemorans eo jubente diruta, nullam Ephesii mentionem facit, quod sane, ut omnium toto orbe celeberrimum, nisi jam pridem periisset, non praetermisisset. Sed infirmius est hoc argumentnm, si quidem Libanio et Theodoreto fides habenda est. Consule hac de re adno.. Reiskii ab Liban. Vol. II. p. 162.

17.] Arnobius, qui exeunte saeculo tertio vel ineunte quarto scripsit, postquam plura templa, quae amplius non exstabant, commemorasset: *Ubi*, inquit, *Liber Eleutherius cum Athenis? ubi Diana cum Epheso?* Lib. VI. Adv. gentes p. 123. E quibus verbis colligere licet Gothos, uti templo, sic urbi non pepercisse.

18.] Lib. IV. c. 2. p. 77. Cyno quoque, praefecti Aegypti jussu, in crucem acta fuit. Vid. ibidem c. 4. p. 81.

19.] Testis est Aurel. Vict. de Caesarib. cap. XLI.

20.] Pag. 212. ad p. 52. v. 2. et 213. ad p. 53. v. 10.

21.] Pag. 11. — Prisco more Noster ibi Apollinis Colophonii fanum nominavit

lum, et neminem novi posteriorum saeculorum, sive Graecum sive Latinum auctorem, qui oraculi hujus mentionem fecerit: (22) quo minus est probabile id usque ad Constantinum M. perdurasse, quod sine idonea caussa sibi persuasit van Dale. (23) Postremo hic non est silentio praetereundum, quod jam Hemsterhusius animadverterat, inesse scilicet in Nostri fabula moris antiqui vestigia quaedam non facile obvia; (24) etiamsi ex iis nulla pro-

vit pro Clarii Apollinis; nam quamvis re ipsa lucus, fanum et oraculum Apollinis essent prope Colophonem in Claro, tamen a nobiliore urbe non oraculum modo vocari solebat Colophonium, sed et ipsi Clarii simul dicti fuere Colophonii, utpote in quorum ditione ac potestate tenerentur. Conf. Spanh. ad Callim. p. 124 et 125. Sic Philostr. de V. A. lib. IV. c. 1. p. 140. scripsit. *οἱ μὲν ἐκ τοῦ ἐν Κολοφῶνι μαντείου*, et Themist. Or. XXVII. p. 334. Colophonem vocavit priscam Apollinis sedem. Memorabilis in hanc rem est locus Luciani in Bis accus. Vol. II. p. 792. ubi Colophonem et Clarum promiscue usurpat, de Apolline inquiens: *μετ' ὀλίγον δὲ εἰς Κολοφῶνα θεῖ, κἀκεῖθεν εἰς Ξάνθον μεταβαίνει, καὶ δρομαῖος αὖθις εἰς Κλάρον.* Deceptus duplici hac appellatione Moses Solanus, injuria notavit Olearii dicta ad Philostr. l. l. Duo namque Apollinis distincta oracula in loco Luciani designari credidit Solanus, Colophonium videlicet et Clarium; animum non adtendens ad verba *αὖθις εἰς Κλάρον.* Similiter fere Plinius H. N. lib. V. cap. 29. ait: *ab Epheso Manteium aliud Colophoniorum.* — Inde Clarii Apollinis fanum. Est et alius locus Luciani in Jov. conf. Vol. II. p. 675. ubi Colophonem pro Claro nominat. Haec ideo nunc adscribere visum est, quia loco suo p. 150. in adnot. ad p. 11. v. 8. inserere oblitus sum.

22.] Neque etiam oraculi Apidis, de quo lib. V. c. 4. p. 94. narratur; quare idem quod de commemoratione Apollinis Clarii *μαντείου* diximus, de Apidis oraculi mentione valere posse reor.

23.] De Orac. Ethn. Dissert. II. cap. 5. p. 493. Didymaeum vero Apollinis oraculum, si Sozomeno credimus, (H. Eccl. lib. I. c. 6. p. 16.) ab Lucinio consultum fuit.

24.] Vide adnot. p. 121. Eo referri cum primis debet, quod p. 64. v. 6—7. narratur, ubi consule adnot. p. 227.

probabilis conjectura capi possit de ejus saeculo; quod, ut secundum vel tertium fuisse credam, facit in primis proba graecitas et prisca stili simplicitas. Nihil est in Xenophontis hujus oratione nisi sincerum, siccum, sanum. Nulla apud eum reperiuntur argutiae, nulla quaesita acumina, nullae intermixtae sententiolae, nulla denique, ut ita dicam, pigmenta rhetorica, quibus tantopere delectantur seriorum saeculorum utriusque linguae scriptores. (25) Quin ea est ejus in narrando simplicitas, ut nomina propria

25.] Praeter ea, quae p. 121. adnot. dicta sunt ab Albertio et Hemsterhusio, J. A. Fabricius in praef. ad Vol. XIV. Bibl. Graec. de Xenophonte Ephesio hanc fert sententiam: *Est sane suavis lectu ac delectabilis hic scriptor: dictio pura, elegans, candida, facilis: narratio pressa, aperta, mirabilis, amoena.* Laudatur pariter ab Salvinio in prooemio suo his verbis: *egli è molto puro ed elegante, con certi piccoli membretti ed incisi, ed ha una certa non affettata maniera, sugosa insieme e chiara, che pare in certo modo, come notò il Poliziano, a quello antico d'Athene rassomigliarsi, il quale fu detto la Musa Attica.* Parcius Cocchius, minus etiam idoneus hac in re arbiter, in epistola ad Comitem Huntingtoniae editione suae praefixa sic scribit: *Est in tenui et simplici argumento et oratione quod hujus Xenophontis fortasse probes, et quare non postremum illi locum vel antiquitate, si conjicere hinc fas est, vel ingenio tribuas inter Graecos hujusmodi fabularum scriptores.* Intelligentiorem audiamus judicem P. Burmannum in epistola ad La Crozium: (Thes. Epistol. Lacroziani Vol. I. p. 73.) *Perlegi*, inquit, *sed perfunctoria opera libellum*, (Xenophontem scilicet nostrum) *qui vehementer placuit, tum stili elegantia, qua non multum a Luciani aetate abesse mihi videtur, tum praecipue narrationis brevitate et simplicitate; et cavisse sibi melius reliquis ejus argumenti scriptoribus videtur, ne, verisimilia narrans, prodigiis et miraculis fidem omnem amitteret.* (Meminisse hic Burmannum oportebat duplicis illius prodigii, quod lib. IV. c. 2. p. 78 — 79. narratur.) *Denique argumento suo semper inhaerens, raro digreditur in alieniora.* Gallicus Xenophontis interpres Jourdan in sua praefatione hanc ei meritam laudem tribuit: *Xénophon m'a paru en general ingenu et sensé, clair et precis dans ses descriptions, aussi noble que simple dans la plus grande partie de son recit, vif et rapide dans ce qui n'est qu'episodique, et quelquefois sublime dans ce qui est senti-*

pria nimio perspicuitatis studio saepius repetere non modo non refugiat; verum etiam peculiaribus jamque lectori satis cognitis denominationibus rursum designet. (26) Laudandum vero est, quod interdum, valde commendabili brevitate narrationis, celeritatem facti quasi adumbrare studet. Utinam his laudibus illam etiam possem adjungere, quam D'Orvillius Charitoni suo in praefatione tribuit, quod videlicet nec verbum nec sententia ulla in Nostro inveniatur, ad quam vel severissimus lector frontem corruget;

sentiment — —. On n'a jamais rendu la passion avec plus d'esprit et de delicatesse, melée cependant d'une sorte de simplicite. Je ne me lasse point d'admirer aussi dans le marche de son histoire, avec qu'el art il quitte et reprend ses personnages, et c'est, à mon avis, ce quil a de plus estimable, sur tout dans son cinquième livre qui est plein d'action. Tous ses héros, presqu'en même tems sur la scène, agissent sans confusion: tous parlent dans leurs moeurs et dans leurs caractères: tout y est de concert; tout se tient ensemble ainsi que dans le reste de l'ouvrage. — C'est de l'action même qu'on voit éclorre les plus excellentes maximes, au contraire de nos aucteurs de Romans, qui faute d'imagination remplissent leurs écrits de réflexions ennuyeuses. — Postremo doctus quidam Trevoltiensis Jesuita, ut opinor, (in Mémoires pour l'hist. des Sciences, a. 1748. m. Junio p. 1308.) de Nostro sic scribit: *Xénophon n'est point Asiatique dans son style: il dément par la sa patrie et ses contemporains. Il est même fort servé, mais sans cesser d'être clair, uni, facile: son éloquence est toute de choses, expeditive par conséquent et ennemie du verbiage.* — Ut plane contraria, ita valde imperita, ne quid gravius dicam, est Galli cujusdam Aristarchi, sive malis Zoili, censura, quam in adnot. p. 218. 219. et 262. protulimus.

26.] Velut c. c. p. 40. v. 12. p. 46 v. 4. p. 47. v. 9—10. p. 48. v. 13. p. 49. v. 8. p. 59. v. 9. p. 61. v. 5—6. p. 69. v. 12—13. p. 71. v. 14. p. 81. v. 11. p 84. v. 5—6. p. 86. v. 7—8. p. 98. v. 11—12. p. 108. v. 13. Animadvertit hoc quoque Salvinius qui prooemium versionis suae ita claudit: *I nomi propri sono frequentamente ripetuti per amor della chiarazza, e perchè le persone introdotte non si cambino. Nè il traduttore ha schifato questa maniera, mettendo il piede, per quanto è possibile, nelle orme del suo autore, che ancora a lui sono parute naturali e graziose.*

get; (27) verum, ut idem vir doctus addit, pravitas ista saeculo, uti priori, sic etiam licentiori est imputanda. (28)

Desumpta sunt Xenophontis Ephesii Ephesiaca ex unico MS. codice bombycino, qui Florentiae in Bibliotheca monasterii ad S. Mariam Monachorum Cassinensium Ordinis S. Benedicti sub numero XCIV. adservatur. Scriptus est satis emendate in octava forma fere quadrata, literis quidem elegantibus, sed minutissimis, jamque valde obsoleti coloris. Montfauconius et Cocchius eum Saeculi XIII. esse judicarunt. Continet tria et viginti rariorum auctorum opuscula, quorum pleraque ad Theologiam et Byzantinam historiam pertinent. Deinceps, praeter Longum, Achillem Tatium, et Charitonem, Xenophontis nostri exhibet Ephesiaca in foliis fere IX. id est, XVII. paginis cum dimidia. (29) Ex isto igitur codice Cocchius

27.] Praecipuum locum ut alios praeteream, indicabo, qui est pag. 55. inde a v. 9. usque ad v. 15. ubi conf. adnot. p. 218.

28.] Doctus Jesuita (loco in adnot. 25. laudato) hanc maculam in Xenophontis nostri fabula notare non neglexit. *Il y a dans cette histoire* (inquit) *plus d'incidents que dans l'Iliade, et plus de preuves d'une amour chaste qu'il n'en faudroit pour illustrer dix mille époux. Il s'y trouve pourtant quelques épisodes, où quelques situations qui ont besoin de la modestie antique de ce langage Grec pour paroître devant des lecteurs attentifs et délicats. C'Est aux traducteurs à nuancer habilement ces endroits qui sont après tout en petit nombre, et qui ne décelent point un autenr libertin.* Idcirco excusatione quadam operae in Xenophonte illustrando positae utendum sibi esse censuit Jan. Casperius (in fine Dissert. laud. p. XXIII.) his verbis: *Hospes autem sit oportet in melioribus litteris, qui honesti viri officio indignum putet, amatorios scriptores perlegere antiquitatis aut elegantiae cognoscendae caussa. Qua de re frustra me verba facere existimo, quum ea, quae de hoc Xenophonte hactenus observavi, satis demonstrent, quo animo ad eum illustrandum accesserim.*

29.] Primus hujus Codicis meminit Montfaucon Diar. Ital. p. 365. De eodem breviter Salvinius in praefatione sua ita scribit: *Questo Senophonte, dico, in minutissimi si, ma ben' dintornati caratteri per l'antichità gialli e rugginosi, scrit-*

chius narrat totum paene Xenophontis libellum ab Salvinio sua manu exscriptum Henrico Davenantio, magnae Britanniae Regis ad Magnum Ducem Hetruriae legato fuisse traditum: cujus apographi vir ille de literis optime meritus iterum describendi, interpretandi, atque edendi copiam sibi (Cocchio) fecerit. (30) Tres editiones Xenophontis Ephesii hanc nostram praecesserunt. Princeps est Ant. Cocchii, medici Florentini, cum adjecta versione ejus Latina. Londini 1726. quaternis. (31) Incuriose admodum vir ille editoris partes egit: nam non nisi perpaucas vitiosas lectiones, quas inter scribendum aut interpretandum forte animadverterat, clandes-

scritto, in forma quadra, lo che è pur segno d'antichità, si ritrova nella libreria de' dotti Monaci della celebre Badia di Firenze. Deinde in margine exemplaris Cocchii, de quo mox sum dicturus, haec ab eo adscripta reperi: *Tres antiqui exemplaris paginae quatuordecim harumce nostrarum* (editionis scilicet Londin.) *aequantur, minutis adeo literis descriptum est.* Conf. quae ex nota Cocchii in fronte Charitonis a se ex eodem Codice Flor. descripti adposita, retulit D'Orvill. in praefat. ad suam Chariton. edit. ubi alia opuscula illo codice contenta enumerantur: praetermissa vero ibi habet Montfaucon d. l. Adde porro Ephemer. Florent. (*Novelle Litterarie*) ad diem 17 Sept. a. 1779.

30.] Vide ejus epistolam ad Theophil. Hastingium, Comit. Huntingtoniae, suae Xenophontis editioni prooemii loco praefixam, itemque nescio cujus epistolam ad Henr. Davenantium, in fronte versionis Italicae Xenophont. Ephesii ab A. M. Salvinio confectae.

31.] Apud Guilielm. Bowyer. Novi quidem doctos quosdam viros Florentinos negare hanc editionem Londini, prout titulus fert, prodiisse, sed Florentiae typ excusam fuisse contendere; (quod et nuper P. M. Paciaudius in Proloquio de libris erotic. antiquor. ad Parmensem Longi Pastoral. editionem p. 53. adseveravit) verum, quibus argumentis persuasi hoc adfirment, prorsus ignoro: hoc unum scio, literas typographicas editionis Cocchii simillimas esse illis, quibus idem typographus Guil. Bowyer Londini a. 1721. octonis excudit Homeri Batrachomyomachiam curante Mich. Maittaire, atque illis pariter, quibus alter typographus J. Bettenham in edendo Ruso Ephesio de Nat. Hom. Londini quaternis eodem anno 1726. usus est.

destina emendatione sustulit; ceterum non modo indiligentius descripsit apographum Salvinii, ita quidem ut alia perperam scriberet, alia plane omitteret, verum etiam in locis indubitate vitiosis aut mancis incredibili segnitie codicem MS. Bibliothecae Monachorum Cassinensium, qui codex ei, ut ita dicam, ad manum erat, in tempore consulere neglexit. (32) Praeter errata typothetae, quorum emendationes in fine non indicantur, magna labes est hujus primae editionis, quam adeo posteriores duae fere expresserunt, quod interpunctio persaepe nullo consilio, sed paene cocca et fortuita, sive potius, ut libere dicam, stulta ratione fuit adhibita; praesertim in punctis, quae saepenumero pro commatibus posita fuere, quin etiam ibi, ubi nulla plane distinctione opus erat. (33) Deinde Lucensis typographus Franc. Bonsignori recudit textum Graecum Londinensis editionis, addita Cocchii Latina versione, Italica Salvinii, et Gallica Jourdani, Lucae in 1781. quaternis. Est quidem elegans haec editio, sed qui eam curavit, omnia fere menda Londinensis exemplaris, paucis modo latenter correctis, retinuit, novaque irrepere passus est. (34) Denique ignotus mihi quidam Graecus negotiator, ut textus Xenophontis Graecus Lucensis editionis una cum Salvinii Italica versione denuo typis in hac urbe describeretur sumtus praebuit, editionem curante nescio quo terrae filio, cujus nomen ad calcem ineptae suae Graeco-barbarae praefationis literis Π. Ἰ. indicatur. (35) Quem ego

32.] Testimonio sunt illae omnes paginae in indice v. *Cocchius* enumeratae, et aperte mendosae lectionis a nobis e Cod. Flor. correctae, atque lacunae expletae: quae ambo reperiuntur in numero earum, quarum sedes ostendit index v. *Xenophon.* Sero deinde fecisse Cocchium, quod biennio prius factum oportuit, infra p. XX. n. 48. videbis.

33.] Loca quaedam indicavimus in adnot. Vide indic. art. *Xenoph. meliore distinctione correctus.*

34.] Quae huc pertinent loca suppeditat index, art. Edit. X. E. Lucens. curator.

35.] Editio ista sic inscribitur. *Ξενοφῶντος Ἐφεσίου τὰ κατὰ Ἀνθίαν καὶ Ἀβροκόμην.*

ego quidem hominem, (A.) ut cum Plauto dicam, nullius coloris novi; nam, qui esset atque unde domo, quaerere operae pretium non putavi, verum is mihi hactenus bene cognitus est, ut eum confidenter teterrimum veteris Graeci scriptoris editorem nominare possim. Ut pluribus non accusem Graeculi istius imperiti supinam socordiam in inspicienda saltem conferendaque principe Londinensi editione, quod ei in Bibliotheca nostra Caesarea facile licuisset, ut porro non commemorem, quam negligenter et somniculose omnia fere *σφάλματα* Lucensis editionis, novis etiam adjunctis, ab eo fuerint servata; ut denique taceam, eum in hoc pariter peccasse, quod, ubi manifesto veras, aut saltem valde probabiles lectiones in orationem intulit, (quod ei alias laudi fuisset,) id, prout Lucensis editor, non admonito Lectore fecerit; ut, inquam, cuncta ista nunc leviter solum adtingam, longe gravius delictum facit. Namque summe vituperabili consilio, vel dicam fraude, homo iste, incredibile dictu, Xenophontis orationem, mangonis more, occulte perpolire cupiens, nunc singulas lectiones male immutando, (tametsi hoc rarius) nunc verba singula aut etiam plura perperam, stulte, ridicule inferciendo, eam foede adulteravit; neque hoc solo facinore contentus, Salvinii quoque versionem Italicam, ut insititiis suis

κόμην, νῦν πρῶτον Ἑλληνιστὶ μετὰ τῆς Ἰταλικῆς μεταφράσεως τοῦ σοφωτάτου Antonio Salvini τυπωθέντα διὰ φιλοτίμου δαπάνης τοῦ χρησίμου. ἐν πραγματευταῖς Παναγιώτου Δημητ. Χ. Νίκου τοῦ ἐξ Ἰωαννίνων. Ἐν Βιέννῃ τῆς Ἀουστρίας 1793 octonis.

A.] Est ille *Polyxois Kontou*, natione Graecus, et literae Π. Ι. notant Πολυζώης ἱερεύς. Aegre tulit haec Locellae verba in Graeca praefatione ad Aristaenetum, quem edidit ao. 1803. Vid. Bast. Lett. Critiq. p. 210. sq. — De ejusmodi praefationibus queritur Coraës in Epist. ad Alex. Basil. Heliodoro suo praemissa, pag. ϙβ'. *Σπαράττεται ἡ ψυχή μου, ὁσάκις βλέπω εἰς τὰς κεφαλὰς τῶν βιβλίων ἀφιερώσεις καὶ προσφωνήσεις ἀναξίας τοῦ Ἑλληνικοῦ ὀνόματος. κ. τ. λ.* Sed acerbius in sacerdotem invehi Locellam judico cum Chardon. de la Rochett. Melang. Litt. Tom. II. p. 75. *Mr. le Baron*, inquit, *écrivoit dans le dix-huitième et non dans le seizième siècle*. PEERLK.

suis verbis responderet, clam interpolavit. (36) Quibus de caussis in adnotationibus nostris alias serio graviterque reprehendi, alias jocose increpari meruit. Tres istae superiores editiones reducunt in memoriam proverbium illud: Λυδοὶ πονηροὶ, δεύτεροι Αἰγύπτιοι, τρίτοι δὲ πάντων Κᾶρες ἐξωλέστατοι. Ac Londinensis quidem editionis plurima graviaque vitia eruditos viros diu latere non poterant; quare brevi postquam ea prodiit, primo Henr. Brenckmannus, deinde Abrah. Torrenius meliorem auctoris nostri editionem parare consilium ceperant: (37) quod effectu caruit. — Translatio Italica, quae ipsam principem editionem praecessit, est Ant. Mar. Salvinii, (38) elegans et fidelissima, interdum tamen Graecis verbis nimium adstricta. Quaedam ab viro illo diligentissimo minus recte conversa, emendationes item nonnullas in suum apographum tacite insertas indicavimus, ubi occasio data est, in nostris adnotationibus. Latinam versionem Cocchii, universam si spectes, bene Latinam atque elegantem dicere possis, non item si singularem examines: (39) de reliquo nec adcurata est nec fidelis.

36.] De his omnibus consule indicem, art. Edit. X. E. Vindob. cur.

37.] Vide Acta Eruditor. a. 1727. p. 191. et Thesaur. Epistolic. Lacrozian. Vol. I p. 73.

38.] Prodiit Londini 1723. duodenis, et, ut videtur, mutato solum titulo, Florentiae eodem anno. Conf. Giorn. de' Letter. d'Ital. Vol. XXXVI. pag. 331. Fabricii Biblioth. Graec. in Praefat. Vol. XIV. prim. edit. et Paciaudium supra p. XIV. adnot. 31. laudatum, qui negat Londini fuisse unquam excusam hanc interpretationem. Recusa fuit nuper in nitida Sylloge Eroticorum Graecorum (Romanzieri Greci) Vol. I. Florent. 1792. in 12.

39.] Jam non id ago, (namque non est hujus loci, ac praeterea odiosum) ut quae ibi minus bene Latine, interdum etiam barbare ab Cocchio reddita sunt, exemplis demonstrem. Sat scio, quosvis intelligentes probae Latinitatis aestimatores mihi adsensuros, si versionem illam legerint: ceteros non moror. In his est nescio quis in Ephem. literar. Pisanis (Giornale de' Letterari Vol. LXVI. art. 9. p. 155.) qui Xenoph. Eph. ab Cocchio translatum ait fuisse *con sorprendente elegan-*

lis. (40) Gallica lingua duas habemus: priorem anonymi cujusdam; (41) posteriorem, cujus auctorem esse constat Massiliensem quendam nomine Jourdan. (42) Illa sat est fidelis, neque non nisi raro aliena inserit, quae in Graeco non leguntur, haec infidelissima, monstrum est versionis ob perpetuum insanum Graecam orationem immutandi, exornandi, amplificandi conatum: (43) ut nihil dicam manifesto adparere Jourdanum Graecae linguae

ganza. Nae vir ille parum intellexisse videtur, quale sit admirabili, vel si mavis, stupenda cum elegantia Latine scribere.

40.] Exempla peti possunt ex indice, voce *Cocchius.* Nollem nimio populares suos efferendi studio permotus eruditus Rev. Praepositus Ang. Fabronius (in Vitis Italor. doctr. excell. Dec. IV. Vol. IV. pag. 203.) de hoc Cocchii translatione scripsisset: *ita pura est, ita elegans, ita festiva, itaque recte exprimens Graeci scriptoris sensus, ut supra nihil posset. Sic Cocchius jure gloriari potuit, aeternum posteris reliquisse monumentum studii sui in Graecas Latinasque literas.*

41.] Les Ephésiaques de Xénophon Ephésien, ou les Amours d'Anthie et d'Abrocomas, traduits en françois. 12. Paris 1736. sive potius à la Haye, ut legitur in alio ejusdem libelli titulo cum anno 1737.

42.] Vide Nom. Dictionn. histor. par une Societé d. G. d. l. art. Xenophon (le jeune) Inscripta est haec versio: *Traduction française des avantures d'Abrocome et d'Anthia, par Xénophon d'Ephèse.* 12. sine loco 1748.

43.] Merito homuncio iste notatur ab auctore censurae in Mémoir. par l'hist. d. Sciences, a. 1748. m. Junio, ubi postquam aliquot loca inepte ab Jourdano exornata atque amplificata protulisset, ita pag. 1318. concludit: *Ceci assurement retombe dans le reproche d'Horace: et fortasse cupressum scis simulare. Si Xénophon voyoit ces additions insérées dans son ouvrage, il diroit: ce françois a plus d'esprit que moi, mais je raconte mieux que lui.* — Quo magis pateat, quam parum sano consilio interpres hic meliora intelligens probansque, deteriora sequi maluerit, continere me non possum, quin locum ex ejus praefatione adscribam qui sic habet: *Lorsqu'on fait tant que de transporter l'antiquité jusqu'à nous, et c'est le propre de la traduction, je crois qu'il la faut laisser vêtue à la mode de son tems:* tum postquam de veteri simplicitate stili verba fecisset, addit:

quae prorsus rudem ultra interpretationes Cocchii et Salvinii non sapuisse, atque adeo cum illis toties errasse, quoties ipsi alucinati sunt. Germanicae translationes duae itidem sunt a nescio quibus auctoribus, sed procul omni dubio non ad Graeca Xenophontis, verum ad Latina Cocchii verba compositae: tamen et huic suo ἀρχετύπῳ disimillimae sensum, prout eorum auctoribus libebat, amplificatum ac dilatatum repraesentant, atque, ut paucis absolvam, commiseratione potius quam reprehensione sunt dignae. (44) Denique Anglica exstat versio Rookii, quam non vidi. (45)

Jam de mea opera in paranda hac nova editione haec habeo dicere. Prima praecipuaque cura fuit, ut textum, quem vocamus, Xenophontis Graecum multo castigatiorem atque integriorem, quam in superioribus edi-

[illegible] tioni-

addit: *Quelque discrédit cependant que cette simplicité trouve parmi le plus grand nombre, elle ne laisse pas d'avoir encore des sectateurs. Il reste bien des gens nourris de l'antiquité, qui la verroient avec moin de plaisir, qui la méconnoîtroient même, si on la leur donnoit a lire chargée de tout le faux brillant de notre prose, et j'ose citer de ce nombre cet aimable Nestor de notre Litterature* (Bernardum Fontenellium intelligi vult) *tout partisan déclaré qu'il est de cet avis: il pense que les anciens ont plus de grâce à être rendus tels qu'ils sont: en effet il n'y a qu'un seul cas, où il soit permis d'altérer leurs ouvrages: c'est lorsqu'ils blessent les moeurs.* — Confer mihi jam perpauca modo illa de innumeris loca, quae protulimus in adnot. p. 124. 149. 160. 218. et valde, nisi fallor, obstupesces. Si plura cupis, obviis quibusvis paginis cum Graecis collatis satis superque ad nauseam satiari licebit.

44]. Prioris titulis est: *Anthia und Abrokomas, aus dem Griechischen des Xenophons von Ephesus.* 8. Lips. 1775. — Posterioris: *Etwas von Ephesus, oder Geschichte eines jungen Ehepaars, Griechisch beschrieben von Xenophon von Ephesus, ubersetzt durch H***.* 8. Onoldi 1777. Ex ista locum descripsimus in adnot. p. 236.

45.] Inscribitur: *Xenophon's Ephesian History, or the Love-Adventures of Abrokomas and Anthia, translated from the Greek by Mr. Rooke.* 8. London 1727.

tionibus legitur, exhiberem. Ut hoc effectum redderem, principio sufficere mihi arbitrabar subsidia illa, quae cum in Miscellaneis Observationibus Batavis, tum in D'Orvillii ad Charitonem animadversionibus praesto essent, meo qualicunque studio aucta; sed brevi postea cognovi ex ipso Codice Florentino mihi amplius petendum esse auxilium: quare, postquam absurde delusus fuissem ab erudito quodam Florentino, per amicissimum Eckhellum adii celeberrimum Rev. Praepositum Angelum Fabronium, qui codicis illius inspiciendi negotium dedit Rev. Abbati Monachorum Cassinensium Mich. Ang. Luchi Graecae linguae tum Florentiae professori: cujus prompta officiosissima opera bis accepi paucorum quorundam locorum, quae a me indicata fuerant, meliores lectiones et supplementa. (46) Sed valde molestum in conferendo illo codice, tam minutis, jamque fere evanidis literis exarato, laborem esse simul edoctus, verecundia prohibitus sum, ne permultorum aliorum locorum, quae procedente commentatione mihi suspicionem moverant, comparationem ab Rev. Luchio flagitarem, quamvis ulteriorem suam operam mihi perhumaniter esset pollicitus. Quamobrem serio cogitare coepi quo pacto exemplum illud Cocchii ad Codicem exactum, cujus meminit D'Orvillius, (47) atque unde multas protulit emendationes, nancisci possem: in quo investigando longum foret enarrare quas vias frustra tentaverim. Tandem ne multis morer, ab Jacobo Morellio Bibliothecae Venetae S. Marci custode (qui vir eruditissimus ob mirum in juvandis aliis paratum animum satis dilaudari nequit) de loco quodam in Cl. Mich. Rosae libro de purpuris admonitus, ex quo verisimile fiebat, idem aut simile Cocchio exemplar Mutinae fortasse reperiri posse, (48) omnem lapi-

46.] Vide indicem rerum sub ejus nomine, et de absurda eruditi Florentini ludificatione p. 174. in adnot. ad p. 25. v. 2.

47.] In praefat. ad suam Charitonis editionem.

48.] Multa eruditione commendabilis est ille liber, cui titulus: *Delle porpore, et delle materie vestiarie presso gli antichi. Dissertazione Epistolare del* Cav.

lapidem movi, ut eo potirer: quod tandem, posteaquam paene spem omnem abjeceram, feliciter investigatum est, mihique indidem e Bibliotheca Comitis Sabbatini humanissime transmissum: (49) qua in re egregius atque indefessus adjutor mihi fuit celeberrimus Rev. Jo. Andres, cum admirabili eruditione et diligentia, tum omni virtute excellens. Dum haec geruntur, essetque in animo meo spes reperiendi illius exemplaris, ut dixi, jam ferme deposita, rogavi Cl. Car. Chr. Weigel artis medicae doctorem Lipsiensem,

Cav. Don Michele Rosa. 8. Modera 1786. Adfertur ibi pag. 269. in adnotatione locus Xenoph. Ephes. (hujus edit. p. 14. a v. 1. ad 10.) ex Latina interpretatione Cocchii, deinde additur: *il qual passo, oltre che interessante per se medesimo, io lo riporto tanto più volentieri per essermi avvenuto di trarlo da un esemplare della edizione del Senofonte Ephesio di Londra 1726. postillato a caratteri rossi di mano del cel. Ant. Cocchi, che da Raimondo suo figlio fu dato in dono morendo al Sig. Professore Bosi nostro Collega ed amico.*

49.] Praeter varias lectiones et lacunarum explementa e Cod. Florent. literis rubris in margine istius exempli enotata, in inferiore tituli margine Cocchius adscripserat: *A. Cocchii Mugellani.* Infra vero alia manu atramento scriptum est: *Dono del Sig. Raimondo Cocchi ad Antonio Bosi.* Deinde literis itidem rubris in p. 1. legitur: *A. C.* i. e. (Ant. Cocchio) *contuli cum ipso Codice Cassinensi, unde Salvinius suum exemplum descripserat, hac editione diligentissime* (imo vero indiligentissime! vide indic.) *expressum.* In fine textus Graeci p. 87. adnotatum est: VIII. *Octob. a.* MDCCXXXVI. *varias hasce lectiones descripsi e margine libri, quem ad Codicem in Bibliotheca Cassinensi correxeram mense Febr.* MDCCXXVIII. *et quem Jac. Phil. D'Orvilio missurus sum Amstelodamum, novam hujus scriptoris editionem paranti.* Deinceps in fronte Latinae interpretationis, eodem modo in margine correctae, Cocchius adscripserat: *A. C. Emendationes in suam interpretationem ad novam lectionem adcommodatae, quam ex ipso Codice Cassinensi, qui autographi vicem gerit, summa adhibita fide et diligentia restituit.* — Praecavere nimirum videtur voluisse, altero illo suo exemplo sic instruendo, ne, si forte in maritimo itinere, aliove adverso casu periret primum exemplum *D'Orvillio* transmissum, alterum non superesset, in quo eaedem adscriptae emendationes servarentur.

sem, qui tum Florentiae degebat, uti Codicis Florentini conferendi arduam provinciam susciperet; sed haud multo post repente ad me delato Cocchii exemplo, statim Weigelio rescripsi, ut a comparatione desisteret, existimans nimirum actum inutiliter agi. Interim jam pervenerat vir diligentissimus ad mediam paginam 41. Londinensis editionis, in qua igitur desiit. Sero demum, ubi collationem istam accepi, quae mihi non paucas ab Cocchio praetermissas bonas lectiones subministrabat, non sine magna poenitentia intellexi, nimiam fidem habuisse me in medici Florentini diligentia; (50) vix enim dubium est, quin nonnullis bonis lectionibus, aut singulis verborum omissorum supplementis locupletatus fuisset Auctor noster, si Weigelius quinque omnes libros cum codice contulisset. His ergo cunctis e libro scripto petitis subsidiis instructus, quot locis Xenophontem emendaverim, quoties singula aut plura in superioribus editionibus omissa verba suppleverim, (ingens lacuna 55. verborum pag. 114. v. 10—15. expleta est) ut ex indice uno conspectu dijudicare possis curavi. Ubi vero nullum e Codice dabatur auxilium, atque sive certa emendatione, sive valde probabili conjectura res agi debuit, usus sum praeclaris illis, quas post Albertium, Hemsterhusius et Abreschius in Miscellaneis Observationibus Batavis publici juris fecerant, (51) quibus et meae quales.

50.] Nempe eadem incuria, qua ex *Salvinii* apographo vir ille eruditus suum descripsit, quod deinde in editione Londinensi expressum fuit, peraeque in Cod. Flor. conferendo usus est. Testimonio sunt lectiones illae a *Luchio* et *Weigelio* locis in indice reperiendis mihi suppeditatae. Huc accedit, quod et postea in transcribendis rursum lectionibus e margine prioris sui exempli in posterius, quo ego sum usus, indiligentius eum versatum fuisse vehemens suspicio est. Certe diversitates illae, quas in adnot. p. 201. 225 et 270. indicavimus, faciunt ut credam plures alias repertum iri, si cui D'Orvillii exemplar cum meo comparare aliquando licebit.

51.] *Hemsterhusii* exstant Vol. III. Tom. III. p. 402—422. Vol. IV. Tom. II. p. 282—292. Vol. V. Tom. I. p. 17—32. Tom. III. p. 49—72. Vol. VI. Tom.

lescumque accessere. (52) Novus igitur jam fere prodit Xenophon Ephesius: cujus si manum ipsam redhibere non potuimus, id enim in nullo vetere scriptore sperare licet, multo etiam minus ubi unicus modo C. MS. superstes est, tamen haec ejus Ephesiaca quae in Flor. Codice feliciter quidem ab interitu servata fuerant, sed infelici ratione manca, mutila, mendosissima a primo editore orbi erudito exhibita, permultis omnino locis emendatiora plenioraque nos restituisse vere adfirmare possumus.

Versionem Latinam Cocchii, de qua supra quid sentiam breviter dixi, non invitus tamen retinuissem, nisi tot locis falsam, aut saltem minus justam, atque in universum Graecis verbis parum adcurate respondentem esse cognovissem. (53) Quod si eam usquequaque immutando, emendando,

Tom. I. p. 292—303. *Abreschii* Vol. X. Tom. II. p. 201—218. Tom. III. p. 345—358. et in Miscel. Observ. nov. Tom. III. p. 1—36. Tom. VI. p. 498—542. Pauca quaedam *Albertii* sub nomine Gratiani de S. Bavone latentis monita, a nobis itidem suis locis inserta, habentur in veteribus Misc. Observ. Vol. III. Tom. I. p. 97—100.

52.] Quae conjectura, sive certa sive maxime probabili emendanda, aut sola meliore interpunctione sananda sese offerebant, pleraque omnia praeripuere *Hemsterhusius* et *Abreschius:* quo factum est, ut mihi exiguum modo talium emendationum spicilegium relinqueretur. Sed haud paucis locis obscuris me lucem adtulisse cum in Latina interpretatione, tum in adnotationibus, ad haec merito me recepisse virorum doctorum emendationes, jure etiam vindicasse nonnunquam lectionem vulgatam, tuitumque fuisse adversum eorum conjecturas, est ut sperem. De philologis idem dici posse arbitror quod de sapientibus dixit *Cicero* (pro Cluent. c. 31.) *peritissimum* scilicet *philologum habendum esse eum, qui quod opus sit, ipse excogitet; proxime accedere illum, qui alterius bene reperti obtemperet; in imperita philologica contra esse: minus enim imperitum esse eum, cui nihil in mentem veniat, quam illum, qui quod absurde alteri venit in mentem, comprobet.*

53.] Ab ea reprehendenda in meis adnotationibus quantum poteram abstinui, neque

do, supplendo interpolassem, praesentiebam molestum ac invidiosum laborem improbatum iri ab idoneis harum rerum arbitris. Itaque novam conficere malui, atque in convertendo eam mihi legem tuli, primum ut, quoad pateretur Latinus sermo, verbis Graecis constanter inhaererem; arbitrabar scilicet, convertendum mihi esse ut interpreti, qui Cicerone judice (54) necesse habet verbum pro verbo reddere, non ut oratori, cui sat est sententias easdem et earum formas tamquam figuras exprimere, atque genus saltem omnium verborum vimque servare: quare raro aut omisi verbum aliquod, nisi manifeste supervacaneum, aut addidi, nisi melius connectendae orationis aut vitandae obscuritatis caussa; tum vero, probae probataeque Latinatis rationem haberem; denique, ut, quantum fieri poterat, caverem, ne aequabile orationis flumen, quod non mirum est in adscrictis istis versionibus interdum desiderari, in nostra hac saepe requireretur. Id si non sum adsequutus, reputent, quaeso, aequi censores, Latinam interpretationem Graece non doctis scribi, vel certe parum aut mediocriter doctis, quorum nihil interesse debet, sitne haec ita comparata, ut perito cuique statim adpareat non esse Latinum ἀρχέτυπον, an contra sine asperitate, sine salebris, nativa quadam facilitate sua Latini scriptoris opus esse videatur, dummodo Graeci auctoris sententia atque ipsa verba, quantum licet fideliter, nec barbare Latine reddantur. Ceterum libenter fateor, me, siquidem id aliter nequit fieri, verba Cocchii tum retinuisse quum aptiora non suppeterent; attamen meam ab ejus translatione usque eo diversam esse, ut nova jure dici possit, neminem puto, qui paginas aliquot contendere volet, inficiaturum.

In transcribendis animadversionibus Albertii, Hemsterhusii, et Abreschii hunc modum sequutus sum, ut eas ad verbum, prout in Miscellan. Observ. leguntur, additis in fine illorum nominibus exhiberem, nec nisi raro meis

ver-

neque ejus feci mentionem, nisi iis locis, quibus mihi meae interpretationis ratio esse reddenda videbatur. Idem dictum puta de Salvinii versione.

54.] De optimo gen. Orator. c. V.

verbis quid illi admonuissent explicarem; ubi vero aliquid eorum orationi, sive brevitatis, sive majoris illustrationis gratia, aut denique vitandae obscuritatis caussa interserendum esse censerem, id uncinis hujusmodi [ ] inclusum segregarem. Reliquae omnes adnotationes, quibus in fine nullum est nomen adjectum, meae sunt. Aliorum item virorum eruditorum conjecturas, quotquot mihi innotuerunt, magis minusve probabiles, velut Valckenaerii, Oudendorpii, Koenii, Elsneri, Bernardi, Casperii, Arntzenii, (55) Treslingii, (56) Bastii commemoravi, aut etiam in textum intuli. (57) Quoties a me consulto aliquid omissum fuit in adnotatione quadam Triumvirorum illorum, qui primi de nostro bene meruerunt, id punctulis adpositis indicavi. Omisi autem cum ea, quae evidenter mihi visa fuerant supervacua, vel minus ad rem, de qua agebatur, facientia, tum ea quae ad alios scriptores emendandos pertinent. Desumi haec scilicet possunt, et nisi fallor, jam sunt desumpta ex ipsis facile obviis Miscell. Observ. ubi jam diu exstant. Integras etiam animadversiones quasdam (Hemsterhusii quidem paucissimas Abreschii vero plures) praetermittendas esse censui, atque inprimis inde p. 55 v. 8. parcior fui in transcribendis diligentissimi hujus philologi comparationibus locorum similium, atque exemplis, praesertim, quibus ei tritas fere loquendi formulas illustrare placuit, verum tamen nihil tacite suppressi, numquam non admonens lectorem quotiescumque mihi aliquid resecari oportere visum esset, ea videlicet

55.] Hujus Epistolam Criticam de quibusd. *Pindari* Thebani locis nactus sum ab laudatissimo *Morellio*.

56.] Hujus Adversar. critic. Specimen mihi transmisit illustris *Heynius*, Germaniae nostrae decus.

57.] Noveram quidem *J. J. Reiskium* reliquisse etiam adnotationes manuscriptas in *Xenoph. Ephes.* (Vide J. J. Reiskens Lebensbeschreib. p. 175.) sed post tot lectiones pravas ex ipso Cod. Flor. emendatas, lacunasque inde expletas, carere me tuto posse judicabam viri illius egregii ac laboriosissimi praecipitibus, ut solebat, audacioribusque conjecturis.

cet fine, ut omissa, qui legere volet, in Miscellan. Observ. sciret sibi esse quaerenda. (58)

In meis propriis adnotationibus, ubi quid illustrandum explanandum, stabiliendum esset, plerumque malui quae praesto essent omnia propemodum expromere praestantissimorum plilologorum exemplo, memor quantum mihi olim profuisset talis ubertas, quam redundantiae incusationem veritus, reticere ea, quae ad copiosiorem rei declarationem profutura esse arbitrabar. (59) Gratum opinor ac volupe esse plerisque lectoribus debet, si ad eum auctorem, quem manibus teneant, inveniant statim adjecta, quae in pluribus libris dispersa forent quaerenda, quos libros interdum, etiamsi velint, consulere propterea nequeant, quod illis careant. Dixi plerisque, nam doctioribus nonnumquam verbosiora, vulgaria ac parum utilia videbuntur quae congessimus, minus doctis non item: tirones uberiora etiam, explicatiora, clariora desiderabunt. Qui, amabo, fieri poterat, ut istis omnibus facerem satis? Igitur mediae cuidam classi lectorum adnotationes

58.] Quibus Misc. Observ. suppetunt, ii fortasse judicabunt me plura recidere debuisse, contra qui iis carent, querentur forte me nimis multa omisisse. Profecto ex *Abreschii* parum interdum utilibus copiis plura alia rejecissem, nisi arbitratui meo me nimis indulsisse videri noluissem, iisque displicere, qui ὁμοιολογίας indicatione delectantur, tametsi horum numerum jam multo minorem esse, quam fuerat hoc ineunte saeculo, non me fugit. Quin et ipse a comparatione locorum similium aliquoties non abstinui, praecipue ubi rarior usus verbi alicujus aut formulae occurrebat, plerumque vero, ut similitudinem cum dictionis tum rerum ipsorum inter eroticos scriptores ostenderem.

59.] *Fruantur*, inquit, *D'Orvillius* ad *Charit.* pag. 456. *suo supercilio et paedagogico genio, qui viris eruditis vitio vertunt, si formulam hanc vel illam ab alio illustratam denuo nova et ampliore luce perfundant. Nam utilis quoque exemplorum copia, et sub alia forma diversis locis eadem doceri; neque enim omnes legimus omnia, nedum ut meminerimus; non tamen plagiariorum caussam ullo egerim modo, nec ineptorum hominum, qui notissima exemplis multis sine necessitate inculcare satagunt.*

tiones nostras esse adcommodandas existimabam, quas adeo, ut cum Lucilio dicam, neque ab indoctissimio (60) neque a doctissimis legi cupio. Quemadmodum animadversiones DD. VV. ad alios Graecos auctores saepe laudavi, atque ex iis adtuli quae opportuna esse rebar, ita me interdum petivisse auxilium ab illis indicibus Graecitatis, quos habemus ad quosdam (utinam ad plures!) scriptores, ingenue confiteri non sum verecundatus. Nemo, credo, tam est vanus, ut videri nolit H. Stephani Thesaurum et Scotti appendicem consuluisse, eccur quemquam pudeat illis indicibus se usum esse ostendere, qui nihil sunt aliud nisi totidem supplementa ad utilissima haec Lexica? Neque etiam profiteri erubescimus, quoniam in tam minutis rebus fallax est memoria, ex ea sola nos non deprompsisse quae scripsimus, sed magnam partem ex ea supellectile, quam in adversariis custoditam habemus. Non omnes Brunckii sumus, qui adversariis se uti negavit. (61) Brevitati quoque consulendum esse in eo vel maxime sum arbitratus, ut auctorum loca cum ab Hemsterhusio tum praesertim ab Abreschio prolata persaepe indicarem solum secundum libros, capita, sectiones et paginas, non item ad verbum transcriberem; (62) quod et in meis adnotationibus feci.

60.] Apud *Cicer.* de Orator. lib. II. c. 6. Tamen etiam in media ista classe sunt magis minusve eruditi, quamobrem quae alii aspernabuntur, eadem aliis grata futura quum saepe in conscribendis adnotationibus mecum reputarem, distrahebatur deliberando animus, atque incertus eram deleremne an relinquerem quae scripsissem.

61.] In Analect. Vet. Poët. Graec. Vol. III. p. 64. Conf. Biblioth. Critic. P. II. p. 42. ubi vir doctus censorem istorum Analectorum agens, recte notat, carere eam editionem una hac diligentiae sinceritatisque laude.

62.] Docendus hic est lector, reliquisse me in adnotatis *Albertii*, *Hemsterhusii* et *Abreschii* capitum et paginarum numeros, prout ab illis scripti fuerant, quibus nonnisi raro, quo facilius locus posset reperiri mearum editionum capita paginasve uncinis hujusmodi [ ] inclusas adjeci. Earum vero editionum, quibus ego in meis adnotationibus usus sum, catalogum indice quarto exhibui.

feci. Brevitatis hoc studium simul caussa fuit, cur supervacaneas quasdam sed breviores Abreschii animadversiones non praetermiserim quoties mihi totidem fere aut etiam pluribus verbis de earum omissione admonendus erat lector; videbam quippe me iis omittendis parum aut nihil, quantum ad brevitatem, compendifacturum. Restat duo mea ausa commemorem, quae quidem plausibus an sibilis sint excepturi Graeci magistri eruditi, subtimide (inusitato verbo in re nova sit venia) exspecto. Alterum est, quod interpunctionum notas easdem in Graeca oratione adhibui, quibus in Latina utimur; alterum, quod spiritus et accentus, qui vocantur, in diphthongis, excepta ωι, in prima vocali collocavi, ubi vero circumflexus cum spiritu conjungitur, veterem morem servavi, quo minus offenderet rei novitas intra hos fines coërcita. Prius ausum, ut a majore lectorum parte probetur potius quam improbetur, sperare licet; plures enim docti viri, in quibus nuper Fr. Aug. Wolfius, (63) id sibi placere significarunt: posterius, tametsi ex toto non est aeque insolens, (64) tamen vereor, ne majori

parti

63.] In praefat ad suam Herodiani editionem p. xxiv. xxv.

64.] Exempli caussa in Philostrati editione *Olearii* semper excusum est ἀυτὸς, ἀυτοῦ, ἐυρίσκω, ἐυνοῦχος; in Himerii Opp. *Wernsdorfii* usque ad p. 228. ἀυτὸς, ἀυτοῦ, ἄιτιον, ἐι, ἐυτυχία, ἔυκλεια, ἐυρεῖν, ὄιχεται, ὁι; et in Simonidis carmine de mulieribus *Koeleri*, quamquam parum constanter, ἀυτὴ, ἅυτη, ἐι, ἔυ, ὁι, ὄικος, ἐυ, ἔυτε, ἕιμασιν. Accedunt vetustae inscriptiones: e. g. in Columna Farnes. apud Montfauc. Palaeogr. p. 135. HOI pro ὁι; in Marm. Baudel. ib. p. 133. HOIΔE pro ὅιδε; pariterque in Tabulis Heracleens, ⊦OI pro ὁι; ⊦OIΣ pro ὅις; ⊦OIAΣ pro ὅιας; ⊦AIPEΘENTEΣ pro ἁιρεθέντες; ⊦AYTA pro ἅυτη; ⊦OIΣONTI cum spiritu aspero pro Dorico ὅισοντι i. e. ὅισουσι. (Vide Lexic. Heracleot. in *Mazochii* Comment. in Tabl. Heracl. pag. 281. sqq.) Huc quoque spectat FOIKIAN cum digammate Aeolico pro ὀικίαν in Tessera Hospitali Musei Borgiani, de qua egit Cl. *Heeren* in Biblioth. *d. alt. Litterat. u. Kunst* Part. V. pag. 1. sqq. Conf. Dion. Halic. A. R. lib. I. c. 20. Vol. I. p. 53. Quod si mihi per literarum typographicarum formas licuisset accentus inter duas diphthongorum vocales collocare,

parti displiceat. Argumenta e rectiore, mea quidem sententia, Graeca pronuntiatione ducta, quae me, ut periculum in hac editione facerem permoverunt, singulari aliquando libello exponam, nisi rationem hanc universim, et talibus quidem additis argumentis, quibus mea tacite refellantur, reprobari intellexero. In typothetarum mendis tollendis tametsi certe non indiligens fui, tamen nonnulla, quae me, praesertim in hac hebetata oculorum acie, fessum saepe molestaeque operae pertaesum fefellerunt, in quibusdam exemplis relicta sunt, atque in extrema libri pagina indicata: multo autem plura remansissent, ni mecum Cl. J. Fr. Bast omnia sedulo specimina perlegisset. Scribebam Vindobonae a. d. VII. Id. April. CIƆIƆCCXCVI.

care, prout e. g. in Longi editione *Villoisoni*, et *Isocratis*, *Demosthenis*, et *Lysiae* Oratt. *Augerii*, similiterque in quibusdam in Anglia vulgatis Graecorum auctorum editionibus, mediam hanc rationem, qua novitatis osores aliquantum placari posse spes erat, sequi non recusassem. Qui recentiorum Graecorum pronuntiatione utuntur, atque adeo in *ει*, *οι*, *υι*, priorem vocalem pro non adscripta habentes, solum *ἰῶτα* sonant, ii probabilem quidem caussam habent, cur in his accentus in posteriore vocali ponant, quamquam in *ἀυτὸς*, *ἑυρίσκω*, *ἡυράμην*, et similibus, quae *haftos*, *hefrisco*, *hiframin*, efferunt, id facere non deberent, neque etiam in *ἀιρέω*, quod *hereo* proferunt; verum qui saltem in diphthongis *αι*, *αυ*, *ει*, *ευ*, *ηυ*, *οι*, *υι*, (nisi etiam in *ου* antiquitus duplicem quemdam sonum exauditum fuisse cum Mekercho, aliisque existiment) duplicem sonum efferri debere putant, quod vel ipsum nomen *δίφθογγος* postulare videtur, ii, opinor, idem faciunt receptum scribendi morem sequentes, quasi Latine *ehi*, *ehu*, *uhi*, *ahurire*, pro *hei*, *heu*, *hui*, *haurire*, scriberent.

PE-

PETRUS HOFMAN PEERLKAMP

S. P. D.

L E C T O R I.

Prodiit tandem aliquando Xenophon hic Ephesius, quem quominus in lucem adspectumque hominum prius reddiderim, cum alia impedimento fuere negotia, tum vero difficultas, in quam Gallicae leges rem etiam librariam compulerant. Hanc autem praefationem visum mihi erat Jano Ruardio inscribere, cui gratum pro sua erga me voluntate testarer animum. Quoties enim praeteriti temporis memoriam repetebam, quo haec ego studia inchoavi, toties illius veniebat in mentem, qui me consilio et praeceptis praeclarissime adjuvisset. Quod quale sit, quamque vim habeat in omnem recte discendi rationem, nunc magis quam puerili illa aetate intelligo. Et quamquam vix biennium scholas Ruardii frequentare potui, tamen, ut Minervam Diomedi tenebras eripuisse ait Homerus, ὄφρ' εὖ γιγνώσκοι ἠμὲν θεὸν ἠδὲ καὶ ἄνδρα, sic mihi ille tenebras eripuit, ut, quid in hoc literarum genere esset pulchrum, quid venustum, quid verum, tum primum videre coeperim. — Atque haec ita erant X ante Kal. Febr. a. MDCCCXIV. quum nihil minus cogitabam quam fore ut altera etiam, eaque quatuor annorum mora editioni accederet. Ruardius meus interea moritur, multis ille flebilis quidem, sed, si domum ipsius

 exce-

exceperis, nemini quam mihi flebilior. Quam justas tanti moeroris causas habuerim, ut universas invidiae metus narrare non sinit, ita hanc quivis satis idoneam judicabit, qui cogitet illum, quoad vixit, fuisse unum, qui se ex animo mihi cupere et verbis et factis ostenderit. Sed temporum causa nec ipse nec amici, multum valebant, neque adeo valere poterant homines ab adulatione et impudentia inprimis alieni. Moritur ergo Ruardius meus, et morte sua multorum lacrymas et desiderium secum abstulit. Equidem ego qua pietate praesentem colui, hac absentem veneror, eumque ἠθεῖον καλέω καὶ νόσφιν ἐόντα. Quo iniquius interdum fero, Ruardium pro meritis vulgo parum fuisse notum. Nam qui in literis nostris regnabant, quo tempore ille florebat, Wyttenbachium dico, Tollium, Wassenberghium aliosque etiam superstites, et satis eum cognorant, nec inviti in societatem imperii admittebant. Ingenii monumenta prodere non curabat. Hinc magis in animis grataque et tacita suorum conscientia vixit, quam vivus per ora virûm volitavit, quod Ennianum tamen summo illi jure debebatur. Sed ne hoc temere dixisse videar, declarare me juvat quam brevissime possim, qualis ille vir fuerit, loco fortasse alieno, sed malim equidem alieno facere, quam nullo. — In literis Graecis Valckenarium, in Latinis Ruhnkenium, in re poëtica Schraderum praeceptores habuit et consiliarios, tantos nimirum homines, ut, si quis illi Deus ex toto terrarum orbe eligendi fecisset potestatem, praestantiores eligere non potuisset. Ad horum scholas summam adferebat discendi cupiditatem nec minorem facilitatem. Quibus animi et voluntatis bonis adjutus quantum profecerit, facile est conjicere. Didicit certe tam diu quoad praeceptores nec ipsum eorum, quae didicerat, poeniteret. Nec vero intra studia humanitatis se ita continuit ut alias artes non attingeret. Jurisprudentiae quidem docendae jus publice in Academia Franequerana obtinuit anno saeculi superioris sexagesimo nono, edito Specimine Critico ad nonnulla juris et aliorum scriptorum loca. In eo Specimine Musarum agrestiorum severitatem literarum elegantia suavissime temperavit, et qui de ingeniis judicare poterant, facile videbant, qualis ille olim

esset

esset futurus. Ad honores evolare nec ambitiose studuit, nec prudentia saeculi ferebat. Itaque ex scholis, quae dicuntur, Latinis, gradum ad Academiam fecit, et brevi tempore in Daventriaca, longissimo Groningana, summa solertiae et assiduitatis laude docendi munus sustinuit. Huic rei testimonio sunt multi ingenio et doctrina excellentes discipuli, in quibus d'Escurius, Heringa et Treslingius non inique, credo, ferent, se nominari. Nam quod singuli in republica, in Academia, in foro eluceant, quod universi suas artes literarum praesidio muniant, ornamento illustrent, hujus laudis partem Ruardio lubentes referent acceptam. Neque vero minorem operam navabat literis quam discipulis. Sed hujus diligentiae fructus in apertum protulit paucos, reliquit multos. Variae accurataeque doctrinae nomen quidem vulgare est, sed Ruardius is erat, in quem nomen illud vere conveniret. Effulgebat in eo quasi imago quaedam Valckenarii, Ruhnkenii et Schraderi, et, quascumque ingenii copias explicaret, hae dicendi puritate, judicandi solertia, et blanda persuadendi vi commendatae, in omnium aures et animos influebant. Hujus generis sunt amplissimae de Synonymis Ciceronianis commentationes, quas, auctore Ruhnkenio inceptas, jam multis abhinc annis absolverat. Synonymorum libellus est longe rarissimus, ab antiquo compositus Grammatico ex libris Ciceronis, partim perditis, forma quarta minore, in cujus fine haec leguntur: Impressum est opus Rome, per magistrum Stephanum Planncк de Patavia: Absolutumque die XVI. Martii. Anno domini. M. CCCC. XCI. Habuit Ruardius etiam exempla ex Bernensi et alio codice descripta. Non me fugit quid Erasmus de Synonymis istis sentiat, videor tamen mihi facturus operae pretium, si quando et ipsius Grammatici et Ruardii inprimis observata cum erudita civitate communicem; quod liberum mihi permisit Treslingius. In poëtis Graecis Sophoclem Euripidem et Theocritum valde amabat. Superest magna adnotationum copia, in quibus Valckenarii discipulum pulchre agnoscas. Prologum Philoctetae Euripidei, a Dione Chrysostomo in paraphrasin redactum, tractavit Valcken. Diatrib. Eurip. pag. 117. Ruardius paraphraseos vesti-

 giis

giis insistens, alios Euripidis versus sagacissime odoratus est, alios ingeniosissime supplevit, quorum magnam partem Euripides aut pro suis agnosceret aut adoptare non gravaretur. Variis praeterea in utraque lingua scriptoribus suam impertiit curam, epistolis praecipue Socraticis, quarum novam adeo editionem moliebatur. Comparavit illas cum Helmstadiensi, cujus meminit Reiskius in praefatione Aeschinis, aliisque Codicibus; sed deerant Florentini, quos frustra exspectans opus reliquit affectum. Quidquid ex Platone, Xenophonte, Isocrate, Diogene Laërtio lucis aut medelae peti potuit, omne petiit et epistolis tribuit. His a Ruardio relictis commentariis si insignem carminum, orationum et epistolarum multitudinem adjunxero, satis unicuique apparebit, quae monumenta doctrinae condere et posteritati ostendere potuisset. Sed haec nobis non invidebit, qui, ut speramus, de vita Ruardii copiosius aliquando exponet, dignus socero gener Treslingius. Nobis quidem haec non dixisse fuit religio, et valde laetamur animum nostrum pietatis officio esse functum, quo solvi, tamquam onere quodam, dudum gestivit. Ad inceptum redeamus; cujus rationem explicare aggredientibus primo occurrit loco dissertationis de Xenophonte Ephesio specimen, conscriptum illud ab J. Casperio, in quo subtilitatem judicandi felicitatemque conjiciendi nemo sane desiderabit. Paucis modo libelli istius ob insignem raritatem copia fieri potuit. Quare, hortante Suringare, Professore Lingensi, cujus illum humanitati debemus, integrum recudi curavimus. Locella quidem disputata Casperii repetiit, sed recisis, ut ait, partim falsis, partim supervacuis. Quoniam autem de eo, quod in unaquaque re falsum est et supervacuum, non unum idemque omnes sentire solent, liberum fecimus lectori judicium, qui alteram partem audire possit. Casperius in animo habuisse videtur ipsum Xenophontem amplius emendare et illustrare, quod an fecerit, ego et omnes, quos consului, ignoramus. Dicat aliquis, judicans ex paucis, quas proposuit, conjecturis, non multum detrimenti nos ideo fecisse. Sed ego longe aliter censeo. Etenim unicus adhuc fabulae Ephesiacae Codex MSS. innotuit, idemque literis adeo minutis et obscuris, ut nemo legentium

tam

tam Lynceus fuerit, quin saepe offenderit. Antonius Cocchius, (Colli nomen error famae illi imposuit in Thesauro Epist. Lacroz.) primum in Athenaeo Pisano Medicinae, deinde in Florentino philosophiae naturalis Professor, cujus vitam Italice scripsit Xavierius Manetti, iterum sed auctius vulgatam Florentiae a. MDCCLIX, Antonius igitur Cocchius, Xenophontem primus edidit, sed in describendo Codice, negligentius, quam par erat, versatus est. Quam multa etiam post aliorum diligentiam supersint agenda, et ex eodem Cod. emendanda, ostendit Locella. Huc adde magnam errorum vim, neque unam verborum lacunam, et quis dissimulet in re tam desperata multorum consilio opus esse? Qui Casperio in hoc genere parum tribuunt, usurpent de eo, si velint, nam ego quidem non usurpem, πολλάκι καὶ κηπῶρος ἀνὴρ μάλα καίριον εἶπεν. Itaque saepe dolui Locellam conjecturas Reiskii, quas exstare sciret et ille facile nancisci potuisset, neglexisse. Casperii dissertationem sequitur praefatio Locellae de Xenophonte, de fabula ab eo composita, de variis editionibus, de interpretibus, quam tanta ille cura et diligentia pertractavit, ut et optimae praefationis exemplum sit, et mihi omnem fere disputandi materiam praeripuerit. Pauca igitur praeclare ab eo monitis addere mihi relictum est. Nam quod initio consilium agitavi, de Eroticis in universum disserendi, historiamque a prima fabularum apud Graecos origine ad Eustathii tempora contexendi perpetuam, hoc ergo consilium ut nondum abjeci, ita nunc a re proposita sejungendum arbitror. Facere tamen nequeo quin fontes quosdam indicem, qui adeuntium sitim si non explere, at sedare poterint. Quos antequam accedant, Wyttenbachii monitum audisse non grave erit, sed utile potius et jucundum. Huic in Bibl. Crit. Vol. I. P. II. p 43. sententiam ferenti de Achille Tatio, quem Bodenius a. MDCCLXXVI. edidit, descendendum fuit ad ultimos Graecorum, deque iis hoc melius judicavit, quo primos accuratius cognovisset. Quae ex Graecis supersunt amatoriae fabulae, inquit, labem atque contagionem, seculii tertii et sequentium, quibus scriptae sunt, non verbis tantum et oratione, sed rebus etiam, sententiis, ac dispositione manifeste

feste produnt. Quod quidem eo magis miramur, quod et ipsum argumentum tam teneram, mollem, variamque habet materiam, ut nullam non capiat scriptionis inventionisque suavitatem; et quod eadem aetas in aliis generibus scriptores tulit excellentes, quique prope ad antiquorum praestantiam accederent. Cujus diversitatis caussas altius indagare, ut non est hujus loci, ita unam, eamque maximam, reticere non possumus, eam, quod amatorii scriptores non, ut illi, continua ac diligenti veterum lectione meditationeque ingenia a seculi sordibus purgarunt et ad naturae simplicitatem conformarunt. Wyttenbachio in hoc genere judicem aeque idoneum adjungo Coraëm, dignum laudibus Luzacii et ipsius Wyttenbachii, quorum ab uno in Lection. Atticis p. 121. recens veteri Graeciae ex nova ornamentum, ab altero in Bibl. Critica ἑλληνικώτατος appellatur. Is Aethiopica Heliodori in lucem emisit Parisiis a. MDCCCIV. et epistola, hodierno Graecorum sermone consignata, Alexandro Basilio dedicavit, lectu illa inprimis digna, et ad cognoscendas Eroticorum fabulas utilissima. Multi ab Huetio inde et Fabricio de iis exposuerunt, Gaulminus enim quod in praefatione Eustathii promisit, praestitisse non videtur, ut Ramdorh in Venere Urania Tom. III. P. I. §. 355 — 420. J. C. T. Manso in scriptis Miscell. Tom. II. §. 8. P. M. Paciaudius Praefat. Longi. Rochettus Miscell. Litt. Tom. III. — Sed nemo accuratius Coraë. Gallis Hollandiae dominis, multa saepe alieno loco inventa sunt. Ita die Veneris XXVIII. Jun. MDCCCXI. nuntius Amstelodamensis fabellam adferebat de scriptoribus Eroticis, deque Theagene et Chariclea; quae quidquid veri continebat, id omne debebatur praedictae Corais praefationi. Quae de Xenophonte nostro egregie disputavit vir eruditissimus, huc referre lubet, si me ipse in sententia olim a me lata, revocavero. Nimio scilicet Ephesii amore ablatus in oratione de eo habita pag. 11. omnium, quotquot supersunt, Eroticorum esse antiquissimum statui. Haud multo post iterata saepe illius lectione et accuratius cum aliis instituta comparatione errorem sensi, et Xenophontem longe post Heliodori tempora rejicere coepi. Audiamus quantum Coraës in ista me opinione confir-

firmaverit, qui in praefat. Heliod. p. 15. ita fere scribit: Xenophontem alii dicunt Heliodoro esse recentiorem, alii saeculo saltem antiquiorem, alii parum absunt quin Luciano aequalem fingant: Quod si quis characteris simplicitatem et inaffectatum dicendi genus consideret, is non immerito statuat, eum vixisse tempore, quo qui scribebant, non omni judicio nec sensu pulchri erant destituti. Si contra multas voces et dictiones earumque abusum cogitet, quae tunc ne a plebe quidem usurpabantur et propterea a nemine in scriptis usurpari potuerunt, neque tanto cum abusu, illi sine dubio Xenophon multo recentior videbitur Heliodoro. Adde languidum illud ac prorsus remissum quod etiam habet in charactere, varias ac multiplices fabulae nodos, et quis censeat Xenophontem ea floruisse aetate, quae Plutarchum, Galenum, Lucianum aliosque homines sapientes et eruditos protulit? Animi quaedam debilitas saepe in causa est ut nonnulli scriptores magna vitaverint vitia, neque adeo hoc semper tribuendum est communi temporum praestantiae neque literarum luci. Non illi periculum est ne cadat, qui alte volare non didicit. Est ita ut Coraës scribit. Omnis enim virtus proximum aliquod ac vicinum habet vitium. Simplex et inaffectatum scribendi genus magna est auctoris commendatio. Sed ea virtute nisi quis cum ratione utatur, incidat necesse est in languorem et remissionem. Quamvis igitur Xenophon post Heliodorum vixerit, nemo tamen ne saeculum quidem finiverit. Nam pleraque argumenta, quibus ad aliquam probabilitatem pervenias, parum firma sunt, nisi cum Locella statuas Xenophontem hanc fabulam quasi rem sua memoria factam narrasse. Quod mihi quidem non persuasit. Nam si hinc aetatem illius metiri oporteat, ad tempora multo remotiora interdum referre eum deberemus.

Et constat nunc quidem, postquam, monstrante Coraë multa senescentis Hellenismi vestigia deprehendimus, illum aevi esse recentioris. Video Xenophontem in Saxii Onom. Litt. Epitom. p. 37. referri ad annum a C. N. quadringentesimum; et ita Fuhrman. Class. Lit. Tom. I. p 512. cui Locellae sententia circa Antoninorum tempora eum collocantis, non placet.

placet. D'Orvillio, facienti eum juniorem Heliodoro, Tatio et Longo, favet Rochettus Misc. Lit. Tom. II. pag. 69. Adde Mag. Encycl Millini a. MDCCCV. mensis Januarii p. 47.. Sed omnis quaestio est adeo impedita, ut certo de ea affirmare non ausim. Vellem nomen praefecti Aegyptiaci saltem appellasset, unde conjectura potuisset fieri. Omnino conatus est Xenophon et scribendi genere et rerum narratione se erigere ad aetatem sua antiquiorem, et ipse quis esset, omnes celare studuit, ut ne nomen quidem Xenophontis suum ipsius suis e credam. Hoc ego ante Bodonium lectum suspicatus sum, et simile quid de Charitone suo suspicatur D'Orvillius Anim. p. 7. Erotici forte isti non e re sua esse videbant, vera libris inscribere nomina, iis viventes temporibus, quibus disciplina Christiana, severius praescripta, ludicra haec non admittebat. Exemplum certe praebet Heliodorus. Sunt enim qui narrent libros igne fuisse damnatos, et auctorem ipsos comburere jussum. Quod nisi fecisset, munus illi abrogatum iri, erat autem Episcopus. Sed quamquam de hujus rei veritate dubitant viri docti, v. c. post Fabricium Creenius Thes. Optim. Libr. Exercit. II. p. 26. et Klefekerus Biblioth. Erudit. Praecoc. p. 158. illud tamen inde conjicio Aethiopica Heliodoro non exigua conflasse negotia. Nicephorus quidem XII. Hist. pag. 296. appellat βίβλους ὑπαναπτεύσας τὸν ἔρωτα, et juventuti periculosa scripta. Jam si haec illi de Heliodoro, cujus in scribendo verecundiam omnes laudamus, quid tandem de Achille Tatio, Longo, deque Xenophonte nostro censuros fuisse putemus? — In editionibns, a Locella memoratis, una est quae prodiit Viennae, curata a Polyzoë Contou, sacerdote Graeco, in quem sibi ignotum hominem acrius invehitur. Neque alios interdum modestius habet, sed judicio major, quam par est, reprehensionis acerbitas adhaeret. At ne hoc illi quisquam gravius succenseat. Nam et liber Baro erat, et profecto mitius sensit quam loquitur interdum. Ruhnkenius quidem, verae ille humanitatis exemplum, testatur in Epist. Crit. II. p. 228. se Locella paratiorem ad has literas adjuvandas cognovisse nominem. Praeterea morbo oculornm laborabat, qui hominem etiam facillimum, morosum potest facere.

cere. Caeterum Graece fuit doctissimus, et quae de exigua sua in hoc genere facultate dixit, modestius dixit quam verius, maximam enim, melior judex Bast. Epist. Crit. p. 135. in eo agnoscit. Si bene memini, ineunte hoc saeculo diem obiit supremum. Judicia doctorum virorum de editione ab illo confecta, frustra quaesivi. Sed brevi post altera Xenophontis prodiit per societatem Bipontinam, curante Mitscherlichio, inserta tertio scriptorum Eroticorum volumini. Hic praemissae de Xenophonte notitiae literariae, quam ex praefatione Locellae describi curavit, haec de suo subjunxit: Locella non tantum Hemsterhusii et Abreschii molimina Critica, per Miscellaneas Observationes Batavas sparsa, textui emaculando sollerter adhibuit, sed ulterius progressus, unde certior salus Nostro sperari poterat, ipsius Codicis Florentini conferendi copiam nactus, Rev. Luchio et Cl. Weigelio, qui cum maxime Aetii editionem parat, gnaviter hanc ipsi operam praestantibus, adhibito insuper exemplo Cocchii diligentia ad istum Codicem exacto, innumera poene, quibus scatent impressi libri, menda sustulit, vastasque lacunas, quae per plurium interdum versuum spatium exundant, explevit, denique ingenio, quo acerrimo atque interiore Graecarum literarum cognitione perpolito, haud raro ita Nostro profuit, ut tanti hujus viri plane egregia opera nos Xenophontem, si paucissima excipias, integritati suae restitutum nunc tenere vere affirmare liceat. Commodum autem accidit, ut, cum textum, dudum nostra manu e Londinensi exemplo descriptum, novaque prorsus interpunctione sublevatum, per gravissimas diuturni belli calamitates, quae societatis Bipontinae rem librariam plures annos afflixit, ulterioraque promovendi has literas studia inhibuit, in scriniis nostris repostum servaremus, nova ante, quam iste typis exscriberetur, prodiret ista recensio, unde maximum in nostram editionem redundasse fructum gratissimi profitemur. Haec Mitscherlichius; cujus observata, huc illuc adspersa, suo quaeque loco memoravi. Post editionem Bipontinam prodiisse alteram non credo. Fuit quidem Teuchero consilium Eroticorum edendorum, neque tamen, quantum equidem sciam, perfecit. Hoc

Ille significavit in praefatione ad Eustath. de Ismen. amoribus Lips. MDCCXCII. — in cujus contextu se ita versatum esse scribit, ut eum emendatiorem et correctiorem, quam in editione Parisiensi legitur, reddere conaretur. Sed harum ille emendationum nullam facit mentionem nec reddit rationem, ut adeo, quod Xenophontem non ediderit, nihil inde literarum commodo decessisse putemus, nisi quod exemplorum paucitas eadem permanserit. Ego utrumque conjungere studui, ut per me exempla fierent crebriora paratuque faciliora, et ipsa fabula adnotationibus illustraretur. Has ab aetate hue loco. quibus composui, excusare, quamquam a consuetudine non abhorret, nihil ad rem facere existimo. Quae enim alterum utrum prodant, ea lector probe inveniet. Sex fere anni sunt, quum jam per me non stabat, quin hoc omne luci posset exponi, quod sane non exiguo mihi labore constitit, quem tamen patienter satis et laete tuli, animum quotidie confirmans illo *cras erit melius*. Sed longe cras illud remotum, etiam ultra Indos et Garamantas fuit. Quam vere enim Plato spes somnia vigilantium nominaverit, re cognovi. Et cognoscere debui, qui homines parum novissem, et omnium minime librarios. Quid enim? Opere perfecto, hos ultro ad me venturos, operamque suam certatim oblaturos, juvenili quadam levitate exspectabam. Venit nemo, nemo obtulit. Qui rogari volebam, rogare cogor. Xenophontem vidit unus, alter, tertius, placuit nulli. Hic tempora, ille operis amplitudinem, alius alias causas repulsae adferre. Quoniam igitur nemini obtrudi poterat, dedi Loosjesio, ut de eo faceret, quodcumque videretur. Hic ita conditionem accepit, ut prius de cavendo damno, quam faciendo lucro sibi cogitandum esse arbitraretur. Non intercessi. Xenophon erat ipsius, non meus. Libens dono dederam, cujus me pigeret. Atque hoc loco gratias agere, ut ago, me decet illis, qui, professi se exemplum empturos, consilium Loosjesii adjuverunt, et liberare juvat amicos quosdam meos errore, sive joco sive serio putantes, scribendo me quaerere pecuniam. Hujus quidem rei in posterum securi sint, et sic habeant hoc quaestu nunquam me fac-

tum

tum esse locupletiorem. — In oratione, qua Ephesius fabulam explicavit, constituenda, secutus fere sum Locellam, paucis tamen exceptis, in quibus certissimas aliorum conjecturas, interdum meas, pro vulgata lectione edendas curavi, eamdem, quam ille, sumens libertatem. Ita v. c. ubi Locella lib. V. c. 13. pro πολλὰ ἄλλα πάθη, ex emendatione Hemsterhusiana, dedit πολλὰ καὶ ποικίλα πάθη, ego non dubitavi de meo dare πολλὰ ἅμα πάθη. Cujus tamen consilii fere est ut me poeniteat. Nam libertas ista res est periculosissima, nec raro, si quis ei indulserit, in licentiam vertit, qua nonnullos in transversa abreptos, adeo omnes recte interpretandi leges solvisse et violasse reperimus, ut, gladio semel educto, nec ingenium nec ratio finem libidini statuere nec moderari potuerit. Versionem quoque Latinam quorumdam rogatu addidi. Ea maximam partem refert Locellanam, ita tamen ut nonnulla Cocchii servaverim, quae melius ille et accuratius verbis Latinis expressit, nonnulla mutaverim et ad Graecam orationem conformaverim. Latina enim Graecis respondere omnino par esse ducebam, quod secus est in editione Bipontina. Neque in describendis Hemsterhusii, Abreschii et Albertii adnotationibus a Locella discessi, sed interdum ipsa illorum, Hemsterhusii inprimis verba et exempla laudavi, quoties Locella parcius mihi egisse videbatur. A Locella vero quae adnotata sunt, horum nihil fere praetermisi, quod et raro digreditur in aliena, neque ita multa editionis, ab eo curatae, impressa sunt exempla, unde Bast. Epist Crit. p. 135. suspicabatur brevi fore ut ea essent divendita. Istis doctissimorum hominum adnotatis subjunxi mea, meis multa Eliae Palaireti, pauca Arnaldi, Higtii, Treslingii aliorum inserui. Treslingius anno superioris saeculi nonagesimo secundo publici juris fecit adversariorum Criticorum Specimen, in quo praeter alia, glossas praesertim nomicas, librum Ephesiacorum primum et secundum, eleganter illustravit. Erat hunc libellum scribens admodum adolescens, sed adolescens qui non vulgarem sui exspectationem movebat, si in hoc literarum genere elaborare vellet. Itaque altius eminebat, ut mihi narratum est, quam ferre pote-

 rant,

rant, qui eum nec ingenio nec industria assequebantur, juvenes in otio occupati, multa agendo nihil agentes, ceterum in aura populari captanda felicissimi. Locella interim Treslingii errorem unum alterum deprehendit et more suo, hoc est, acerbo, castigat. Illi vero in sinu ridere, laetari, triumphare. Sed nemo bonus fucis triumphum invidit, Treslingius sibi laudi putavit. Palaireti et aliorum observationes quomodo nactus fuerim, exponam. Anno hujus saeculi sexto orationem edidi de Xenophonte Ephesio Criticarumque in eumdem observationum specimen.

Ea benignius a viris doctis excepta sunt, quam ab aetate mea sperare potui. Lipsiensi novo literarum nuntio, a. MDCCCVIII. p. 105. autorique relationis insertae annalibus artium et doctrinarum, in regno tunc Hollando vigentium, a. MDCCCIX. Tom. I. pag 107—209. magnas ago gratias, quod suo me judicio incitaverint, ut in Xenophonte illustrando perrexerim. Ac civis quidem meus, mihi ignotus, in annalibus laudatis monuit, Palairetum olim cepisse consilium Xenophontis edendi; cujus observationes etiam exstare servarique a viro quodam docto et literis bene cupiente. Cogitanti mihi per quem has nanciscerer, in mentem venit Lennepii, quem cum insigni doctrina parem conjungere humanitatem certis mihi auctoribus tunc constabat, nunc experiendo ipse cognovi. Ad Lennepium ergo scripsi, nec eventus spem fefellit. Brevi enim post opus Palaireti ad me transferendum curavit. Constabat illud duobus voluminibus formae octavae, quorum in uno accurate et eleganter descripserat quinque Xenophontis libros, addito Cocchii versione Latina, quam tamen, ut profitetur in praefatione, aliquoties castigare coactus fuit, ubi vel non satis accurate sensum vel omnino pravum dedit. In altero volumine erant Albertii, Hemsterhusii, Abreschii et ipsius Palaireti observationes, in quibus excerpendis ita egi, ut quae optimae mihi viderentur, eas memoraverim, nonnullas conjecturas multasque hujus generis observationes, quibus notiora explicaverat, omiserim. Fuit sane Elias Palairetus linguae Graecae non mediocriter peritus, et in

in commentando valde diligens, quod publice non semel ostendit. Notae sunt illius Observat Philolog. in N. T. Lugd. Bat. 1752. unde patet jam tum Xenophontem diligenter ab eo fuisse lectitatum. Erat eo tempore sacrarum literarum interpres in Ecclesia Tornacensi, deinde, quum Xenophontem esset editurus, in regia Divi Jacobi aede Belgica vicarius, et Reverend. Patri, Joanni Bangorii Episcopo a Sacris, Londini 1765. In eadem urbe a. 1761. ediderat thesaurum ellipsium Latinarum, ut alia nostro sermone ab eo composita praeteream. Xenophontis editionem inscribere voluit Walliae principi. Quare haec non prodierit, me latet, et verba causam in praefatione illustrantia deleta sunt. Atque haec de Paireto. Nunc laudanda mihi est Ev. Wassenberghii humanitas, qui, a me rogatus si quid haberet quod usui meo inservire posset, misit et literas suavissimas et exemplum edit. Cocchianae, quod fuerat E. G. Higtii. Margini adscripserat excerpta plurimum ex Observat. Miscellaneis, sed in his nonnulla de suo. Neque miror Higtium elegantia fabulae Xenophonteae fuisse captum, quem teste Wassenberghio in Orat. Funeb. Jo Schraderi, p. 13. ipsae Gratiae ad omnem effinxissent elegantiam. In literis autem Graecis quantum profecisset hinc apparet, quod Valckenario se probare potuerit, illud non semel in suis ad Theocritum, Euripidem, Phalaridem aliosque observationibus testanti. Ipse quoque Wassenberghius unum alterumque Xenophontis locum, adhibita ratione Critica, emendare agressus erat, et cum eo Ommerenus olim suus. Sed istae conjecturae tunc ad manus illi non erant, frustraque operam deinde dedit investigando ubi laterent. Ac multi nostrates, Graecarum literarum amantes, qui Ephesiaca legerant, emendationes Observ. Miscellan. ad ea retulerunt, pauci suas ipsorum addiderunt. Priorum numero censendae sunt editiones quibus Ruhnkenius, Struchtmeyerus alii, posteriorum, quibus G. Arnaldus et alter mihi ignotus sed non indoctus homo, usi sunt. Cognoveram in libris Ruhnkenii in Bibl. Leidensi Quart. No. 291. exstare ed. Londinensem manu illius notatam. Opera nobilissimi Kemperi librum vidi. Sed nihil habebat nisi emendationes ex Observ. Miscellan.

I 3 Idem

Idem fecerat Struchtmeyerus, rector olim Gymnasii Groningani, qui a pueris inde nullam fere longae vitae partem sine literis degit. Hic et amabat Eroticos et Heliodorum ante alios, cujus novam editionem paraverat, quo tempore suam Coraës Parisiis proferebat. Huc etiam referendum exemplum quod fuit Hinlopenii, viri amplissimi, oblatum mihi ab J. R. Eerdenio, professore Groningano, qui, conrector olim Scholae in eadem urbe Latinae, primus amorem Graecarum literarum in me puero excitavit, quod beneficium altissime in animum meum descendit. Idem, quem supra nominavi, civis populi Hollandi primarius, Kemperus, utendam mihi dedit editionem Londinensem, in qua Arnaldus non pauca ex genere Critico adnotaverat, et supra plurimas loquendi formulas lineas duxerat, quas in alio forte libello sibi sumsit illustrandas. Videntur haec Arnaldi valde iuvenis, et incepta antequam Hemsterhusiana innotuissent. Hemsterhusius habuit luculentam orationem funebrem in Arnaldum a. MDCCXL. observationes autem Hemsterhusianae edi coeptae sunt a. MDCCXXXIII. Haec et alia nonnulla adnotationibus meis sine magna difficultate inseri non potuerunt. Itaque ad emendanda et addenda rejeci.

Doctus ille mihi ignotus, cujus supra mentionem feci, nonnulla ad edit. Londinensem adscripsit; deinde etiam alter, nam diversae manus apparent. Qui prior hoc praestitit, fuisse videtur aut ipse Palairetus, aut Palaireti observationes vidisse. Haec debeo humanissimo F. A. L. Donckermanno. Vidi etiam nonnulla Ruardii ad Xenophontem pertinentia, sed juvenis adeo, ut, si viveret, ea memorari non pateretur. Confirmata paulo magis aetate ad Achillem Tatium accessit, in quo emendando tam feliciter versatus est, ut pleraque ejus inventa G. Koenio placuerint, quod magnae commendationis loco habendum esse existimamus. Koenius quis fuerit, libet hic declarare verbis Valckenarii ineditis. Discipulus, hic, inquit, mihi carissimus, Professor linguae Graecae in Academia Franequerana successor, inauguratus d. XVIII. Mart. MDCCLXVII, habita oratione de optimo Graecarum literarum praesidio ad Latinos scriptores explicandos, cujus a se habitae argumentum datis ad me literis XXIII. Mart.

Mart. significavit: morbo, quo laborabat, pulmonali paulo post fuit exstinctus die XII. April. MDCCLXVII. omnibusque bonis literarumque amantibus, mihi praesertim, flebile desiderium reliquit, annos natus triginta. Primum Harlingae, tum Alcmariae, tandem Goudae scholarum fuit Latinarum rector. — Solebat Ruardius cum amicis etiam absentibus συμφιλολογεῖν. Praebuit ista mihi consuetudo binas Camphuyseni ad illum epistolas, quarum una nonnihil rei nostrae profuit. Adamus Camphuysenus, Ictus et Rector Scholae Zierizaeensis, etiam immatura morte decessit. Ut omittam orationem illius de puriori Latinitate, nobilitatus inprimis est ea de Levino Janssonio Lychnite (Keerssemaker) Zieriz. MDCCLXXII. in Belgicum sermonem postea conversa et doctis accessionibus aucta ab A. J. Ruevero, probata Scheltemae nostrati in Lexico Polit. Tom I. p. 555. — Sed longe maximum huic editioni accessurum fuisset ornamentum si Bastii et Tollii observationibus potiri mihi licuisset. Bastius in epistola Critica p. 135. Gallice scripta, eandem postea ab ipso Latine redditam non vidi, ita narrat: Si quando Germanum quempiam cupido incessat parandi novam Xenophontis Ephesii editionem, hunc consilii me sui certiorem fecisse non poenitebit. Fuit aliquando, idque in lucro mihi deputavi, quum Locellam singulis fere diebus convenirem. Hic in eo tunc erat occupatus ut, quae de Xenophonte commentatus esset, in ordinem redigeret. Nos interea loca paulo difficiliora inter nos disceptabamus, unde fabula Ephesia mihi facta est familiarissima. Deinde Rastadii morans eamdem relegi quam solam ex libris Graecis haberem, qua me a negotiorum publicorum molestia et fastidio recrearem. Exemplum ergo meum adnotationibus manu mea scriptis est instructum. Curas etiam habeo criticas Hermanni Tollii, ab eo mecum communicatas, quem in conventu legatorum Rastadiensi mihi me conciliasse amicum valde gaudeo. Lectis his Bastii verbis Chard. Rochett in Miscell. Phil. Lit. loco jam laudato, valde sperabat fore ut ipse curam novae editionis susciperet potius quam alteri tam divitem notarum materiam permitteret. Bastio enim hoc esse jucundam laborum remissionem, copiam Florentini Codicis illi

illi posse fieri, quem a nemine, antiquae scriptionis satis perito, esse consultum, nec facile a quoquam Bastio peritiore consultum iri. Frustra speravit Rochettus. Mors enim Bastium occupavit, in quo quantum literata civitas amiserit, egregie nuper exposuit Wyttenbachius Philomath. T. III. p. 215.

Ego, quod potui, meumque esse arbitrabar, rogavi Hermannum Tollium si aut ipse eas adnotationes haberet aut viam mihi monstrare posset qua nanciscerer. Respondit vir clarissimus, perscrutatum se esse scrinia, excussisse adversaria, sed nullas hujusmodi adnotationes reperisse, ut adeo, inquit, vel intercIderint oporteat, vel ita cum Bastio fuerint communicatae, ut nullum apud me remanserit apographum. Sed de iis quid factum sit, nunc ita comperi. Pervenerunt nempe, ut omnia Bastii MSS. ad fratrem Christianum, habitantem Dornheimii non longe Darmstadio. Hujus rei Boissonadus Reuvenium, Professorem Hardervicenum, Reuvenius me fecit certiorem. Ut ergo valde doleo meam editionem tanta ornamenti accessione carere, ita vehementer opto ut ex multis, qui in Germania florent, Graece doctissimis unus reperiatur, qui et has et alias Bastianae doctrinae reliquias in lucem proferat. — Indices, numero tres, conficere non noluit J. H. Merxlo, scholae nostrae praeceptor, qui egregio literarum studio summaque in obeundo munere diligentia se magis magisque nobis commendat. Harlemi V ante Kal. Mart. MDCCCXVIII.

ΞΕΝΟ-

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ ΕΦΕΣΙΟΥ

ΤΩΝ ΚΑΤΑ

ΑΝΘΙΑΝ ΚΑΙ ΑΒΡΟΚΟΜΗΝ

ΕΦΕΣΙΑΚΩΝ ΛΟΓΟΣ Α.

α. Ἦν ἐν Ἐφέσῳ ἀνὴρ τῶν τὰ πρῶτα ἐκεῖ δυναμένων, Λυκομήδης ὄνομα. Τούτῳ τῷ Λυκομήδει ἐκ γυναικὸς ἐπιχωρίας Θεμιστοῦς γίνεται παῖς Ἁβροκόμης, μέγα δή τι χρῆμα, ὡραιότητι σώματος ὑπερβαλλούσῃ, κάλλους, οὔτε ἐν Ἰωνίᾳ, οὔτε ἐν ἄλλῃ γῇ πρότερον γενομένου. Οὗτος ὁ Ἁβροκόμης ἀεὶ μὲν καὶ καθ' ἡμέραν εἰς κάλλος ηὔξετο, συνήνθει δὲ αὐτῷ τοῖς τοῦ σώματος καλοῖς καὶ τὰ τῆς ψυχῆς ἀγαθά: παιδείαν τε γὰρ πᾶσαν ἐμελέτα, καὶ μουσικὴν ποικίλην ἤσκει, κιθάρα δὲ αὐτῷ, καὶ ἱππασία, καὶ ὁπλομαχία, συνήθη γυμνάσματα. Ἦν δὲ περισπούδαστος ἅπασιν Ἐφεσίοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς τὴν ἄλλην Ἀσίαν οἰκοῦσι, καὶ μεγάλας εἶχον ἐν αὐτῷ τὰς ἐλπίδας, ὅτι πολίτης ἔσοιτο διαφέρων. προσεῖχον δὲ ὡς θεῷ τῷ μειρακίῳ, καὶ εἰσίν ἤδη τινὲς οἳ καὶ προσεκύνησαν ἰδόντες, καὶ προσηύξαντο. ἐφρόνει δὲ τὸ μειράκιον ἐφ' ἑαυτῷ μεγάλα, καὶ ἠγάλλετο μὲν τοῖς τῆς ψυχῆς κατορθώμασι, πολὺ δὲ μᾶλλον τῷ κάλλει τοῦ σώματος: πάντων δὲ τῶν ἄλλων, ὅσα δὴ ἐλέγετο καλὰ ὡς ἐλαττόνων κατεφρόνει, καὶ οὐδὲν αὐτῷ οὐ θέαμα, οὐκ ἄκουσμα ἄξιον Ἁβροκόμου κατεφαίνετο, καὶ εἴ τινα ἢ παῖδα καλὸν ἀκούσαι, ἢ παρθένον εὔμορφον, κατεγέλα τῶν λεγόντων, ὡς οὐκ εἰδότων, ὅτι εἷς καλὸς αὐτός. Ἔρωτά γε μὴν οὐδὲ ἐνόμιζεν εἶναι θεὸν, ἀλλὰ πάντῃ ἐξέβαλεν, ὡς οὐδὲν ἡγούμενος, λέγων, ὡς οὐκ ἄν ποτε οὔτις ἐρασθείη, οὐδὲ ὑποταγείη τῷ θεῷ μὴ θέλων. εἰ δέ που ἱερὸν, ἢ ἄγαλμα, Ἔρωτος εἶδε, κατεγέλα, ἀπέφαινέ τε ἑαυτὸν Ἔρωτος παντὸς καλλίονα, καὶ κάλλει σώματος, καὶ δυνάμει; καὶ εἶχεν οὕτως: ὅπου γὰρ Ἁβροκόμης ὀφθείη, οὔτε ἄγαλμα κατεφαίνετο, οὔτε εἰκὼν ἐπῃνεῖτο.

β′. Μηνιᾷ πρὸς ταῦτα ὁ Ἔρως, (φιλόνεικος γὰρ ὁ θεὸς, καὶ ὑπερηφάνοις ἀπαραίτητος,) ἐζήτει δὲ τέχνην κατὰ τοῦ μειρακίου; καὶ γὰρ καὶ τῷ θεῷ δυσάλωτος ἐφαίνετο. ἐξοπλίσας οὖν ἑαυτὸν, καὶ πᾶσαν δύναμιν ἐρωτικῶν φαρμάκων περιβαλόμενος, ἐστράτευεν ἐφ᾽ Ἁβροκόμην. ἤγετο δὲ τῆς Ἀρτέμιδος ἐπιχώριος ἑορτὴ, (ἀπὸ τῆς πόλεως ἐπὶ τὸ ἱερὸν στάδιοι δέ εἰσιν ἑπτὰ,) ἔδει δὲ πομπεύειν πάσας τὰς ἐπιχωρίους παρθένους κεκοσμημένας πολυτελῶς, καὶ τοὺς ἐφήβους, ὅσοι τὴν αὐτὴν ἡλικίαν εἶχον τῷ Ἁβροκόμῃ. ἦν δὲ αὐτὸς περὶ τὰ ἓξ καὶ δέκα ἔτη, καὶ τῶν ἐφήβων προσήπτετο, καὶ ἐν τῇ πομπῇ τὰ πρῶτα ἐφέρετο. πολὺ δὲ πλῆθος ἐπὶ τὴν θέαν, πολὺ μὲν ἐγχώριον, πολὺ δὲ ξενικὸν, καὶ γὰρ ἔθος ἦν ἐκείνῃ τῇ πανηγύρει, καὶ νυμφίους ταῖς παρθένοις εὑρίσκεσθαι, καὶ γυναῖκας τοῖς ἐφήβοις. παρῄεσαν δὲ κατὰ στίχον οἱ πομπεύοντες: πρῶτα μὲν τὰ ἱερὰ, καὶ δᾷδες, καὶ κανᾶ, καὶ θυμιάματα; ἐπὶ τούτοις ἵπποι, καὶ κύνες, καὶ σκεύη κυνηγετικὰ, τὰ μὲν πολεμικὰ, τὰ δὲ πλεῖστα εἰρηνικά. ἑκάστη δὲ αὐτῶν οὕτως ὡς πρὸς ἐραστὴν ἐκεκόσμητο: ἦρχε δὲ τῆς τῶν παρθένων τάξεως Ἀνθία θυγατὴρ Μεγαμήδους καὶ Εὐίππης ἐγχωρίων. ἦν δὲ τὸ κάλλος τῆς Ἀνθίας οἷον θαυμάσαι, καὶ πολὺ τὰς ἄλλας ὑπερεβάλετο παρθένους. ἔτη μὲν ὡς τεσσαρεσκαίδεκα ἐγεγόνει, ἤνθει δὲ αὐτῆς τὸ σῶμα ἐπ᾽ εὐμορφίᾳ; καὶ ὁ τοῦ σχήματος κόσμος πολὺ εἰς ὥραν συνεβάλετο. κόμη ξανθὴ, ἡ πολλὴ καθειμένη, ὀλίγη πεπλεγμένη, πρὸς τὴν τῶν ἀνέμων φορὰν κινουμένη: ὀφθαλμοὶ γοργοὶ, φαιδροὶ μὲν ὡς κόρης, φοβεροὶ δὲ ὡς σώφρονος: ἐσθὴς, χιτὼν ἁλουργὴς, ζωστὸς εἰς γόνυ, μέχρι βραχιόνων καθειμένος, νεβρὶς περικειμένη; ὅπλα, γωρυτὸς ἀνημμένος, τόξα, ἄκοντες φερόμενοι, κύνες ἑπόμενοι. πολλάκις αὐτὴν ἐπὶ τοῦ τεμένους ἰδόντες Ἐφέσιοι προσεκύνησαν ὡς Ἄρτεμιν; καὶ τότ᾽ οὖν ὀφθείσης, ἀνεβόησε τὸ πλῆθος, καὶ ἦσαν ποικίλαι παρὰ τῶν θεωμένων φωναί; τῶν μὲν ὑπ᾽ ἐκπλήξεως τὴν θεὸν εἶναι λεγόντων, τῶν δὲ ἄλλην τινὰ ὑπὸ τῆς θεοῦ πεποιημένην. προσηύχοντο δὲ πάντες καὶ προσεκύνουν, καὶ τοὺς γονεῖς αὐτῆς ἐμακάριζον, ἦν δὲ διαβόητος τοῖς θεωμένοις ἅπασιν. Ἀνθία ἡ καλή. ὡς δὲ παρῆλθε τὸ τῶν παρθένων πλῆθος, οὐδεὶς ἄλλο τι ἢ Ἀνθίαν ἔλεγεν; ὡς δὲ Ἁβροκόμης μετὰ τῶν ἐφήβων ἐπέστη, τοὐνθένδε, καί τοι καλοῦ ὄντος τοῦ κατὰ τὰς παρθένους θεάματος, πάντες ἰδόντες Ἁβροκόμην, ἐκείνων ἐπελάθοντο, ἔτρεψαν δὲ τὰς ὄψεις ἐπ᾽ αὐτὸν, βοῶντες, ἀπὸ τῆς θέας ἐκπεπληγμένοι, καλὸς Ἁβροκόμης λέγοντες, καὶ οἷος οὐδὲ εἷς, καλοῦ μίμημα θεοῦ. ἤδη δέ τινες καὶ τοῦτο προσέθεσαν: οἷος ἂν γάμος γένοιτο Ἁβροκόμου καὶ Ἀνθίας! καὶ ταῦτα ἦν πρῶτα τῆς Ἔρωτος τέχνης μελετήματα: ταχὺ μὲν δὴ εἰς ἑκατέρους ἡ περὶ ἀλλήλων ἦλθε δόξα, καὶ ἥτε Ἀνθία τὸν Ἁβροκόμην ἐπεθύμει ἰδεῖν, καὶ ὁ τέως ἀνέραστος Ἁβροκόμης ἤθελεν Ἀνθίαν ἰδεῖν.

γ′. Ὡς οὖν ἐτετέλεστο ἡ πομπὴ, ἦλθον δὲ εἰς τὸ ἱερὸν θύσοντες ἅπαν τὸ πλῆθος; καὶ ὁ τῆς πομπῆς κόσμος ἐλέλυτο, ᾔεσαν δὲ εἰς ταὐτὸν ἄνδρες καὶ γυναῖκες, ἔφηβοι καὶ παρθένοι. ἐνταῦθα ὁρῶσιν ἀλλήλους, καὶ ἁλίσκεται Ἀνθία ὑπὸ τοῦ Ἁβροκόμου, ἡττᾶται δὲ

ὑπὸ

ὑπὸ Ἔρωτος Ἀβροκόμης. καὶ ἐνεώρα τε συνεχέστερον τῇ κόρῃ, καὶ ἀπαλλαγῆναι τῆς ὄψεως ἐθέλων, οὐκ ἐδύνατο, κατεῖχε δὲ αὐτὸν ἐγκείμενος ὁ θεός. διέκειτο δὲ καὶ Ἀνθία πονήρως, ὅλοις μὲν καὶ ἀναπεπταμένοις τοῖς ὀφθαλμοῖς τὸ Ἀβροκόμου κάλλος εἰσρέον δεχομένη. ἤδη δὲ καὶ τῶν παρθένοις πρεπόντων καταφρονοῦσα: καὶ γὰρ ἐλάλησεν ἄν τι, ἵνα Ἀβροκόμης ἀκούσῃ, καὶ μέρη τοῦ σώματος ἐγύμνωσεν ἂν τὰ δυνατὰ, ἵνα Ἀβροκόμης ἴδῃ. ὁ δὲ αὑτὸν ἐδεδώκει πρὸς τὴν θέαν, καὶ ἦν αἰχμάλωτος τοῦ θεοῦ. καὶ τότε μὲν θύσαντες ἀπηλλάττοντο λυπούμενοι, καὶ τῷ τάχει τῆς ἀπαλλαγῆς μεμφόμενοι, ἀλλήλους βλέπειν ἐθέλοντες, ἐπιστρεφόμενοι καὶ ὑφιστάμενοι, πολλὰς προφάσεις διατριβῆς ηὕρισκον. ὡς δὲ ἦλθον ἑκάτερος παρ' ἑαυτὸν, ἔγνωσαν τότε οἱ κακῶν ἐγεγόνεισαν, καὶ ἔννοια αὐτοὺς ὑπῄει τῆς ὄψεως θατέρου, καὶ ὁ ἔρως ἐν ἑαυτοῖς ἀνεκαίετο, καὶ τὸ περιττὸν τῆς ἡμέρας αὐξήσαντες τὴν ἐπιθυμίαν, ἐπειδὴ εἰς ὕπνον ᾔεσαν, ἐν ἀθρόῳ γίνονται τῷ δεινῷ, καὶ ὁ ἔρως ἐν ἑκατέροις ἦν ἀκατάσχετος.

δ'. Λαβὼν δὲ τὴν κόμην ὁ Ἀβροκόμης καὶ σπαράξας, [περιῤῥηξάμενός τε] τὴν ἐσθῆτα, φεῦ! μοι τῶν κακῶν, εἶπε, τι πέπονθα δυστυχής? ὁ μέχρι νῦν ἀνδρικὸς Ἀβροκόμης, ὁ καταφρονῶν Ἔρωτος, ὁ τῷ θεῷ λοιδορούμενος, ἑάλωκα, καὶ νενίκημαι, καὶ παρθένῳ δουλεύειν ἀναγκάζομαι, καὶ φαίνεταί τις ἤδη καλλίων ἐμοῦ, καὶ θεὸν Ἔρωτα καλῶ. ὢ πάντα ἄνανδρος ἔτι καὶ πονηρὸς! οὐ καρτερήσω νῦν? οὐ μενῶ γεννικὸς? οὐκ ἔσομαι καλλίων Ἔρωτος? νῦν οὐδὲν ὄντα θεὸν νικῆσαί με δεῖ. καλὴ παρθένος! τί δέ? τοῖς σοῖς ὀφθαλμοῖς, Ἀβροκόμη, εὔμορφος Ἀνθία, ἀλλ', ἐὰν θέλῃς, οὐχὶ σοί. δεδόχθω ταῦτα: οὐκ ἂν Ἔρως ποτέ μου κρατήσαι. ταῦτα ἔλεγε, καὶ ὁ θεὸς σφοδρότερος αὐτῷ ἐνέκειτο, καὶ εἷλκεν ἀντιπίπτοντα, καὶ ὠδύνα μὴ θέλοντα. οὐκέτι δὲ καρτερῶν, ῥίψας ἑαυτὸν εἰς γῆν, νενίκηκας, εἶπεν, Ἔρως, μέγα σοι τρόπαιον ἐγήγερται καθ' Ἀβροκόμου τοῦ σώφρονος. ἱκέτην ἔχεις, σῶσον, σὸν, ἐπί σε καταπεφευγότα τὸν πάντων δεσπότην. μή με περιΐδῃς, μηδὲ ἐπὶ πολὺ τιμωρήσῃ τὸν θρασύν. ἄπειρος ὢν, Ἔρως, ἔτι τῶν σῶν, ὑπερηφάνουν: ἀλλὰ νῦν Ἀνθίαν ἡμῖν ἀπόδος. γένου μὴ πικρὸς μόνον ἀντιλέγοντι, ἀλλ' εὐεργέτης ἡττωμένῳ θεός; ταῦτα ἔλεγεν: ὁ δὲ Ἔρως ἔτι ὠργίζετο, καὶ μεγάλην τῆς ὑπεροψίας ἐνενοεῖτο τιμωρίαν εἰσπράξασθαι τὸν Ἀβροκόμην. διέκειτο δὲ καὶ ἡ Ἀνθία πονήρως, καὶ οὐκέτι φέρειν δυναμένη, ἐπεγείρει ἑαυτὴν, πειρωμένη τοὺς παρόντας λανθάνειν: τί, φησὶν, ὢ δυστυχὴς, πέπονθα? παρθένος, παρ' ἡλικίαν ἐρῶ, καὶ ὀδυνῶμαι καινὰ, καὶ κόρῃ μὴ πρέποντα. ἐφ' Ἀβροκόμῃ μαίνομαι, καλῷ μὲν, ἀλλ' ὑπερηφάνῳ: καὶ τίς ἔσται ὁ τῆς ἐπιθυμίας ὅρος? καὶ τί τὸ πέρας τοῦ κακοῦ? σοβαρὸς οὗτος ἐρώμενος, παρθένος ἐγὼ φρουρουμένη, τίνα βοηθὸν λήψομαι? τίνι πάντα κοινώσομαι? ποῦ δὲ Ἀβροκόμην ὄψομαι? ταῦτα ἑκάτερος αὐτῶν δι' ὅλης νυκτὸς ὠδύρετο, εἶχον δὲ πρὸ ὀφθαλμῶν τὰς ὄψεις τὰς ἑαυτῶν, τὰς εἰκόνας ἐπὶ τῆς ψυχῆς ἀλλήλων ἀναπλάττοντες.

ε'. Ὡς δὲ ἡμέρα ἐγένετο, ᾔει μὲν Ἀβροκόμης ἐπὶ τὰ συνήθη γυμνάσματα, ᾔει δὲ ἡ παρθένος

νος ἐπὶ τὴν ἐξ ἔθους θρησκείαν τῆς θεοῦ, ἦν δὲ αὐτοῖς καὶ τὰ σώματα ἐκ τῆς παρελθούσης νυκτὸς πεπονηκότα, καὶ τὸ βλέμμα ἄθυμον, καὶ οἱ χρῶτες ἠλλαγμένοι. καὶ τοῦτο ἐπιπολὺ ἐγίνετο, καὶ πλέον οὐδὲν αὐτοῖς ἦν. ἐν τούτῳ ἐν τῷ ἱερῷ τῆς θεοῦ διημερεύοντες ἐνεώρων ἀλλήλοις, εἰπεῖν τὸ ἀληθὲς Φόβῳ πρὸς ἑκατέρους αἰδούμενοι. τοσοῦτο δὲ ἐστέναξεν ἄν ποτε Ἁβροκόμης, καὶ ἐδάκρυσε, καὶ προσηύχετο, τῆς κόρης ἀκουούσης, ἐλεεινῶς. ἡ δὲ Ἀνθία ἔπασχε μὲν τὰ αὐτὰ, πολὺ δὲ μείζονι τῇ συμφορᾷ κατείχετο, εἰ δέ ποτε ἄλλας παρθένους ἢ γυναῖκας ἴδοι βλεπούσας εἰς ἐκεῖνον, (εώρων δὲ ἅπασαι εἰς Ἁβροκόμην,) δήλη ἦν λυπουμένη, μὴ παρευδοκιμηθῇ Φοβουμένη. εὐχαὶ δὲ αὐταῖς ἑκατέραις ἦσαν πρὸς τὴν θεὸν κοινῆ, λανθάνουσαι μὲν, ἀλλ' ἐγίνοντο ὅμοιαι. χρόνου δὲ προϊόντος οὐκέτι τὸ μειράκιον ἐκαρτέρει, ἤδη δὲ αὐτῷ καὶ τὸ σῶμα πᾶν ἠφάνιστο, καὶ ἡ ψυχὴ καταπέπτωκεν, ὥστε ἐν πολλῇ ἀθυμίᾳ τὸν Λυκομήδην καὶ τὴν Θεμιστὼ γεγονέναι, οὐκ εἰδότας μὲν ὅ τι εἴη τὸ συμβαῖνον Ἁβροκόμῃ, δεδοικότας δὲ ἐκ τῶν δρωμένων. ἐν ὁμοίῳ δὲ Φόβῳ καὶ ὁ Μεγαμήδης καὶ ἡ Εὐίππη καὶ περὶ τῆς Ἀνθίας καθειστήκεισαν, ὁρῶντες αὐτῆς τὸ μὲν κάλλος μαραινόμενον, τὴν δὲ αἰτίαν οὐ Φαινομένην τῆς συμφορᾶς. εἰς τέλος εἰσάγουσι παρὰ τὴν Ἀνθίαν μάντεις καὶ ἱερέας ὡς εὑρήσοντας λύσιν τοῦ δεινοῦ. οἱ δὲ ἐλθόντες ἔθυόν τε ἱερεῖα, καὶ ποικίλα ἐπέσπενδον, καὶ ἐπέλεγον Φωνὰς βαρβαρικὰς, ἐξιλάσκεσθαί τινας λέγοντες δαίμονας, καὶ προσεποίουν ὡς εἴη τὸ δεινὸν ἐκ τῶν ὑποχθονίων θεῶν. πολλὰ δὲ καὶ ὑπὲρ Ἁβροκόμου οἱ περὶ τὸν Λυκομήδην ἔθυόν τε καὶ ηὔχοντο, λύσις δὲ οὐδεμία τοῦ δεινοῦ οὐδὲ ἑτέρῳ αὐτῶν ἐγίνετο, ἀλλὰ καὶ ἔτι μᾶλλον ὁ ἔρως ἀνεκαίετο. ἔκειντο μὲν δὴ ἑκάτεροι νοσοῦντες, πάνυ ἐπισφαλῶς διακείμενοι, ὅσον οὐδέπω τεθνήξεσθαι προσδοκώμενοι, κατειπεῖν αὐτῶν τὴν συμφορὰν μὴ δυνάμενοι. τέλος πέμπουσιν οἱ πατέρες ἑκατέρων εἰς θεοὺς μαντευσόμενοι τήν τε αἰτίαν τῆς νόσου, καὶ τὴν ἀπαλλαγήν.

ϛ'. Ὀλίγον δὲ ἀπέχει τὸ ἱερὸν τοῦ ἐν Κολοφῶνι Ἀπόλλωνος, διάπλουν ἀπὸν Ἐφέσου σταδίων ὀγδοήκοντα. ἐνταῦθα οἱ παρ' ἑκατέρων ἀφικόμενοι δέονται τοῦ θεοῦ ἀληθῆ μαντεύεσθαι. ἐληλύθεσαν δὴ κατὰ ταὐτὰ, χρᾷ δὲ ὁ θεὸς κοινὰ ἀμφοτέροις τὰ μαντεύματα ἐμμέτρως τὰ ἔπη τάδε:

Τίπτε ποθεῖτε μαθεῖν νούσου τέλος ἠδὲ καὶ ἀρχήν?
Ἀμφοτέρους μία νοῦσος ἔχει, λύσις ἔνθεν ἀνέστη.
Δεινὰ δ' ὁρῶ τοῖσδεσσι πάθη καὶ ἀνήνυτα ἔργα.
Ἀμφότεροι Φεύξονται, ὑπεὶρ ἅλα λυσσοδίωκτοι.
Δεσμὰ δὲ μοχθήσουσι παρ' ἀνδράσι μιξοθαλάσσοις:
Καὶ τάΦος ἀμφοτέροις θάλαμος, καὶ πῦρ ἀΐδηλον,
Καὶ ποταμοῦ Νείλου παρὰ ῥεύμασιν Ἴσιδι σεμνῇ
Σωτείρῃ μετόπισθε παραστῆς ὄλβια δῶρα.
Ἀλλ' ἔτι που μετὰ πήματ' ἀρείονα πότμον ἔχουσι.

Ταῦτα

ζ. Ταῦτα ὡς ἐκομίσθη τὰ μαντεύματα εἰς Ἔφεσον, εὐθὺς μὲν οἱ πατέρες αὐτῶν ἦσαν ἐν ἀμηχανίᾳ, καὶ τὸ δεινὸν ὅ τι ἦν, πάνυ ἠπόρουν, συμβάλλειν δὲ τὰ τοῦ θεοῦ λόγια οὐκ ἐδύναντο; οὔτε γὰρ τίς ἡ νόσος, οὔτε τίς ἡ φυγή, οὔτε τίνα τὰ δεσμὰ, οὔτε ὁ τάφος τίς, οὔτε ὁ ποταμὸς τίς, οὔτε τίς ἡ ἐκ τῆς θεοῦ βοήθεια. ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς, πολλὰ βουλευομένοις, παραμυθήσασθαι τὸν χρησμὸν, ὡς οἷόν τε, καὶ συζεῦξαι γάμῳ τοὺς παῖδας, ὡς τοῦτο καὶ τοῦ θεοῦ βουλευομένου δι' ὧν ἐμαντεύσατο. ἐδόκει δὲ ταῦτα, καὶ διέγνωσαν μετὰ τὸν γάμον ἐκπέμψαι χρόνῳ τινὶ ἀποδημήσοντας αὐτούς. μεστὴ μὲν ἤδη ἡ πόλις ἦν τῶν εὐωχουμένων, πάντα δ' ἦν ἐστεφανωμένα, καὶ διαβόητος ὁ μέλλων γάμος. ἐμακαρίζετο δὲ ὑπὸ πάντων, ὁ μὲν, οἵαν ἄξεται γυναῖκα, Ἀνθίαν, ἡ δὲ, οἵῳ μειρακίῳ συγκατακλιθήσεται. ὁ δὲ Ἁβροκόμης, ὡς ἐπύθετο καὶ τὸν χρησμὸν καὶ τὸν γάμον, ἐπὶ μὲν τῷ τὴν Ἀνθίαν ἕξειν μεγάλως ἔχαιρεν, ἐφόβει δὲ αὐτὸν οὐδὲν τὰ μεμαντευμένα, ἀλλ' ἐδόκει παντὸς εἶναι δεινοῦ τὰ παρόντα ἡδίονα. μετὰ ταῦτα δὲ καὶ ἡ Ἀνθία ἥδετο μὲν ὅτι Ἁβροκόμην ἕξει, τίς δὲ ἡ φυγή, ἢ τίνες αἱ συμφοραὶ, κατεφρόνει, πάντων τῶν ἐσομένων κακῶν Ἁβροκόμην ἔχουσα παραμυθίαν.

η. Ὡς οὖν ἐφέστηκεν ὁ τῶν γάμων καιρὸς, καὶ παννυχίδες ἤγοντο, καὶ ἱερεῖα πολλὰ ἐθύετο τῇ θεῷ. καὶ ἐπειδὴ ταῦτα ἐκτετέλεστο, ἡκούσης τῆς νυκτὸς (βραδύνειν δὲ πάντα ἐδόκει Ἁβροκόμῃ καὶ Ἀνθίᾳ) ἦγον τὴν κόρην εἰς τὸν θάλαμον μετὰ λαμπάδων, τὸν ὑμέναιον ᾄδοντες, ἐπευφημοῦντες, καὶ εἰσάγοντες κατέκλινον. ἦν δε αὐτοῖς ὁ θάλαμος πεποιημένος: κλίνη χρυσῆ στρώμασιν ἔστρωτο πορφυροῖς, καὶ ἐπὶ τῆς κλίνης Βαβυλωνία ἐπεποίκιλτο σκηνή. παίζοντες Ἔρωτες, οἱ μὲν Ἀφροδίτην θεραπεύοντες, [ἦν δὲ καὶ Ἀφροδίτης εἰκὼν] οἱ δὲ ἱππεύοντες ἀναβάται στρουθοῖς, οἱ δὲ στεφάνους πλέκοντες, οἱ δὲ ἄνθη φέροντες. ταῦτα ἐν τῷ ἑτέρῳ μέρει τῆς σκηνῆς. ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ Ἄρης ἦν οὐχ ὡπλισμένος ἀλλ' ὡς πρὸς ἐρωμένην τὴν Ἀφροδίτην κεκοσμημένος, ἐστεφανωμένος, χλαμύδα ἔχων. Ἔρως αὐτὸν ὡδήγει λαμπάδα ἔχων ἡμμένην. Ὑπ' αὐτῇ τῇ σκηνῇ κατέκλιναν τὴν Ἀνθίαν, ἀγαγόντες πρὸς τὸν Ἁβροκόμην, ἐπέκλεισάν τε τὰς θύρας.

θ'. Τοῖς δὲ ἑκατέροις πάθος συνέβη ταυτὸν, καὶ οὔτε προσειπεῖν ἔτι ἀλλήλους ἠδύναντο, οὔτε ἀντιβλέψαι τοῖς ὀφθαλμοῖς, ἔκειντο δὲ ὑφ' ἡδονῆς παρειμένοι, αἰδούμενοι, φοβούμενοι, πνευστιῶντες, ἡδόμενοι: ἐπάλλετο δὲ αὐτοῖς τὰ σώματα, καὶ ἐκραδαίνοντο αὐτοῖς αἱ ψυχαί. ὀψὲ δὲ ὁ Ἁβροκόμης ἀνενεγκὼν, περιέλαβε τὴν Ἀνθίαν. ἡ δὲ ἐδάκρυε, τῆς ψυχῆς αὐτῆς σύμβολα προπεμπούσης τῆς ἐπιθυμίας τὰ δάκρυα. καὶ ὁ Ἁβροκόμης, ὦ τῆς ἐμοὶ, φησι, ποθεινοτάτης νυκτὸς, ἣν μόλις ἀπείληφα, πολλὰς πρότερον νύκτας δυστυχήσας! ὦ φωτὸς ἡδίων ἐμοὶ κόρη, καὶ τῶν πώποτε λαλουμένων εὐτυχεστέρα! τὸν ἐραστὴν ἔχεις ἄνδρα. μεθ' οὗ ζῆν καὶ ἀποθανεῖν ὑπάρξαι γυναικὶ σώφρονι. εἰπὼν κατεφίλει τε, καὶ ὑπεδέχετο τὰ δάκρυα, καὶ αὐτῷ ἐδόκει παντὸς μὲν εἶναι νέκταρος προτιμότερα τὰ δάκρυα, παντὸς δὲ τοῦ πρὸς ὀδύνην φαρμάκου δυνατώτερα. ἡ δὲ ὀλίγα

αὐτὸν προσφθεγξαμένη, ναὶ, φησὶν, Ἁβροκόμη, δοκῶ σοι καλὴ, καὶ μετὰ τὴν σὴν εὐμορφίαν ἀρέσκω σοι? ἄνανδρε καὶ δειλὲ, πόσον ἐβράδυνας ἐρῶν χρόνον! πόσον ἠμέλησας! ἀπὸ τῶν ἐμαυτῆς κακῶν ἃ πέπονθας οἶδα. ἀλλ' ἰδοὺ, δάκρυα μὲν ὑποδέχου τἀμὰ, καὶ ἡ καλή σου κόμη πινέτω πόμα τὸ ἐρωτικὸν, και συμφύντες ἀλλήλοις ἀναμιγῶμεν, καταβρέχωμεν δὲ καὶ τοὺς στεφάνους τοῖς παρ' ἀλληλων δάκρυσιν, ἵν' ἡμῖν καὶ ὅυτοι συνερῶσιν. ειποῦσα ἅπαν μὲν αὐτοῦ τὸ πρόσωπον ἠσπάζετο, ἅπασαν δὲ τὴν κόμην τοῖς αὐτῆς ὀφθαλμοῖς προσετίθει, καὶ τοὺς στεφάνους ἀνελάμβανε, καὶ τὰ χείλη τοῖς χείλεσι φιλοῦσα συνεῤῥάφει, καὶ ὅσα ἐνενόουν, διὰ τῶν χειλέων ἐκ ψυχῆς εἰς τὴν θατέρου ψυχὴν διὰ τοῦ φιλήματος παρεπέμπετο. φιλοῦσα δὲ αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς, ὦ, φησι, πολλάκις με λυπήσαντες ὑμεῖς, ὦ τὸ πρῶτον ἐνθέντες τῇ ἐμῇ κέντρον ψυχῇ, οἱ ποτὲ σοβαροὶ μὲν, νῦν δὲ ἐρωτικοὶ, καλῶς μοι διηκονήσατε, καὶ τὸν ἔρωτα τον ἐμὸν καλῶς εἰς τὴν Ἁβροκόμου ψυχὴν ὡδηγήσατε. τοιγαροῦν ὑμᾶς πολλὰ φιλῶ, καὶ ὑμῖν ἐφαρμόζω τοὺς ὀφθαλμοὺς τοὺς ἐμοὺς, τοὺς Ἁβροκόμου διακόνους. ὑμεῖς δὲ ἀεὶ βλέποιτε ταὐτὰ, καὶ μήτε Ἁβροκόμῃ ἄλλην δείξητε καλὴν, μήτε ἐμοὶ δόξῃ τις ἄλλος εὔμορφος. ἔχετε ψυχάς: ἃς αὐτοὶ ἐξεκαύσατε, ταύτας ὁμοίως τηρήσατε. ταῦτα εἶπε, καὶ περιφῦντες ἀνεπαύοντο, καὶ τὰ πρῶτα τῶν Ἀφροδίτης ἔργων ἀπήλαυον. ἐφιλονείκουν δὲ δι' ὅλης νυκτὸς πρὸς ἀλλήλους φιλοτιμούμενοι τίς φανεῖται μᾶλλον ἐρῶν.

I. Ἐπειδὴ δὲ ἡμέρα ἐγένετο, ἀνίσταντο πολὺ μὲν ἡδίονες, πολὺ δὲ εὐθυμότεροι, ἀπολαύσαντες ἀλλήλων ὧν ἐπεθύμησαν χρόνῳ καλῶν. ἑορτὴ δὲ ἦν ἅπας ὁ βίος αὐτοῖς, καὶ μεστὰ εὐωχίας πάντα, καὶ ἤδη καὶ τῶν μεμαντευμένων λήθη; ἀλλ' οὐχὶ τὸ εἱμαρμένον ἐπελέληστο, ἀλλ' ουδὲ ὅτῳ ἐδόκει ταῦτα θεῷ ἠμέλει. χρόνου δὲ διελθόντος ὀλίγου ἔγνωσαν οἱ πατέρες ἐκπέμπειν αὐτοὺς τῆς πόλεως, κατὰ τὰ βεβουλευμένα; ἤμελλόν τε γὰρ ἄλλην ὄψεσθαι γῆν καὶ ἄλλας πόλεις, καὶ τὸν τοῦ θεοῦ χρησμὸν, ὡς οἷόν τε ἦν, παραμυθήσασθαι, ἀπαλλαγέντες χρόνῳ τινὶ Ἐφέσου. παρεσκευάζετο δὲ πάντα αὐτοῖς πρὸς τὴν ἔξοδον: ναῦς τε μεγάλη, καὶ ναῦται πρὸς ἀναγωγὴν ἕτοιμοι, καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἐνεβάλλοντο: πολλὴ μὲν ἐσθὴς καὶ ποικίλη, πολὺς δὲ ἄργυρος καὶ χρυσὸς, ἥτε τῶν σιτίων ὑπερβάλλουσα ἀφθονία. θυσίαι δὲ πρὸ τῆς ἀναγωγῆς τῇ Ἀρτέμιδι, καὶ εὐχαὶ τοῦ δήμου παντὸς, καὶ δάκρυα πάντων, ὡς μελλόντων ἀπαλλάττεσθαι παίδων κοινῶν. ἦν δὲ ὁ πλοῦς αὐτοῖς ἐπ' Αἴγυπτον παρεσκευασμένος: ὡς δ' ἦλθεν ἡ τῆς ἀναγωγῆς ἡμέρα, πολλοὶ μὲν οἰκέται, πολλαὶ δὲ θεράπαιναι, μελλούσης δὲ τῆς νεὼς ἐπανάξεσθαι, πᾶν μὲν τὸ Ἐφεσίων παρῆν παραπεμπόντων, πολλὰ δὲ καὶ τῶν . . . . . . μετὰ λαμπάδων καὶ θυσιῶν. ἐν τούτῳ μὲν ὄυν ὁ Λυκομήδης καὶ ἡ Θεμιστὼ, πάντων ἅμα ἐν ὑπομνήσει γενόμενοι, τοῦ χρησμοῦ, τοῦ παιδὸς, τῆς ἀποδημίας, ἔκειντο εἰς γῆν ἀθυμοῦντες. ὁ δε Μεγαμήδης καὶ ἡ Ευίππη ἐπεπόνθησαν μὲν τὰ αὐτὰ, εὐθυμότεροι δὲ ἦσαν, τὰ τέλη σκοποῦντες τῶν μεμαντευμένων! ἤδη μὲν οὖν ἐθορύβουν οἱ ναῦται,

καὶ

καὶ ἐλύετο τὰ πρυμνήσια, καὶ ὁ κυβερνήτης τὴν ἀυτοῦ χώραν κατελάμβανε, καὶ ἡ ναῦς ἀπεκινεῖτο. βοὴ δὲ τῶν ἀπὸ τῆς γῆς πολλὴ, καὶ τῶν ἐν τῇ νηὶ συμμιγής: τῶν μὲν, ὦ παῖδες λεγόντων φίλτατοι! ἆρα ἔτι ὑμᾶς ὁι φῦντες ὀψόμεθα? τῶν δὲ, ὦ πατέρες! ἆρα ὑμᾶς ἀποληψόμεθα? δάκρυα δὴ καὶ ὀιμωγὴ, καὶ ἕκαστος ὀνομαστὶ τὸν ὀικεῖον ἐκάλει μέγα, ἐις ὑπόμνησιν ἀλλήλοις ἐγκαταλιπόντες τὸ ὄνομα. ὁ δὲ Μεγαμήδης φιάλην λαβὼν καὶ ἐπισπένδων ηὔχετο, ὡς ἐξάκουστον ἐῖναι τοῖς ἐν τῇ νηί: παῖδες λέγων, μάλιστα μὲν ἐυτύχοιτε, καὶ φύγοιτε τὰ σκληρὰ τῶν μαντευμάτων, καὶ ὑμᾶς ἀνασωθέντας ὑποδέξαιντο Ἐφέσιοι, καὶ τὴν φιλτάτην ἀπολάβοιτε πατρίδα! ἐι δὲ ἄλλο συμβαίη, τοῦτο μὲν ἴστε, ὀυδὲ ἡμᾶς ἔτι ζησομένους: προΐεμεν δὲ ὑμᾶς ὁδὸν μὲν δυστυχῆ, ἀλλ᾽ ἀναγκαίαν. ἔτι λέγοντα ἐξιόντα ἐπέσχε τὰ δάκρυα. καὶ ὁυτοι ἀπῄεσαν ἐις τὴν πόλιν, τοῦ πλήθους ἀυτοὺς θαῤῥεῖν παρακαλοῦντος.

ιά. Ὁ δὲ Ἁβροκόμης καὶ ἡ Ἀνθία ἀλλήλοις περιφῦντες ἔκειντο πολλὰ ἀνανοοῦντες, τοὺς πατέρας ὀικτείροντες, τῆς πατρίδος ἐπιθυμοῦντες, τὸν χρησμὸν δεδοικότες, τὴν ἀποδημίαν ὑποπτεύοντες; παρεμυθεῖτο δ᾽ ἀυτοὺς ἐις ἅπαντα ὁ μετ᾽ ἀλλήλων πλοῦς. κἀκείνην μὲν τὴν ἡμέραν ὀυρίῳ χρησάμενοι πνεύματι, διανύσαντες τὸν πλοῦν, ἐις Σάμον κατήντησαν, τὴν τῆς Ἥρας ἱερὰν νῆσον. κἀνταῦθα θύσαντες, καὶ δειπνοποιησάμενοι, πολλὰ ἐυξάμενοι, τῆς νυκτὸς ἐπιγινομένης ἐπανήγοντο. καὶ ἦν ὁ πλοῦς ἀυτοῖς ὄυριος, λόγοι δὲ ἐν ἀυτοῖς πολλοὶ πρὸς ἀλλήλους: ἆρα ἡμῖν ὑπάρξει συγκαταβιῶναι μετ᾽ ἀλλήλων? καὶ δήποτε ὁ Ἁβροκόμης, μέγα ἀναστενάξας, ἐν ὑπομνήσει τῶν ἑαυτοῦ γενόμενος, Ἀνθία, ἔφησε, τῆς ψυχῆς μοι ποθεινοτέρα, μάλιστα μὲν ἐυτυχεῖν ἐίη, καὶ σώζεσθαι μετ᾽ ἀλλήλων! ἂν δ᾽ ἄρα τι ἐίη πεπρωμένον παθεῖν, καὶ πως ἀλλήλων ἀπαλλαγῶμεν, ὀμόσωμεν ἑαυτοῖς, φιλτάτη, ὡς σὺ μὲν ἐμοὶ μενεῖς ἁγνὴ, καὶ ἄλλον ἄνδρα ὀυχ ὑπομενεῖς, ἐγὼ δὲ, ὅτι ὀυκ ἂν ἄλλῃ γυναικὶ συνοικήσαιμι. ἀκούουσα δὲ Ἀνθία, μέγα ἀνωλόλυξε, καὶ τί ταῦτα, ἔφησεν, Ἁβροκόμη πεπίστευκας,᾽ ὅτι ἐὰν ἀπαλλαγῶ σου, περὶ ἀνδρὸς ἔτι κατ᾽ ἐμοῦ σκέψῃ? ἥτις ὀυδὲ ζήσομαι τὴν ἀρχὴν ἄνευ σοῦ. ὡς ἐμνύω τε τὴν πάτριον ἡμῖν θεὸν, τὴν μεγάλην Ἐφεσίων Ἄρτεμιν, καὶ ταύτην ἣν διανύομεν θάλατταν, καὶ τὸν ἐπ᾽ ἀλλήλους ἡμᾶς καλῶς ἐκμήναντα θεὸν, ὡς ἐγὼ καὶ βραχύ τι ἀποσπασθεῖσά σου, ὄυτε ζήσομαι, ὄυτε τὸν ἥλιον ὄψομαι. ταῦτα ἔλεγεν ἡ Ἀνθία, ἐπώμνυε δὲ καὶ ὁ Ἁβροκόμης, καὶ ὁ καιρὸς ἀυτῶν ἐποίει τοὺς ὅρκους φοβερωτέρους. ἐν τούτῳ δὲ ἡ ναῦς Κῶ μὲν παραμείβει καὶ Κνίδον, κατεφαίνετο δὲ ἡ Ῥοδίων νῆσος μεγάλη καὶ καλὴ, καὶ ἀυτοὺς ἐνταῦθα ἔδει καταχθῆναι πάντως, δεῖν γὰρ ἔφασκον ὁι ναῦται καὶ ὑδρεύσασθαι, καὶ ἀυτοὺς ἀναπαύσασθαι, μέλλοντας ἐις μακρὸν ἐμπεσεῖν πλοῦν. κατήγετο δὲ ἡ ναῦς ἐις Ῥόδον, καὶ ἐξέβαινον ὁι ναῦται, ἐξῄει δὲ ὁ Ἁβροκόμης ἔχων μετὰ χεῖρα τὴν Ἀνθίαν.

ιβ΄. Συνῄεσαν δὲ πάντες ὁι Ῥόδιοι, τὸ κάλλος τῶν παίδων καταπεπληγότες, καὶ ὀυκ ἔστιν, ὅστις τῶν ἰδόντων παρῆλθε σιωπῶν. ἄλλοι μὲν ἔλεγον ἐπιδημίαν ἐκ τῶν θεῶν, ὁι

δὲ προσεκύνουν καὶ προσηύχοντο. ταχὺ δὲ δι' ὅλης τῆς πόλεως διεπεφοιτήκει τὸ ὄνομα Ἀβροκόμου καὶ Ἀνθίας. ἐπεύχονται δὲ αὐτοῖς δημοσίᾳ, καὶ θυσίας τε θύουσι πολλὰς, καὶ ἑορτὴν ἄγουσι τὴν ἐπιδημίαν αὐτῶν. ὁι δὲ τήν τε πόλιν ἅπασαν ἐξιστόρησαν, καὶ ἀνέθεσαν ἐις τὸ τοῦ Ἡλίου ἱερὸν πανοπλίαν χρυσῆν, καὶ ἐπέγραψαν ἐις ὑπόμνημα ἐπίγραμμα τῶν ἀναθέντων:

Ὁι ξεῖνοι τάδε σοι χρυσήλατα τεύχε' ἔθηκαν
Ἀνθία Ἀβροκόμης θ' ἱερῆς Ἐφέσοιο πολῖται.

Ταῦτα ἀναθέντες, ὀλίγας ἡμέρας ἐν τῇ νήσῳ μείναντες, ἐπειγόντων τῶν ναυτῶν, ἀνήγοντο ἐπισιτισάμενοι, παρέπεμπε δὲ αὐτοὺς ἅπαν τὸ Ῥοδίων πλῆθος. καὶ τὰ μὲν πρῶτα ἐφέροντο ἐυρίῳ πνεύματι, καὶ ἦν αὐτοῖς ὁ πλοῦς ἄσμενος, κἀκείνην τε τὴν ἡμέραν, καὶ τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα ἐφέροντο ἀναμετροῦντες τὴν Ἀιγυπτίαν καλουμένην θάλατταν. τῇ δὲ δευτέρᾳ ἐπέπαυτο μὲν ὁ ἄνεμος, γαλήνη δὲ, καὶ ὁ πλοῦς βραδὺς, καὶ ναυτῶν ῥαθυμία, καὶ ὁ πότος ἐν τούτῳ, καὶ μέθη, καὶ ἀρχὴ τῶν μεμαντευμένων. τῷ δὲ Ἀβροκόμῃ ἐφίσταται γυνὴ ὀφθῆναι φοβερὰ, τὸ μέγεθος ὑπὲρ ἄνθρωπον, ἐσθῆτα ἔχουσα φοινικῆν; ἐπιστᾶσα δὲ, τὴν ναῦν ἐδόκει καίειν, καὶ τοὺς μὲν ἄλλους ἀπόλλυσθαι, αὐτὸν δὲ μετὰ τῆς Ἀνθίας διανήχεσθαι. ταῦτα ὡς ἐυθὺς εἶδεν, ἐταράχθη, καὶ προσεδόκα τὸ δεινὸν ἐκ τοῦ ὀνείρατος, καὶ τὸ δεινὸν ἐγίνετο.

ιγ'. Ἔτυχον μὲν ἐν Ῥόδῳ πειραταὶ παρορμοῦντες αὐτοῖς, Φοίνικες τὸ γένος, ἐν τριήρει μεγάλῃ, παρώρμουν δὲ ὡς φορτίον ἔχοντες, καὶ πολλοὶ καὶ γεννικοί. οὗτοι καταμεμαθήκεσαν ἐν τῇ νηὶ ὅτι χρυσὸς καὶ ἄργυρος, καὶ ἀνδράποδα πολλὰ καὶ τίμια. διέγνωσαν οὖν, ἐπιθέμενοι, τοὺς μὲν ἀντιμαχομένους ἀποκτιννύειν, τοὺς δὲ ἄλλους ἄγειν ἐις Φοινίκην πραθησομένους, καὶ τὰ χρήματα: κατεφρόνουν δὲ ὡς ὀυκ ἀξιομάχων αὐτῶν. τῶν δὲ πειρατῶν ὁ ἔξαρχος Κόρυμβος ἐκαλεῖτο, νεανίας ὀφθῆναι μέγας, φοβερὸς τὸ βλέμμα, κόμη ἦν αὐτῷ αὐχμηρὰ καθειμένη. ὡς δὲ ταῦτα ὁι πειραταὶ ἐβουλεύσαντο, τὰ μὲν πρῶτα παρέπλεον ἡσυχῇ τοὺς περὶ Ἀβροκόμην, τελευταῖον δὲ (ἦν μὲν περὶ μέσον ἡμέρας, ἔκειντο δὲ πάντες ὁι ἐν τῇ νηὶ ὑπὸ μέθης καὶ ῥαθυμίας, ὁι μὲν καθεύδοντες, ὁι δὲ ἀλύοντες) ἐφίστανται δὲ αὐτοῖς ὁι περὶ τὸν Κόρυμβον ἐλαυνομένῃ τῇ νηί. τριήρης ἦν, σὺν ὀξύτητι πολλῇ, ὡς δὲ πλησίον ἐγένοντο, ἀνεπήδησαν ἐπὶ τὴν ναῦν ὡπλισμένοι, τὰ ξίφη γυμνὰ ἔχοντες. κἀνταῦθα ὁι μὲν ἐῤῥίπτουν ἑαυτοὺς ὑπ' ἐκπλήξεως ἐις τὴν θάλασσαν, καὶ ἀπώλλυντο, ὁι δὲ ἀμύνεσθαι θέλοντες ἀπεσφάζοντο. ὁ δὲ Ἀβροκόμης καὶ ἡ Ἀνθία περιτρέχουσι τῷ Κορύμβῳ τῷ πειρατῇ, καὶ λαβόμενοι τῶν γονάτων αὐτοῦ, τὰ μὲν χρήματα, ἔφασαν, ὦ δέσποτα, καὶ ἡμᾶς ὀικέτας ἔχε, φεῖσαι δὲ τῆς ψυχῆς, καὶ μηκέτι φόνευε τοὺς ἑκόντας ὑποχειρίους σοι γενομένους: μὴ πρὸς αὐτῆς θαλάτ-

θαλάσσης, μὴ πρὸς δεξιᾶς τῆς σῆς. ἀγαγὼν δὲ ἡμᾶς ὅποι θέλεις, ἀπόδου τοὺς σοὺς οἰκέτας, μόνον οἴκτειρον ἡμᾶς, ὑφ' ἑνὶ ποιήσας δεσπότῃ.

ιδ'. Ἀκούσας ὁ Κόρυμβος, εὐθὺς μὲν ἐκέλευσε φείσασθαι φονεύοντας, μεταθέμενος δὲ τὰ τιμιώτερα τῶν φορτίων, καὶ τὸν Ἁβροκόμην καὶ τὴν Ἀνθίαν, ἄλλους τε τινὰς τῶν οἰκετῶν ὀλίγους, ἐνέπρησε τὴν ναῦν: καὶ οἱ λοιποὶ πάντες κατεφλέχθησαν; τὸ γὰρ πάντας ἄγειν οὔτε ἠδύνατο, οὔτε ἀσφαλὲς ἑώρα. ἦν δὲ τὸ θέαμα ἐλεεινόν, τῶν μὲν ἐν τῇ τριήρει ἀναγομένων, τῶν δὲ ἐν τῇ νηὶ φλεγομένων, τὰς χεῖρας ἐκτεινόντων, καὶ ὀλοφυρομένων. καὶ οἱ μὲν ἔλεγον: ποῖ ποτὲ ἀχθήσεσθε δεσπόται? τίς ὑμᾶς ὑποδέξεται γῆ? καὶ τίνα πόλιν οἰκήσετε? οἱ δὲ: ὢ μακάριοι οἱ μέλλοντες ἀποθνήσκειν εὐτυχῶς πρὸ τοῦ πειραθῆναι δεσμῶν, πρὸ τοῦ δουλείαν λῃστρικὴν ἰδεῖν! ταῦτα λέγοντες, οἱ μὲν ἀνήγοντο, οἱ δὲ κατεφλέγοντο. ἐν τούτῳ δὲ ὁ τροφεὺς τοῦ Ἁβροκόμου, πρεσβύτης ἤδη σεμνὸς ἰδεῖν, καὶ διὰ τὸ γῆρας ἐλεεινὸς, οὐκ ἐνεγκὼν ἀναγόμενον τὸν Ἁβροκόμην ῥίψας ἑαυτὸν εἰς τὴν θάλασσαν, ἐνήχετο ὡς καταληψόμενος τὴν τριήρη: ποῖ με καταλείψεις τέκνον, λέγων, τὸν γέροντα, τὸν παιδαγωγὸν, ποῖ δὲ ἀπερχόμενος Ἁβροκόμη? αὐτὸς ἀπόκτεινόν με τὸν δυστυχῆ, καὶ θάψον; τί γάρ ἐστί μοι ζῆν ἄνευ σοῦ? ταῦτα ἔλεγε, καὶ τέλος ἀπελπίσας ἔτι Ἁβροκόμην ὄψεσθαι, παραδοὺς ἑαυτὸν τοῖς κύμασιν, ἀπέθανε. τοῦτο δὲ καὶ Ἁβροκόμῃ πάντων ἦν ἐλεεινότατον; καὶ γὰρ τὰς χεῖρας ἐξέτεινε τῷ πρεσβύτῃ, καὶ τοὺς πειρατὰς ἀναλαμβάνειν παρεκάλει; οἱ δὲ οὐδένα λόγον ποιησάμενοι, διανύοντες ἡμέραις τρισὶ τὸν πλοῦν, κατήχθησαν εἰς πόλιν τῆς Φοινίκης Τύρον, ἔνθα ἦν τοῖς πειραταῖς τὰ οἰκεῖα. ἦγον δὲ αὐτοὺς εἰς αὐτὴν μὲν τὴν πόλιν οὐχὶ, εἰς πλησίον δέ τι χωρίον ἀνδρὸς ἄρχοντος λῃστηρίου, Ἀψύρτου τοὔνομα, οὗ καὶ ὁ Κόρυμβος ἦν ὑπηρέτης, ἐπὶ μισθῷ καὶ μέρει τῶν λαμβανομένων. ἐν δὲ τῷ τοῦ πλοῦ διαστήματι, ἐκ πολλῆς τῆς καθ' ἡμέραν ὄψεως, ἐρᾷ ὁ Κόρυμβος τοῦ Ἁβροκόμου, καὶ σφοδρὸν ἔρωτα, καὶ αὐτὸν πρὸς τὸ μειράκιον συνήθεια ἐπὶ πλέον ἐξέκαιε. καὶ ἐν μὲν τῷ πόρῳ οὔ τε πεῖσαι δυνατὸν ἐδόκει εἶναι. (ἑώρα γὰρ ὡς διάκειται μὲν ὑπὸ ἀθυμίας πονήρως, ἑώρα δὲ καὶ τῆς Ἀνθίας ἐρῶντα) ἀλλὰ καὶ τὸ βιάζεσθαι χαλεπὸν εἶναι αὐτῷ κατεφαίνετο, ἐδεδοίκει γὰρ μή τι ἑαυτὸν ἐργάσηται δεινόν.

ιε'. Ἐπεὶ δὲ κατήχθησαν εἰς Τύρον, οὐκέτι καρτερῶν, τὰ μὲν πρῶτα ἐθεράπευε τὸν Ἁβροκόμην, καὶ θαῤῥεῖν παρεκάλει, καὶ πᾶσαν ἐπιμέλειαν προσέφερεν; ὁ δὲ ἐλεοῦντα τὸν Κόρυμβον ἐνόμιζεν αὐτοῦ ποιεῖσθαι τὴν ἐπιμέλειαν: τὸ δεύτερον δὲ ἀνακοινοῦται ὁ Κόρυμβος τὸν ἔρωτα τῶν συλλῃστῶν τινι, Εὐξείνῳ τὸ ὄνομα, καὶ δεῖται βοηθὸν γενέσθαι, καὶ συμβουλεῦσαι τίνι τρόπῳ δυνήσεται πεῖσαι τὸ μειράκιον. ὁ δὲ Εὔξεινος ἄσμενος ἀκούει τὰ περὶ τοῦ Κορύμβου, (καὶ γὰρ αὐτὸς ἐπ' Ἀνθίᾳ διέκειτο πονήρως. καὶ ἤρα τῆς κόρης φοβερὸν ἔρωτα) λέγει δὲ πρὸς τὸν Κόρυμβον καὶ τὰ αὑτοῦ, καὶ συνεβούλευσε μὴ ἐπὶ πλέον ἐπανιᾶσθαι, ἀλλὰ ἔργου ἔχεσθαι: καὶ γὰρ, ἔφη, σφόδρα ἀγεννὲς

κιν-

κινδυνεύοντας καὶ παραβαλλομένους μὴ ἀπολαύειν μετὰ ἀδείας ὧν ἐκτησάμεθα μετὰ πόνων: δυνησόμεθα δὲ αὐτοὺς, ἔλεγεν, ἐξαιρέτους παρ' Ἀψύρτου λαβεῖν δωρεάν. ταῦτα εἰπὼν, ῥᾳδίως ἔπειθεν αὐτὸν ἐρῶντα, καὶ δὴ συντίθενται κατὰ ταὐτὰ τοὺς ὑπὲρ ἀλλήλων ποιήσασθαι πόνους, καὶ πείθειν οὗτος μὲν Ἀβροκόμην, Κόρυμβος δὲ Ἀνθίαν.

ις'. Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἔκειντο ἄθυμοι, πολλὰ προσδοκῶντες, ἀλλήλοις διαλεγόμενοι, συνεχὲς ὀμνύοντες τηρήσειν τὰ συγκείμενα. ἔρχονται δὲ πρὸς αὐτοὺς ὁ Κόρυμβος καὶ ὁ Εὔξεινος, καὶ φράσαντες ἰδίᾳ τι θέλειν εἰπεῖν, ἀπάγουσι καθ' αὐτοὺς ὁ μὲν τὴν Ἀνθίαν, ὁ δὲ τὸν Ἀβροκόμην: τοῖς δὲ αἵ τε ψυχαὶ ἐκραδαίνοντο, καὶ οὐδὲν ὑγιὲς ὑπενόουν. λέγει οὖν ὁ Εὔξεινος πρὸς τὸν Ἀβροκόμην ὑπὲρ Κορύμβου: μειράκιον, εἰκὸς μὲν ἐπὶ τῇ συμφορᾷ φέρειν χαλεπῶς, οἰκέτην μὲν ἐξ ἐλευθέρου γενόμενον, πένητα δὲ ἀντ' εὐδαίμονος; δεῖ δὲ σε τῇ τύχῃ πάντα λογίσασθαι, καὶ στέργειν τὸν κατέχοντα δαίμονα, καὶ τοὺς γενομένους δεσπότας ἀγαπᾶν. ἴσθι γὰρ, ὡς ἔνεστί σοι καὶ εὐδαιμοσύνην καὶ ἐλευθερίαν ἀπολαβεῖν, εἰ θελήσεις πείθεσθαι τῷ δεσπότῃ Κορύμβῳ: ἐρᾷ γάρ σου σφοδρὸν ἔρωτα, καὶ πάντων ἕτοιμός ἐστι δεσπότην ποιεῖν τῶν ἑαυτοῦ. πείσῃ δὲ χαλεπὸν μὲν οὐδὲν, εὐνούστερον δὲ σεαυτῷ τὸν δεσπότην ἐργάσῃ. ἐννόησον δὲ ἐν οἷς ὑπάρχεις: βοηθὸς μὲν οὐδεὶς, γῆ δὲ αὕτη ξένη, καὶ δεσπόται λῃσταὶ, καὶ οὐδεμία τιμωρίας ἀποφυγὴ ὑπερηφανήσαντι Κόρυμβον. τί δέ σοι γυναικὸς δεῖ νῦν καὶ πραγμάτων; τί δὲ ἐρωμένης, τηλικῷδε ὄντι? πάντα ἀπόῤῥιψον: πρὸς μόνον δεῖ σε τὸν δεσπότην βλέπειν, τούτῳ κελεύσαντι ὑπακούειν. ἀκούσας ὁ Ἀβροκόμης, εὐθὺς μὲν ἀχανὴς ἦν, καὶ οὔτε τί ἀποκρίνεσθαι ηὕρισκεν, ἐδάκρυσε δὲ καὶ ἀνέστενε πρὸς αὐτὸν ἀφορῶν εἰς οἷα ἄρα ἐλήλυθε, καὶ δὴ λέγει πρὸς τὸν Εὔξεινον: ἐπίτρεψον, δέσποτα, βουλεύσασθαι βραχὺ, καὶ πρὸς πάντα ἀποκρινοῦμαί σοι τὰ ῥηθέντα. καὶ ὁ μὲν Εὔξεινος ἀνεχώρει. ὁ δὲ Κόρυμβος τῇ Ἀνθίᾳ διείλεκτο τὸν ἔρωτα τοῦ Εὐξείνου, καὶ τὴν παροῦσαν ἀνάγκην, καὶ ὅτι δεῖ πάντως αὐτὴν πείθεσθαι τοῖς δεσπόταις; ὑπέσχετο δὲ πολλὰ, καὶ γάμον νόμιμον, καὶ χρήματα πεισθείσῃ, καὶ περιουσίαν. ἡ δὲ αὐτῷ τὰ ὅμοια ἀπεκρίνατο, αἰτησαμένη βραχὺν βουλεύσασθαι χρόνον. καὶ ὁ μὲν Εὔξεινος καὶ ὁ Κόρυμβος μετ' ἀλλήλων ἦσαν περιμένοντες ὅ τι ἀκούσονται, ἤλπιζον δὲ αὐτοὺς ῥᾳδίως πείσειν.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ ΕΦΕΣΙΟΥ

ΤΩΝ ΚΑΤΑ

ΑΝΘΙΑΝ ΚΑΙ ΑΒΡΟΚΟΜΗΝ

ΕΦΕΣΙΑΚΩΝ ΛΟΓΟΣ Β.

α. Ὁ δὲ Ἁβροκόμης καὶ ἡ Ἀνθία ἧκον εἰς τὸ δωμάτιον ἔνθα συνήθως διῃτῶντο, καὶ πρὸς ἀλλήλους εἰπόντες ἅπερ ἠκηκόεσαν, καταβαλόντες ἑαυτοὺς, ἔκλαιον, ὠδύροντο, ὦ πάτερ! ἔλεγον, ὦ μῆτερ! ὦ πατρὶς φιλτάτη! καὶ οἰκεῖοι καὶ συγγενεῖς! τελευταῖον δὲ ἀνενεγκὼν ὁ Ἁβροκόμης, ὦ κακοδαίμονες, ἔφησεν, ἡμεῖς! τί ἄρα πεισόμεθα ἐν γῇ βαρβάρων πειρατῶν, ὕβρει παραδοθέντες πειρατῶν? ἄρχεται τὰ μεμαντευμένα, τιμωρίαν ἤδη με ὁ θεὸς τῆς ὑπερηφανίας εἰσπράττει. ἐρᾷ Κόρυμβος ἐμοῦ, σοῦ δὲ Εὔξεινος. ὢ τῆς ἀκαίρου πρὸς ἑκατέρους εὐμορφίας! εἰς τοῦτο ἄρα μέχρι νῦν σώφρων ἐτηρήθην, ἵνα ἐμαυτὸν ὑποθῶ λῃστῇ ἐρῶντι τὴν αἰσχρὰν ἐπιθυμίαν? καὶ τίς ἐμοὶ βίος περιλείπεται, (πόρνῃ μὲν ἀντὶ ἀνδρὸς γενομένῳ, ἀποστερηθέντι δὲ τῆς Ἀνθίας τῆς ἐμῆς? ἀλλ' οὐ μὰ τὴν μέχρις ἄρτι σωφροσύνην ἐκ παιδός μοι σύντροφον, οὐκ ἂν ἐμαυτὸν ὑποθείην Κορύμβῳ: τεθνήξομαι δὲ πρότερον, καὶ φανοῦμαι νεκρὸς σώφρων. ταῦτα ἔλεγε, καὶ ἐπεδάκρυεν. ἡ δὲ Ἀνθία, φεῦ τῶν κακῶν! εἶπεν, ταχέως δὴ τῶν ὅρκων ἀναγκαζόμεθα, ταχέως τῆς δουλείας πειρώμεθα. ἐρᾷ τίς ἐμοῦ, καὶ πείσειν ἤλπιζεν εἰς εὐνὴν ἐλεύσεσθαι τὴν ἐμὴν μετὰ Ἁβροκόμην, καὶ συγκατακλιθήσεσθαι, καὶ ἀπολαύσειν ἐπιθυμίας; ἀλλὰ μὴ οὕτως ἐγὼ φιλόζωος γενοίμην, μήθ' ὑπομείναιμι ὑβρισθεῖσα ἰδεῖν τὸν ἥλιον. Δεδόχθω ταῦτα, ἀποθνήσκωμεν Ἁβροκόμη: ἕξομεν ἀλλήλους μετὰ θάνατον, ὑπ' οὐδενὸς ἐνοχλούμενοι.

β'. Καὶ τοῖς μὲν ταῦτα ἐδέδοκτο. ἐν δὲ τούτοις Ἄψυρτος, ὁ προεστὼς τοῦ λῃστηρίου, ἡγούμενος ὅτι τε ἥκουσιν οἱ περὶ τὸν Κόρυμβον, καὶ ὅτι πολλὰ εἶεν καὶ θαυμάσια κομί-

ζοντες χρήματα, ἧκεν εἰς τὸ χωρίον, καὶ εἶδέ τε τοὺς περὶ Ἀβροκόμην, καὶ κατεπλάγη τὴν εὐμορφίαν, καὶ εὐθὺς, μέγα κέρδος νομίζων, ᾐτήσατο ἐκείνους· τὰ μὲν ἄλλα χρήματα καὶ κτήματα καὶ παρθένους, ὅσαι συνελήφθησαν, διένειμε τοῖς περὶ τὸν Κόρυμβον πειραταῖς. ὁ δὲ Εὔξεινος καὶ ὁ Κόρυμβος ἄκοντες μὲν συνεχώρουν τοὺς περὶ τὸν Ἀβροκόμην τῷ Ἀψύρτῳ, συνεχώρουν δ᾽ οὖν ἀνάγκῃ. καὶ οἱ μὲν ἀπηλλάσσοντο, ὁ δὲ Ἄψυρτος, παραλαβὼν τὸν Ἀβροκόμην καὶ τὴν Ἀνθίαν καὶ οἰκέτας δύο Λεύκωνα καὶ Ῥόδην, ἤγαγεν εἰς τὴν Τύρον. περίβλεπτος δὲ ἦν αὐτῶν ἡ πομπὴ, καὶ πάντες ἐτεθαυμάκεσαν τὸ κάλλος, καὶ ἄνθρωποι βάρβαροι, μήπω πρότερον τοσαύτην ἰδόντες εὐμορφίαν, θεοὺς ἐνόμιζον εἶναι τοὺς βλεπομένους, ἐμακάριζον δὲ τὸν Ἄψυρτον, οἵους οἰκέτας εἴη κεκτημένος. ἀγαγὼν δὲ αὐτοὺς εἰς τὴν οἰκίαν, παραδίδωσιν οἰκέτῃ πιστῷ, δι᾽ ἐπιμελείας κελεύσας ἔχειν, ὡς μεγάλα κερδανῶν, εἰ ἀπέδοιτο τῆς ἀξίας αὐτοὺς τιμῆς.

γ΄. Καὶ οἱ μὲν περὶ τὸν Ἀβροκόμην ἐν τούτοις ἦσαν. ἡμερῶν δὲ διαγενομένων ὀλίγων, ὁ μὲν Ἄψυρτος ἐπ᾽ ἄλλην ἐμπορίαν εἰς Συρίαν ἀπῆλθε, θυγατὴρ δὲ αὐτοῦ, Μαντὼ ὄνομα, ἠράσθη τοῦ Ἀβροκόμου. ἦν δὲ καλὴ καὶ ὡραία γάμων ἤδη, πολὺ δὲ τοῦ Ἀβροκόμου κάλλους ἀπελείπετο. αὕτη ἡ Μαντὼ ἐκ τῆς συνηθείας τοῦ Ἀβροκόμου διαίτης ἁλίσκεται, καὶ ἀκατασχέτως εἶχε. καὶ ἠπόρει ὅ τι ποιήσαι· οὔτε γὰρ πρὸς τὸν Ἀβροκόμην εἰπεῖν ἐτόλμα, γυναῖκα εἰδυῖα ἔχοντα, καὶ πείσειν οὐδέποτε ἐλπίζουσα, οὔτε ἄλλῳ τινὶ τῶν ἑαυτῆς, δέει τοῦ πατρός. δι᾽ ἃ δὴ καὶ μᾶλλον ἀνεκαίετο, καὶ διέκειτο πονήρως. καὶ οὐκέτι καρτεροῦσα, ἔγνω πρὸς τὴν Ῥόδην, τὴν σύντροφον τῆς Ἀνθίας οὖσαν, ἡλικιῶτιν, καὶ κόρην, κατειπεῖν τὸν ἔρωτα· ταύτην γὰρ μόνην ἤλπιζε συνεργήσειν αὐτῇ περὶ τὴν ἐπιθυμίαν. καὶ δὴ, σχολῆς λαβομένη ἄγει τὴν κόρην πρὸς τὰ πατρῷα ἐπὶ τῆς οἰκίας ἱερὰ· καὶ δεῖται μὴ κατειπεῖν αὐτῆς, καὶ ὅρκους λαμβάνει. καὶ λέγει τὸν ἔρωτα τοῦ Ἀβροκόμου, καὶ ἱκετεύει συμβαλέσθαι, καὶ πολλὰ ὑπέσχετο συμβαλλομένῃ. ἔφη δ᾽, ἴσθι μὲν οἰκέτις οὖσα ἐμὴ, ἴσθι δὲ ὀργῆς πειρασομένη βαρβάρου καὶ ἠδικημένης. ταῦτα εἰποῦσα ἀπέπεμπε τὴν Ῥόδην. ἡ δὲ ἐν ἀμηχάνῳ κακῷ ἐγεγόνει, τό τε γὰρ εἰπεῖν Ἀβροκόμῃ παρῃτεῖτο, φιλοῦσα τὴν Ἀνθίαν, πάνυ δὲ ἐδεδοίκει τῆς βαρβάρου τὴν ὀργήν. ἔδοξεν οὖν αὐτῇ καλῶς ἔχειν, Λεύκωνι πρῶτον ἀνακοινῶσαι τὰ ὑπὸ τῆς Μαντοῦς εἰρημένα· ἦν δὲ καὶ τῇ Ῥόδῃ κοινωνήματα ἐξαιρέτως γενόμενα πρὸς Λεύκωνα, καὶ συνῆσαν ἀλλήλοις ἔτι ἐν Ἐφέσῳ. τότε δὴ λαβομένη μόνου, ὦ Λεύκων, ἔφη, ἀπολώλαμεν τελέως· νῦν οὐκέτι τοὺς συντρόφους ἕξομεν. ἡ τοῦ δεσπότου θυγατὴρ Ἀψύρτου ἐρᾷ μὲν Ἀβροκόμου σφοδρὸν ἔρωτα, ἀπειλεῖ δὲ, εἰ μὴ τύχῃ, δεινὰ ἡμᾶς ἐργάσασθαι· σκόπει τοίνυν τί δεῖ ποιεῖν· τὸ γὰρ ἀντειπεῖν τῇ βαρβάρῳ σφαλερὸν, τὸ δὲ ἀποζεῦξαι Ἀβροκόμην Ἀνθίας ἀδύνατον. ἀκούσας ὁ Λεύκων, δακρύων ἐπλήσθη, μεγάλας ἐκ τούτων συμφορὰς προσδοκῶν. ὀψὲ δὲ ἀνενεγκὼν, σιώπα, ἔφη, Ῥόδη, ἐγὼ γὰρ ἕκαστα διοικήσω.

Ταῦτα

δ'. Ταῦτα εἰπὼν ἔρχεται πρὸς 'Αβροκόμην. τῷ δὲ ἄρα οὐδὲν ἔργον ἦν ἢ φιλεῖν 'Ανθίαν, καὶ ὑπ' ἐκείνης φιλεῖσθαι, καὶ λαλεῖν ἐκείνῃ, καὶ ἀκούειν λαλούσης. ἐλθὼν δὲ παρ' αὐτοὺς, τί ποιοῦμεν [ἔφη] σύντροφοι? τί δὲ βουλευόμεθα οἰκέται? δοκεῖς τινὶ τῶν δεσποτῶν 'Αβροκόμη καλός. ἡ θυγατὴρ ἡ 'Αψύρτου πονήρως ἐπί σοι διάκειται, καὶ ἀντειπεῖν ἐρώσῃ βαρβάρῳ παρθένῳ χαλεπὸν. σὺ οὖν, ὅπως σοι δοκεῖ βουλευσάμενος, σῶσον ἡμᾶς ἅπαντας, καὶ μὴ περιΐδῃς ὀργῇ δεσποτῶν ὑποπεσόντας. ἀκούσας ὁ 'Αβροκόμης εὐθὺς μὲν ὀργῆς ἐνεπλήσθη, ἀναβλέψας δὲ ἀτενὲς εἰς τὸν Λεύκωνα, ὦ πονηρὲ, ἔφη, καὶ Φοινίκων τῶν ἐνταῦθα βαρβαρώτερε, ἐτόλμησας εἰπεῖν πρὸς 'Αβροκόμην τοιαῦτα ῥήματα, καὶ παρούσης 'Ανθίας ἄλλην παρθένον μοι διηγῇ? δοῦλος μὲν εἰμι, ἀλλὰ συνθήκας οἶδα τηρεῖν. ἔχουσιν ἐξουσίαν μου τοῦ σώματος, τὴν ψυχὴν δὲ ἐλευθέραν ἔχω. ἀπειλείτω νῦν, εἰ θέλει, Μαντὼ, ξίφη, καὶ βρόχους, καὶ πῦρ, καὶ πάντα ὅσα δύναται σῶμα ἐνεγκεῖν οἰκέτου, οὐ γὰρ ἄν ποτε πεισθείην ἑκὼν 'Ανθίαν ἀδικῆσαι. ὁ μὲν ταῦτα ἔλεγεν, ἡ δὲ 'Ανθία ὑπὸ συμφορᾶς ἔκειτο ἀχανὴς, οὐδὲ προσφθέγξασθαί τι δυναμένη, ὀψὲ δὲ καὶ μόλις αὑτὴν ἐγείρασα, ἔχω μὲν, φησὶν, 'Αβροκόμη, τὴν εὔνοιαν τὴν σὴν, καὶ στέργεσθαι διαφερόντως ὑπὸ σου πεπίστευκα, ἀλλὰ δέομαί σου, τῆς ψυχῆς καὶ τῆς ἐμῆς δέσποτα, μὴ προδῷς ἑαυτὸν, μηδὲ εἰς ὀργὴν ἐμβάλῃς βαρβαρικήν: συγκατάθου δὲ τῇ τῆς δεσποίνης ἐπιθυμίᾳ, κἀγὼ ὑμῖν ἄπειμι ἐκποδὼν, ἐμαυτὴν ἀποκτείνασα. τοσοῦτόν σου δεήσομαι, θάψον αὐτὸς, καὶ φίλησον πεσοῦσαν, καὶ μέμνησο 'Ανθίας. ταῦτα πάντα εἰς μείζονα συμφορὰν τὸν 'Αβροκόμην ἦγε, καὶ ἠπόρει ὅστις γένηται.

ε. Καὶ οἱ μὲν ἐν τούτοις ἦσαν; ἡ δὲ Μαντὼ, χρονιζούσης τῆς 'Ρόδης, οὐκέτι καρτεροῦσα, γράφει γραμμάτιον πρὸς τὸν 'Αβροκόμην, ἦν δὲ τὰ ἐγγεγραμμένα τοιάδε: „'Αβροκόμῃ τῷ καλῷ δέσποινα ἡ σὴ χαίρειν. Μαντὼ ἐρᾷ σου, μηκέτι φέρειν δυναμένη, (ἀπρεπὲς μὲν ἴσως παρθένῳ, ἀναγκαῖον δὲ φιλούσῃ) δέομαι μή με παρίδῃς, μηδὲ ὑβρίσῃς τὴν τὰ σὰ ᾑρημένην; ἐὰν γὰρ πεισθῇς, πατέρα τὸν ἐμὸν "Αψυρτον ἐγὼ πείσω σοί με συνοικίσαι, καὶ τὴν νῦν σοι γυναῖκα ἀποσκευασόμεθα. πλουτήσεις δὲ, καὶ μακάριος ἔσῃ: ἐὰν δὲ ἀντείπῃς, ἐννόει οἷα μὲν πείσῃ (τῆς ὑβρισμένης ἑαυτὴν ἐκδικούσης,) οἷα δὲ οἱ μετά σου κοινωνοὶ, τῆς σῆς ὑπερηφανίας σύμβουλοι γενόμενοι." τοῦτο τὸ γράμμα λαβοῦσα, κατασημηναμένη, δίδωσι θεραπαίνῃ τινὶ ἑαυτῆς βαρβάρῳ, εἰποῦσα 'Αβροκόμῃ κομίζειν. ὁ δὲ ἔλαβε καὶ ἀνέγνω καὶ πᾶσι μὲν ἤχθετο τοῖς ἐγγεγραμμένοις, μάλιστα δὲ αὐτὸν ἐλύπει τὰ περὶ τῆς 'Ανθίας. κἀκείνην μὲν τὴν πινακίδα κατέχει, ἄλλην δὲ ἐγγράφει, καὶ δίδωσι τῇ θεραπαίνῃ. ἦν δὲ τὰ ἐγγεγραμμένα: „ Δέσποινα, ὅ τι βούλει ποίει, καὶ χρῶ σώματι ὡς οἰκέτου: καὶ εἴτε ἀποκτείνειν θέλεις, ἕτοιμος, εἴτε βασανίζειν, ὅπως ἐθέλεις, βασάνιζε: εἰς εὐνὴν δὲ τὴν σὴν οὐκ ἂν ἔλθοιμι, οὔτε ἂν τοιαῦτα πεισθείην κελευούσῃ." λαβοῦσα ταῦτα τὰ γράμματα ἡ Μαντὼ, ἐν ὀργῇ ἀκα

τασχέτῳ γίνεται. καὶ ἀναμίξασα πάντα, φθόνον καὶ ζηλοτυπίαν, λύπην, φόβον, ἐνενόει ὅπως τιμωρήσαιτο τὸν ὑπερηφανοῦντα. καὶ δὴ καὶ ἐν τούτῳ ἔρχεται μὲν ἀπὸ Συρίας Ἄψυρτος ἄγων τινὰ τῇ θυγατρὶ νυμφίον ἐκεῖθεν, Μοῖριν ὄνομα. ὡς δὲ ἀφίκετο, ἐυθὺς ἡ Μαντὼ τὴν κατὰ Ἀβροκόμου τέχνην συνετάττετο, καὶ σπαράξασα τὰς κόμας, καὶ περιῤῥηξαμένη τὴν ἐσθῆτα, ὑπαντήσασα τῷ πατρὶ καὶ προσπεσοῦσα πρὸς τὰ γόνατα, ὀικτειρον, ἔφη, πάτερ, θυγατέρα τὴν σὴν ὑβρισμένην ὑπὸ ὀικέτου. ὁ γὰρ σώφρων Ἀβροκόμης ἐπείρασε μὲν παρθενίαν τὴν ἐμὴν ἀφανίσαι, ἐπεβούλευσε δὲ καὶ σοὶ λέγων ἐρᾷν μου. σὺ ὄυν ὑπὲρ τηλικούτων τετολμημένων ἐισπρᾶξαι παρ' ἀυτοῦ τιμωρίαν τὴν ἀξίαν; ἤ, ἐι δίδως ἔκδοτον θυγατέρα τὴν σὴν τοῖς ὀικέταις, ἐμαυτὴν φθάσασα ἀποκτενῶ.

ϛ'. Ἀκούσας ὁ Ἄψυρτος, καὶ δόξας ἀληθῆ λέγειν ἀυτὴν, ἠρεύνησε τὸ πραχθὲν ὀυκέτι, μεταπεμψάμενος δὲ τὸν Ἀβροκόμην, ὦ τολμηρὰ καὶ μιαρὰ, ἔιπεν, κεφαλή! ἐτόλμησας ἐις δεσπότας τοὺς σοὺς ὑβρίσαι, καὶ διαφθεῖραι παρθένον ἠθέλησας, ὀικέτης ὤν! ἀλλ' ὀύ τι χαιρήσεις, ἐγὼ γάρ σε τιμωρήσομαι, καὶ τοῖς ἄλλοις ὀικέταις τὴν σὴν ἀικίαν ποιήσομαι παράδειγμα. ἐιπὼν, ὀυκέτι ἀνασχόμενος ὀυδὲ λόγον ἀκοῦσαι, ἐκέλευσε περιῤῥῆξαι τὴν ἐσθῆτα ἀυτοῦ τοῖς ὀικέταις, καὶ φέρειν πῦρ καὶ μάστιγας, καὶ παίειν τὸ μειράκιον. ἦν δὲ τὸ θέαμα ἐλεεινόν: ἅι τε γὰρ βάσανοι τὸ σῶμα πᾶν ἠφάνιζον, βασάνων ἀήθες ὂν ὀικετικῶν; τό τε ἅιμα κατέῤῥει πᾶν, καὶ τὸ κάλλος ἐμαραίνετο. προσῆγεν ἀυτῷ καὶ δεσμὰ φοβερὰ καὶ πῦρ, καὶ μάλιστα ἐχρῆτο ταῖς βασάνοις κατ' ἀυτοῦ, τῷ νυμφίῳ τῆς θυγατρὸς ἐνδεικνύμενος, ὅτι σώφρονα παρθένον ἕξεται. ἐν τούτῳ ἡ Ἀνθία προσπίπτει τοῖς γόνασι τοῦ Ἀψύρτου, και ἐδεῖτο ὑπὲρ Ἀβροκόμου: ὁ δὲ, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον, ἔφη, διὰ σὲ κολασθήσεται, ὅτι καὶ σὲ ἠδίκησε, γυναῖκα ἔχων, ἄλλης ἐρῶν. καὶ τότε ἐκέλευσε δήσαντας ἀυτὸν ἐγκαθεῖρξαί τινι ὀικήματι σκοτεινῷ.

ζ. Καὶ ὁ μὲν ἐδέδετο, καὶ ἦν ἐν ἐιρκτῇ, (δεινὴ δὲ ἀυτὸν ἀθυμία καταλαμβάνει, καὶ μάλιστα ἐπεὶ Ἀνθίαν ὀυχ ἑώρα; ἐζήτει δὲ θανάτου τρόπους πολλοὺς, ἀλλ' ἤυρισκεν ὀυδένα, πολλῶν τῶν φρουρούντων ὄντων,) ὁ δὲ Ἄψυρτος ἐποίει τῆς θυγατρὸς τοὺς γάμους, καὶ ἑώρταζον πολλαῖς ἡμέραις. Ἀνθία δὲ πάντα πένθος ἦν, καὶ ἔι ποτε δυνηθείη πεῖσαι τοὺς ἐπὶ τοῦ δεσμωτηρίου, ἐισῄει πρὸς Ἀβροκόμην λανθάνουσα, καὶ κατωδύρετο τὴν συμφοράν. ὡς δὲ ἤδη παρεσκευάζοντο ἐις Συρίαν ἀπιέναι, προέπεμψεν ὁ Ἄψυρτος τὴν θυγατέρα μετὰ δώρων πολλῶν, ἐσθῆτάς τε τὰς Βαβυλωνίους, καὶ χρυσὸν ἄφθονον καὶ ἄργυρον ἐδίδου; ἐδωρήσατο δὲ τῇ θυγατρὶ Μαντοῖ τὴν Ἀνθίαν καὶ τὴν Ῥόδην καὶ τὸν Λεύκωνα. ὡς ὄυν ταῦτα ἔγνω ἡ Ἀνθία, καὶ ὅτι ἐις Συρίαν ἀναχθήσεται μετὰ Μαντοῦς, δυνηθεῖσα ἐισελθεῖν ἐις τὸ δεσμωτήριον, περιπλεξαμένη τῷ Ἀβροκόμῃ, δέσποτα, ἔιπεν, ἐις Συρίαν ἄγομαι, δῶρον δοθεῖσα τῇ Μαντοῖ, καὶ ἐις χεῖ-

χεῖρας τῆς ζηλοτυπούσης ἄγομαι; σὺ δὲ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ μείνας, οἰκτρῶς ἀποθνήσκεις, οὐκ ἔχων οὐδὲ ὅστις σοῦ τὸ σῶμα κοσμήσει: ἀλλ᾽ ὀμνύω σοι τὸν ἀμφοτέρων δαίμονα, ὡς ἐγὼ μενῶ σή, καὶ ζῶσα, κἂν ἀποθανεῖν δεήσῃ. ταῦτα λέγουσα ἐφίλει τε αὐτὸν καὶ περιέβαλλε, καὶ τὰ δεσμὰ ἠσπάζετο, καὶ τῶν ποδῶν προυκυλίετο.

η. Τέλος δὲ ἡ μὲν ἐξῄει τοῦ δεσμωτηρίου, ὁ δὲ, ὡς εἶχεν, ἑαυτὸν ἐπὶ γῆς ῥίψας, ἔστενεν, ἔκλαιεν, ὦ πάτερ, λέγων, φίλτατε, ὦ μῆτερ Θεμιστώ! ποῦ δὲ ἡ ἐν Ἐφέσῳ δοκοῦσά ποτε εὐδαιμονία? ποῦ δὲ οἱ λαμπροὶ καὶ οἱ περίβλεπτοι, Ἀνθία καὶ Ἀβροκόμης, οἱ καλοί? ἡ μὲν οἴχεται πόῤῥω που τῆς γῆς αἰχμάλωτος, ἐγὼ δὲ καὶ τὸ μόνον ἀφῄρημαι παραμύθιον, καὶ τεθνήξομαι δυστυχὴς ἐν δεσμωτηρίῳ μόνος. ταῦτα λέγοντα αὐτὸν ὕπνος καταλαμβάνει, καὶ αὐτῷ ὄναρ ἐφίσταται. ἔδοξεν ἰδεῖν αὐτοῦ τὸν πατέρα Λυκομήδη ἐν ἐσθῆτι μελαίνῃ πλανώμενον κατὰ πᾶσαν γῆν καὶ θάλατταν, ἐπιστάντα δὲ τῷ δεσμωτηρίῳ, λῦσαί τε αὐτὸν, καὶ ἀφιέναι ἐκ τοῦ οἰκήματος; αὐτὸν δὲ ἵππον γενόμενον, ἐπὶ πολλὴν φέρεσθαι γῆν διώκοντα ἵππον ἄλλην θήλειαν, καὶ τέλος εὑρεῖν τὴν ἵππον, καὶ ἄνθρωπον γενέσθαι. ταῦτα ὡς ἔδοξεν ἰδεῖν, ἀνέθορέ τε, καὶ μικρὰ εὔελπις ἦν.

θ'. Ὁ μὲν οὖν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ κατέκλειστο, ἡ δὲ Ἀνθία εἰς Συρίαν ἤγετο, καὶ ὁ Λεύκων καὶ ἡ Ῥόδη. ὡς δὲ ἧκον οἱ περὶ τὴν Μαντὼ εἰς Ἀντιόχειαν, ἐκεῖθεν γὰρ ἦν Μοῖρις, ἐμνησικάκει μὲν καὶ τὴν Ῥόδην, ἐμίσει δὲ καὶ τὴν Ἀνθίαν. καὶ δὴ τὴν μὲν Ῥόδην εὐθὺς μετὰ τοῦ Λεύκωνος κελεύει ἐμβιβάσαντάς τινας πλοίῳ πоῤῥωτάτω τῆς Συρίας ἀποδόσθαι γῆς; τὴν δὲ Ἀνθίαν οἰκέτῃ συνουσιάζειν ἐνενόει, καὶ ταῦτα τῶν ἀτιμοτάτων αἰπόλῳ τινὶ ἀγροίκῳ, ἡγουμένη διὰ τούτου τιμωρήσασθαι αὐτήν. μεταπέμπεται δὲ τὸν αἰπόλον Λάμπωνα τοὔνομα, καὶ παραδίδωσι τὴν Ἀνθίαν, καὶ κελεύει γυναῖκα ἔχειν, καὶ ἐὰν ἀπειθῇ, προσέταττε βιάζεσθαι. καὶ ἡ μὲν ἤγετο ἐπ᾽ ἀγρὸν συνεσομένη τῷ αἰπόλῳ; γενομένη δὲ ἐν τῷ χωρίῳ, ἔνθα ὁ Λάμπων ἔνεμε τὰς αἶγας, προσπίπτει τοῖς γόνασιν αὐτοῦ, καὶ ἱκετεύει κατοικτεῖραι, καὶ τηρῆσαι: διηγεῖται δὲ ἥτις ἦν, τὴν προτέραν εὐγένειαν, τὸν ἄνδρα, τὴν αἰχμαλωσίαν. ἀκούσας δὲ ὁ Λάμπων οἰκτείρει τὴν κόρην, καὶ ὄμνυσιν ἦ μὴν φυλάξειν ἀμόλυντον, καὶ θαῤῥεῖν παρεκελεύετο.

ι. Καὶ ἡ μὲν παρὰ τῷ αἰπόλῳ ἦν ἐν τῷ χωρίῳ, πάντα χρόνον Ἀβροκόμην θρηνοῦσα, ὁ δὲ Ἄψυρτος ἐρευνώμενος τὸ οἰκημάτιον, ἔνθα ὁ Ἀβροκόμης πρὸ τῆς κολάσεως διῆγεν, ἐπιτυγχάνει τῷ γραμματιδίῳ τῷ Μαντοῦς πρὸς Ἀβροκόμην, καὶ γνωρίζει τὰ γράμματα, καὶ ὅτι ἀδίκως Ἀβροκόμην τιμωρεῖται ἔμαθεν. εὐθὺς οὖν λῦσαί τε αὐτὸν προσέταξε, καὶ ἀγαγεῖν εἰς ὄψεις. πονηρὰ δὲ καὶ ἐλεεινὰ πεπονθὼς, προσπίπτει τοῖς γόνασι τοῖς Ἀψύρτου; ὁ δὲ αὐτὸν ἀνίστησι, καὶ, θάρσει, ἔφη, ὦ μειράκιον, ἀδίκως σοῦ κατέγνων, πεισθεὶς θυγατρὸς λόγοις: ἀλλὰ νῦν μὲν σε ἐλεύθερον ἀντὶ δούλου ποιήσω, δίδωμι δὲ σοι τῆς οἰκίας ἄρχειν τῆς ἐμῆς, καὶ γυναῖκα ἄξομαι τῶν πολιτῶν τινὸς θυ-

γατέρα; σὺ δὲ μὴ μνησικακήσῃς τῶν γεγενημένων, ὀυ γὰρ ἑκὼν σε ἠδίκησα. ταῦτα ἔλεγεν ὁ Ἄψυρτος. ὁ δὲ Ἀβροκόμης, ἀλλὰ χάρις, ἔφη, σοὶ δέσποτα, ὅτι καὶ τὸ ἀληθὲς ἔμαθες, καὶ τῆς σωφροσύνης ἀμείβῃ με. ἔχαιρον δὲ πάντες ὁι κατὰ τὴν ὀικίαν ὑπὲρ Ἀβροκόμου, καὶ χάριν ᾔδεσαν ὑπὲρ ἀυτοῦ τῷ δεσπότῃ. ἀυτὸς δὲ ἐν μεγάλῃ συμφορᾷ κατὰ Ἀνθίαν ἦν, ἐνενόει δὲ πρὸς ἑαυτὸν πολλάκις: τί δὲ ἐλευθερίας ἐμοί? τί δὲ πλούτων, καὶ ἐπιμελείας τῶν Ἀψύρτου χρημάτων? ὀυ τοιοῦτον ἔιναι με δεῖ. ἐκείνην καὶ ζῶσαν καὶ τεθνεῶσαν ἕυροιμι. ὁ μὲν ὄυν ἐν τούτοις ἦν, διοικῶν μὲν τὰ Ἀψύρτου, ἐννοῶν δὲ ὁπότε καὶ ποῦ τὴν Ἀνθίαν ἑυρήσει, ὁ δὲ Λεύκων καὶ ἡ Ῥόδη ἤχθησαν ἐις τὴν Λυκίαν, ἐις πόλιν Ξάνθον, (ἀνώτερον δὲ θαλάσσης ἡ πόλις,) κἀνταῦθα ἐπράθησαν πρεσβύτῃ τινὶ, ὃς ἀυτοὺς ἔιχε μετὰ πάσης ἐπιμελείας, παῖδας ἀυτοῦ νομίζων, καὶ γὰρ ἄτεκνος ἦν. διῆγον δὲ ἐν ἀφθόνοις μὲν πᾶσιν, ἐλύπουν δὲ ἀυτοὺς Ἀνθία καὶ Ἀβροκόμης ὀυχ ὁρώμενοι.

ιά. Ἡ δὲ Ἀνθία ἦν μὲν τινα χρόνον παρὰ τῷ αἰπόλῳ, συνεχὲς δὲ ὁ Μοῖρις, ὁ ἀνὴρ τῆς Μαντοῦς, ἐις τὸ χωρίον ἐρχόμενος ἐρᾷ τῆς Ἀνθίας σφοδρὸν ἔρωτα, καὶ τὰ μὲν πρῶτα ἐπειρᾶτο λανθάνειν, τελευταῖον δὲ λέγει τῷ αἰπόλῳ τὸν ἔρωτα, καὶ πολλά ὑπισχνεῖτο συγκρύψαντι. ὁ δὲ τῷ μὲν Μοίριδι συντίθεται δεδοικὼς, δὲ τὴν Μαντὼ, ἔρχεται πρὸς ἀυτὴν, καὶ λέγει τὸν ἔρωτα τοῦ Μοίριδος. ἡ δὲ ἐν ὀργῇ γενομένη, πασῶν, ἔφη, δυστυχεστάτη γυναικῶν ἐγὼ! τὴν ζήλην περιάξομαι, δι᾽ ἣν τὰ μὲν πρῶτα ἐν Φοινίκῃ ἀφῃρέθην ἐρωμένου, νυνὶ δὲ κινδυνεύω τοῦ ἀνδρὸς. ἀλλ᾽ ὀυ χαίρουσά γε Ἀνθία φανεῖται καλὴ καὶ Μοίριδι, ἐγὼ γὰρ ἀυτὴν, καὶ ὑπὲρ τῶν ἐν Τύρῳ, πράξομαι δίκας. τότε μὲν ὄυν τὴν ἡσυχίαν ἦγαγεν, ἀποδημήσαντος δὲ τοῦ Μοίριδος, μεταπέμπεται τὸν αἰπόλον, καὶ κελεύει λαβόντα τὴν Ἀνθίαν, ἐις τὸ δασύτατον ἀγαγόντα τῆς ὕλης, ἀποκτεῖναι, καὶ τούτου μισθὸν ἀυτῷ δώσειν ὑπέσχετο. ὁ δὲ ὀικτείρει μὲν τὴν κόρην, δεδοικὼς δὲ τὴν Μαντὼ, ἔρχεται παρὰ τὴν Ἀνθίαν, καὶ λέγει τὰ κατ᾽ ἀυτῆς δεδογμένα. ἡ δὲ ἀνεκώκυσέ τε καὶ ἀνωδύρετο, φεῦ, λέγουσα, τοῦτο τὸ κάλλος ἐπίβουλον ἀμφοτέροις πανταχοῦ! διὰ τὴν ἄκαιρον ἐυμορφίαν Ἀβροκόμης μὲν ἐν Τύρῳ τέθνηκεν, ἐγὼ δὲ ἐνταῦθα. ἀλλὰ δέομαί σου, Λάμπων αἰπόλε, ὃς μέχρι νῦν ἐυσέβησας, ἂν ἀποκτείνῃς, κἂν ὀλίγον θάψον με τῇ παρακειμένῃ γῇ, καὶ ὀφθαλμοῖς τοῖς ἐμοῖς χεῖρας ἐπίβαλε τὰς σὰς, καὶ θάπτων συνεχὲς Ἀβροκόμην κάλει: ἅυτη γένοιτ᾽ ἂν ἐυδαίμων ἐμοὶ μετὰ Ἀβροκόμου ταφή. ἔλεγε ταῦτα, ὁ δὲ αἰπόλος ἐις ὄικτον ἔρχεται, ἐννοῶν ὡς ἀνόσιον ἔργον ἐργάσεται, κόρην ὀυδὲν ἀδικοῦσαν ἀποκτείνας ὄυτω καλὴν. λαβὼν δὲ τὴν κόρην ὁ αἰπόλος, φονεῦσαι μὲν ὀυκ ἠνέσχετο, φράζει δὲ πρὸς ἀυτὴν τάδε: Ἀνθία ὄιδας ὅτι ἡ δέσποινα Μαντὼ ἐκέλευσέ μοι λαβεῖν καὶ φονεῦσαι σε; ἐγὼ δὲ θεοὺς δεδιὼς, καὶ τὸ κάλλος ὀικτείρας, βούλομαι σε μᾶλλον πωλῆσαι πόῤῥω που τῆς γῆς ταύτης, μὴ μαθοῦσα ἡ Μαντὼ, ὅτι ὀυ τέθνηκας, ἐμὲ μᾶλλον κακῶς διαθήσει.

ἡ δὲ

ἡ δὲ μετὰ δακρύων λαβομένη τῶν ποδῶν αὐτοῦ ἔφη, θεοὶ, καὶ Ἄρτεμι πατρῷα, τὸν αἰπόλον ὑπὲρ τούτων τῶν ἀγαθῶν ἀμείψασθε! καὶ παρεκάλει πραθῆναι. ὁ δὲ αἰπόλος, λαβόμενος τῆς Ἀνθίας, ᾤχετο ἐπὶ τὸν λιμένα, εὑρὼν δὲ ἐκεῖ ἐμπόρους ἄνδρας Κίλικας, ἀπέδοτο τὴν κόρην, καὶ λαβὼν τὴν ὑπὲρ αὐτῆς τιμὴν, ἧκεν εἰς τὸν ἀγρόν. οἱ δὲ ἔμποροι, λαβόντες τὴν Ἀνθίαν, εἰς τὸ πλοῖον ἦγον, καὶ νυκτὸς ἐπελθούσης ᾔεσαν τὴν ἐπὶ Κιλικίας; ἐναντίῳ δὲ πνεύματι κατεχόμενοι, καὶ τῆς νεὼς διαῤῥαγείσης, μόλις ἐν σκάφει τινὶ σωθέντες ἐπ' αἰγιαλοῦ τινες ἦλθον, εἶχον δὲ τὴν Ἀνθίαν. ἦν δὲ ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ ὕλη δασεῖα: τὴν οὖν νύκτα ἐκείνην πλανώμενοι ἐν αὐτῇ τῇ ὕλῃ, ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Ἱππόθοον τὸν λῃστὴν συνελήφθησαν.

ιδ'. Ἐν δὲ τούτοις ἧκεν ἀπὸ τῆς Συρίας οἰκέτης ὑπὸ τῆς Μαντοῦς γράμματα κομίζων τῷ πατρὶ Ἀψύρτῳ τάδε: „ἔδωκας με ἀνδρὶ ἐν ξένῃ. Ἀνθίαν δὲ, ἣν μετὰ τῶν ἄλλων οἰκετῶν ἐδωρήσω μοι, πολλὰ διαπραξαμένην κακὰ, εἰς ἀγρὸν οἰκεῖν ἐκελεύσαμεν. ταύτην συνεχῶς ἐν τῷ χωρίῳ θεώμενος ὁ καλὸς Μοῖρις ἐρᾷ; μηκέτι δὲ φέρειν δυναμένη, μετεπεμψάμην τὸν αἰπόλον, καὶ τὴν κόρην πραθῆναι πάλιν ἐκέλευσα ἐν πόλει τινὶ τῆς Συρίας." ταῦτα μαθὼν ὁ Ἀβροκόμης, οὐκέτι μένειν ἐκαρτέρει. λαθὼν οὖν τὸν Ἄψυρτον, καὶ πάντας τοὺς κατὰ τὸν οἶκον, εἰς ἐπιζήτησιν τῆς Ἀνθίας ἔρχεται. ἐλθὼν οὖν ἐν τῷ ἀγρῷ, ἔνθα μετὰ τοῦ αἰπόλου ἡ Ἀνθία διέτριβεν, ἄγει δὴ παρὰ τὸν Λάμπωνα τὸν αἰπόλον, ᾧ πρὸς γάμον ἐδεδώκει τὴν Ἀνθίαν ἡ Μαντὼ, ἐδεῖτο δὲ τοῦ Λάμπωνος εἰπεῖν αὐτῷ εἴ τι οἶδε περὶ κόρης ἐκ Τύρου. ὁ δὲ αἰπόλος καὶ τὸ ὄνομα εἶπεν ὅτι καὶ Ἀνθία, καὶ τὸν γάμον, καὶ τὴν εὐσέβειαν τὴν περὶ αὐτοῦ, καὶ τὸν Μοίριδος ἔρωτα, καὶ τὸ πρόσταγμα τὸ κατ' αὐτῆς, καὶ τὴν εἰς Κιλικίαν ὁδόν; ἔλεγέ τε ὡς ἀεί τινος Ἀβροκόμου μέμνηται ἡ κόρη. ὁ δὲ αὑτὸν, ὅστις ἦν, οὐ λέγει, ἕωθεν δὲ ἀναστὰς ἤλαυνε τὴν ἐπὶ Κιλικίαν, ἐλπίζων Ἀνθίαν εὑρήσειν ἐκεῖ.

ιγ'. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἱππόθοον τὸν λῃστὴν ἐκείνης μὲν τῆς νυκτὸς ἔμειναν εὐωχούμενοι, τῇ δ' ἑξῆς περὶ τὴν θυσίαν ἐγίνοντο. παρεσκευάζετο δὲ πάντα, καὶ ἀγάλματα τοῦ Ἄρεως, καὶ ξύλα, καὶ στεφανώματα: ἔδει δὲ τὴν θυσίαν γενέσθαι τρόπῳ τῷ συνήθει. τὸ μέλλον ἱερεῖον θύεσθαι, εἴτε ἄνθρωπος, εἴτε βόσκημα εἴη, κρεμάσαντες ἐκ δένδρου, καὶ διαστάντες ἠκόντιζον, καὶ ὁπόσοι μὲν ἐπέτυχον, τούτων ὁ θεὸς ἐδόκει δέχεσθαι τὴν θυσίαν; ὁπόσοι δὲ ἀπέτυχον, αὖθις ἐξιλάσκοντο. ἔδει δὲ τὴν Ἀνθίαν οὕτως ἱερουργηθῆναι. ὡς δὲ πάντα ἕτοιμα ἦν, καὶ κρεμνᾷν τὴν κόρην ἤθελον, ψόφος τῆς ὕλης ἠκούετο, καὶ ἀνθρώπων κτύπος. ἦν δὲ ὁ τῆς εἰρήνης τῆς ἐν Κιλικίᾳ προεστὼς, Περίλαος τοὔνομα, ἀνὴρ τὰ πρῶτα τῶν ἐν Κιλικίᾳ δυναμένων. οὗτος ἐπέστη τοῖς λῃσταῖς ὁ Περίλαος μετὰ πλήθους πολλοῦ, καὶ πάντας τε ἀπέκτεινεν, ὀλίγους δὲ καὶ ζῶντας ἔλαβε: μόνος δὲ ὁ Ἱππόθοος ἠδυνήθη διαφυγεῖν ἀράμενος τὰ ὅπλα. ἔλαβε δὲ τὴν Ἀνθίαν Περίλαος, καὶ πυθόμενος τὴν μέλλουσαν συμφορὰν, ἠλέησεν. εἶχε

δὲ ἄρα μεγάλης ἀρχὴν συμφορᾶς ὁ ἔλεος Ἀνθίας. ἄγει δὲ αὐτὴν καὶ τοὺς συλληφθέντας τῶν λῃστῶν εἰς Τάρσον τῆς Κιλικίας. ἡ δὲ συνήθης αὐτὸν τῆς κόρης ὄψις εἰς ἔρωτα ἤγαγε, καὶ μετὰ μικρὸν ἑαλώκει Περίλαος Ἀνθίας. ὡς δὲ ἧκον εἰς Τάρσον, τοὺς μὲν λῃστὰς εἰς τὴν εἱρκτὴν παρέδωκε, τὴν δὲ Ἀνθίαν ἐθεράπευεν. ἦν δὲ οὔτε γυνὴ τῷ Περιλάῳ, οὔτε παῖδες, καὶ περιβολὴ χρημάτων οὐκ ὀλίγη. ἔλεγεν οὖν πρὸς τὴν Ἀνθίαν, ὡς πάντα ἂν αὐτῇ γένοιτο Περιλάῳ, γυνὴ, καὶ δεσπότις, καὶ παῖδες. ἡ δὲ τὰ μὲν πρῶτα ἀντεῖπεν, οὐκ ἔχουσα δὲ ὅ τι ποιήσει, βιαζομένῳ καὶ πολλὰ ἐγκειμένῳ, δείσασα μή καί τι τολμήσῃ βιαιότερον, συγκατατίθεται μὲν τὸν γάμον, ἱκετεύει δὲ αὐτὸν ἀναμεῖναι χρόνον ὀλίγον, ὅσον, ἡμερῶν τριάκοντα, καὶ ἄχραντον τηρῆσαι, καὶ σκήπτεταί, ὁ δὲ Περίλαος πείθεται, καὶ ἐπόμνυται τηρήσειν αὐτὴν γάμων ἁγνὴν εἰς ὅσον ἂν ὁ χρόνος διέλθῃ.

ιδʹ. Καὶ ἡ μὲν ἐν Τάρσῳ ἦν μετὰ Περιλάου, τὸν χρόνον ἀναμένουσα τοῦ γάμου, ὁ δὲ Ἁβροκόμης ᾔει τὴν ἐπὶ Κιλικίας ὁδὸν, καὶ ὀυ πρὸ πολλοῦ τοῦ ἄντρου τοῦ λῃστρικοῦ (ἀπεπλάνητο γὰρ καὶ αὐτὸς τῆς ἐπὶ ἐυθὺ ὁδοῦ) συντυγχάνει τῷ Ἱπποθόῳ ὡπλισμένῳ. ὁ δὲ αὐτὸν ἰδὼν προστρέχει, καὶ φιλοφρονεῖται, καὶ δεῖται κοινωνὸν γενέσθαι τῆς ὁδοῦ: ὁρῶ γάρ σε, [ἔφη,] ὦ μειράκιον, ὅστις ποτὲ εἶ, καὶ ὀφθῆναι καλὸν, καὶ ἄλλως ἀνδρικόν; καὶ ἡ πλάνη φαίνεται πάντως ἀδικουμένη. Ἴωμεν οὖν, Κιλικίαν μὲν ἀφέντες, ἐπὶ Καππαδοκίαν καὶ τὸν ἐκεῖ Πόντον, λέγονται γὰρ οἰκεῖν ἄνδρες εὐδαίμονες. ὁ δὲ Ἁβροκόμης τὴν μὲν Ἀνθίας ζήτησιν ὀυ λέγει, συγκατατίθεται δὲ ἀναγκάζοντι τῷ Ἱπποθόῳ, καὶ ὅρκους ποιοῦσι συνεργήσειν τε καὶ συλλήψεσθαι: ἤλπιζε δὲ ὁ Ἁβροκόμης ἐν τῇ πολλῇ πλάνῃ τὴν Ἀνθίαν εὑρήσειν. ἐκείνην μὲν οὖν τὴν ἡμέραν ἐπανελθόντες εἰς τὸ ἄντρον, εἴ τι αὐτοῖς ἔτι περιττὸν ἦν, αὑτοὺς καὶ τὸν ἵππον ἀνελάμβανον: ἦν γὰρ τῷ Ἱπποθόῳ ἵππος ἐν τῇ ὕλῃ κρυπτόμενος.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ ΕΦΕΣΙΟΥ

ΤΩΝ ΚΑΤΑ

ΑΝΘΙΑΝ ΚΑΙ ΑΒΡΟΚΟΜΗΝ

ΕΦΕΣΙΑΚΩΝ ΛΟΓΟΣ Γ.

α'. Τῇ δὲ ἑξῆς παρήεσαν μὲν Κιλικίαν, ἐποιοῦντο δὲ τὴν ὁδὸν ἐπὶ Μάζακον, πόλιν τῆς Καππαδοκίας μεγάλην καὶ καλήν: ἐκεῖθεν γὰρ Ἱππόθοος ἐνενόει, συλλεξάμενος νεανίσκους ἀκμάζοντας, συστήσασθαι πάλιν τὸ λῃστήριον: ἰοῦσι δὲ αὐτοῖς διὰ κωμῶν μεγάλων πάντων ἦν ἀφθονία τῶν ἐπιτηδείων: καὶ γὰρ ὁ Ἱππόθοος ἐμπείρως εἶχε τῆς Καππαδοκῶν φωνῆς, καὶ αὐτῷ πάντες ὡς οἰκείῳ προσεφέροντο. διανύσαντες δὲ τὴν ὁδὸν ἡμέραις δέκα, εἰς Μάζακον ἔρχονται, κἀνταῦθα πλησίον τῶν πυλῶν ἐσῳκίσαντο, καὶ ἔγνωσαν ἑαυτοὺς ἡμερῶν τινῶν ἐκ τοῦ καμάτου θεραπεῦσαι. καὶ δὴ εὐωχουμένων αὐτῶν ἐστέναξεν ὁ Ἱππόθοος, καὶ ἐπεδάκρυσεν; ὁ δὲ Ἀβροκόμης ἤρετο αὐτὸν τίς ἡ αἰτία τῶν δακρύων; καὶ ὅς, μεγάλα, ἔφη, τἀμὰ διηγήματα, καὶ πολλὴν ἔχοντα τραγῳδίαν. ἐδέετο Ἀβροκόμης εἰπεῖν, ὑπισχνούμενος καὶ τὰ καθ' αὐτὸν διηγήσασθαι. ὁ δὲ ἀναλαβὼν ἄνωθεν (μόνοι δὲ ἐτύγχανον ὄντες,) ἐξηγεῖται τὰ κατ' αὐτόν.

β'. Ἐγὼ, ἔφη, εἰμὶ τὸ γένος πόλεως Περίνθου (πλησίον δὲ τῆς Θρᾴκης ἡ πόλις) τῶν τὰ πρῶτα ἐκεῖ δυναμένων. ἀκούεις δὲ καὶ τὴν Πέρινθον ὡς ἔνδοξος, καὶ τοὺς ἄνδρας ὡς εὐδαίμονες ἐνταῦθα. ἐκεῖ νέος ὢν, ἠράσθην μειρακίου καλοῦ: ἦν δὲ τὸ μειράκιον τῶν ἐπιχωρίων, ὄνομα Ὑπεράνθης ἦν αὐτῷ. ἠράσθην δὲ τὰ πρῶτα ἐν γυμνασίοις διαπαλαίοντα ἰδὼν, καὶ οὐκ ἐκαρτέρησα. ἑορτῆς ἀγομένης ἐπιχωρίου καὶ παννυχίδος, ἐπ' αὐτῆς πρόσειμι τῷ Ὑπεράνθῃ, καὶ ἱκετεύω κατοικτεῖραι. ἀκοῦσαν δὲ τὸ μειράκιον,

κινδυνεύοντας καὶ παραβαλλομένους μὴ ἀπολαύειν μετὰ ἀδείας ὧν ἐκτησάμεθα μετὰ πόνων: δυνησόμεθα δὲ αὐτοὺς, ἔλεγεν, ἐξαιρέτους παρ' Ἀψύρτου λαβεῖν δωρεάν. ταῦτα εἰπὼν, ῥᾳδίως ἔπεισεν αὐτὸν ἐρῶντα, καὶ δὴ συντίθενται κατὰ ταὐτὰ τοὺς ὑπὲρ ἀλλήλων ποιήσασθαι πόνους, καὶ πείθειν οὗτος μὲν Ἁβροκόμην, Κόρυμβος δὲ Ἀνθίαν.

ιϛ'. Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ἔκειντο ἄθυμοι, πολλὰ προσδοκῶντες, ἀλλήλοις διαλεγόμενοι, συνεχὲς ὀμνύοντες τηρήσειν τὰ συγκείμενα. ἔρχονται δὲ πρὸς αὐτοὺς ὁ Κόρυμβος καὶ ὁ Εὔξεινος, καὶ φράσαντες ἰδίᾳ τι θέλειν εἰπεῖν, ἀπάγουσι καθ' αὑτοὺς ὁ μὲν τὴν Ἀνθίαν, ὁ δὲ τὸν Ἁβροκόμην: τοῖς δὲ ἄι τε ψυχαὶ ἐκραδαίνοντο, καὶ οὐδὲν ὑγιὲς ὑπενόουν. λέγει οὖν ὁ Εὔξεινος πρὸς τὸν Ἁβροκόμην ὑπὲρ Κορύμβου: μειράκιον, εἰκὸς μὲν ἐπὶ τῇ συμφορᾷ φέρειν χαλεπῶς, οἰκέτην μὲν ἐξ ἐλευθέρου γενόμενον, πένητα δὲ ἀντ' εὐδαίμονος; δεῖ δὲ σε τῇ τύχῃ πάντα λογίσασθαι, καὶ στέργειν τὸν κατέχοντα δαίμονα, καὶ τοὺς γενομένους δεσπότας ἀγαπᾷν. ἴσθι γὰρ, ὡς ἔνεστί σοι καὶ εὐδαιμοσύνην καὶ ἐλευθερίαν ἀπολαβεῖν, εἰ θελήσεις πείθεσθαι τῷ δεσπότῃ Κορύμβῳ: ἐρᾷ γάρ σου σφοδρὸν ἔρωτα, καὶ πάντων ἕτοιμός ἐστι δεσπότην ποιεῖν τῶν ἑαυτοῦ. πείσῃ δὲ χαλεπὸν μὲν οὐδὲν, εὐνούστερον δὲ σεαυτῷ τὸν δεσπότην ἐργάσῃ. ἐννόησον δὲ ἐν οἷς ὑπάρχεις: βοηθὸς μὲν οὐδεὶς, γῆ δὲ αὕτη ξένη, καὶ δεσπόται λῃσταὶ, καὶ οὐδεμία τιμωρίας ἀποφυγὴ ὑπερηφανήσαντι Κόρυμβον. τί δὲ σοι γυναικὸς δεῖ νῦν καὶ πραγμάτων? τί δὲ ἐρωμένης, τηλικῷδε ὄντι? πάντα ἀπόῤῥιψον: πρὸς μόνον δεῖ σε τὸν δεσπότην βλέπειν, τούτῳ κελεύσαντι ὑπακούειν. ἀκούσας ὁ Ἁβροκόμης, εὐθὺς μὲν ἀχανὴς ἦν, καὶ οὔτε τί ἀποκρίνεσθαι ηὕρισκεν, ἐδάκρυσε δὲ καὶ ἀνέστενε πρὸς αὑτὸν ἀφορῶν εἰς οἷα ἄρα ἐλήλυθε, καὶ δὴ λέγει πρὸς τὸν Εὔξεινον: ἐπίτρεψον, δέσποτα, βουλεύσασθαι βραχὺ, καὶ πρὸς πάντα ἀποκρινοῦμαί σοι τὰ ῥηθέντα. καὶ ὁ μὲν Εὔξεινος ἀνεχώρει. ὁ δὲ Κόρυμβος τῇ Ἀνθίᾳ διείλεκτο τὸν ἔρωτα τοῦ Εὐξείνου, καὶ τὴν παροῦσαν ἀνάγκην, καὶ ὅτι δεῖ πάντως αὐτὴν πείθεσθαι τοῖς δεσπόταις; ὑπέσχετο δὲ πολλὰ, καὶ γάμον νόμιμον, καὶ χρήματα πεισθείσῃ, καὶ περιουσίαν. ἡ δὲ αὐτῷ τὰ ὅμοια ἀπεκρίνατο, αἰτησαμένη βραχὺν βουλεύσασθαι χρόνον. καὶ ὁ μὲν Εὔξεινος καὶ ὁ Κόρυμβος μετ' ἀλλήλων ἦσαν περιμένοντες ὅ τι ἀκούσονται, ἤλπιζον δὲ αὐτοὺς ῥᾳδίως πείσειν.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ ΕΦΕΣΙΟΥ

ΤΩΝ ΚΑΤΑ

ΑΝΘΙΑΝ ΚΑΙ ΑΒΡΟΚΟΜΗΝ

ΕΦΕΣΙΑΚΩΝ ΛΟΓΟΣ Β.

α΄. Ὁ δὲ Ἁβροκόμης καὶ ἡ Ἀνθία ἧκον εἰς τὸ δωμάτιον ἔνθα συνήθως διῃτῶντο, καὶ πρὸς ἀλλήλους εἰπόντες ἅπερ ἠκηκόεσαν, καταβαλόντες ἑαυτοὺς, ἔκλαιον, ὠδύροντο, ὦ πάτερ! ἔλεγον, ὦ μῆτερ! ὦ πατρὶς φιλτάτη! καὶ οἰκεῖοι καὶ συγγενεῖς! τελευταῖον δὲ ἀνενεγκὼν ὁ Ἁβροκόμης, ὦ κακοδαίμονες, ἔφησεν, ἡμεῖς! τί ἄρα πεισόμεθα ἐν γῇ βαρβάρων πειρατῶν, ὕβρει παραδοθέντες πειρατῶν? ἄρχεται τὰ μεμαντευμένα, τιμωρίαν ἤδη με ὁ θεὸς τῆς ὑπερηφανίας εἰσπράττει. ἐρᾷ Κόρυμβος ἐμοῦ, σοῦ δὲ Εὔξεινος. ὢ τῆς ἀκαίρου πρὸς ἑκατέρους εὐμορφίας! εἰς τοῦτο ἄρα μέχρι νῦν σώφρων ἐτηρήθην, ἵνα ἐμαυτὸν ὑποθῶ λῃστῇ ἐρῶντι τὴν αἰσχρὰν ἐπιθυμίαν? καὶ τίς ἐμοὶ βίος περιλείπεται, (πόρνῃ μὲν ἀντὶ ἀνδρὸς γενομένῳ, ἀποστερηθέντι δὲ τῆς Ἀνθίας τῆς ἐμῆς? ἀλλ᾽ οὐ μὰ τὴν μέχρις ἄρτι σωφροσύνην ἐκ παιδός μοι σύντροφον, οὐκ ἂν ἐμαυτὸν ὑποθείην Κορύμβῳ: τεθνήξομαι δὲ πρότερον, καὶ φανοῦμαι νεκρὸς σώφρων. ταῦτα ἔλεγε, καὶ ἐπεδάκρυεν. ἡ δὲ Ἀνθία, φεῦ τῶν κακῶν! εἶπεν, ταχέως δὴ τῶν ὅρκων ἀναγκαζόμεθα, ταχέως τῆς δουλείας πειρώμεθα. ἐρᾷ τίς ἐμοῦ, καὶ πείσειν ἤλπιζεν εἰς εὐνὴν ἐλεύσεσθαι τὴν ἐμὴν μετὰ Ἁβροκόμην, καὶ συγκατακλιθήσεσθαι, καὶ ἀπολαύσειν ἐπιθυμίας; ἀλλὰ μὴ οὕτως ἐγὼ φιλόζωος γενοίμην, μήθ᾽ ὑπομείναιμι ὑβρισθεῖσα ἰδεῖν τὸν ἥλιον. Δεδόχθω ταῦτα, ἀποθνήσκωμεν Ἁβροκόμη: ἕξομεν ἀλλήλους μετὰ θάνατον, ὑπ᾽ οὐδενὸς ἐνοχλούμενοι.

β΄. Καὶ τοῖς μὲν ταῦτα ἐδέδοκτο. ἐν δὲ τούτοις Ἄψυρτος, ὁ προεστὼς τοῦ λῃστηρίου, ἡγούμενος ὅτι τε ἥκουσιν οἱ περὶ τὸν Κόρυμβον, καὶ ὅτι πολλὰ εἶεν καὶ θαυμάσια κομίζον-

δ'. Ταῦτα εἰπὼν ἔρχεται πρὸς Ἀβροκόμην. τῷ δὲ ἄρα οὐδὲν ἔργον ἦν ἢ φιλεῖν Ἀνθίαν, καὶ ὑπ' ἐκείνης φιλεῖσθαι, καὶ λαλεῖν ἐκείνῃ, καὶ ἀκούειν λαλούσης. ἐλθὼν δὲ παρ' αὐτοὺς, τί ποιοῦμεν [ἔφη] σύντροφοι? τί δὲ βουλευόμεθα οἰκέται? δοκεῖς τινὶ τῶν δεσποτῶν Ἀβροκόμη καλός. ἡ θυγατὴρ ἡ Ἀψύρτου πονήρως ἐπὶ σοι διάκειται, καὶ ἀντειπεῖν ἐρώσῃ βαρβάρῳ παρθένῳ χαλεπόν. σὺ οὖν, ὅπως σοι δοκεῖ βουλευσάμενος, σῶσον ἡμᾶς ἅπαντας, καὶ μὴ περιΐδῃς ὀργῇ δεσποτῶν ὑποπεσόντας. ἀκούσας ὁ Ἀβροκόμης εὐθὺς μὲν ὀργῆς ἐνεπλήσθη, ἀναβλέψας δὲ ἀτενὲς εἰς τὸν Λεύκωνα, ὦ πονηρὲ, ἔφη, καὶ Φοινίκων τῶν ἐνταῦθα βαρβαρώτερε, ἐτόλμησας εἰπεῖν πρὸς Ἀβροκόμην τοιαῦτα ῥήματα, καὶ παρούσης Ἀνθίας ἄλλην παρθένον μοι διηγῇ? δοῦλος μέν εἰμι, ἀλλὰ συνθήκας οἶδα τηρεῖν. ἔχουσιν ἐξουσίαν μου τοῦ σώματος, τὴν ψυχὴν δὲ ἐλευθέραν ἔχω. ἀπειλείτω νῦν, εἰ θέλει, Μαντὼ, ξίφη, καὶ βρόχους, καὶ πῦρ, καὶ πάντα ὅσα δύναται σῶμα ἐνεγκεῖν οἰκέτου, οὐ γὰρ ἄν ποτε πεισθείην ἑκὼν Ἀνθίαν ἀδικῆσαι. ὁ μὲν ταῦτα ἔλεγεν, ἡ δὲ Ἀνθία ὑπὸ συμφορᾶς ἔκειτο ἀχανὴς, οὐδὲ προσφθέγξασθαί τι δυναμένη, ὀψὲ δὲ καὶ μόλις αὐτὴν ἐγείρασα, ἔχω μὲν, φησὶν, Ἀβροκόμη, τὴν εὔνοιαν τὴν σὴν, καὶ στέργεσθαι διαφερόντως ὑπό σου πεπίστευκα, ἀλλὰ δέομαί σου, τῆς ψυχῆς καὶ τῆς ἐμῆς δέσποτα, μὴ προδῷς ἑαυτὸν, μηδὲ εἰς ὀργὴν ἐμβάλῃς βαρβαρικήν: συγκατάθου δὲ τῇ τῆς δεσποίνης ἐπιθυμίᾳ, κἀγὼ ὑμῖν ἄπειμι ἐκποδὼν, ἐμαυτὴν ἀποκτείνασα. τοσοῦτόν σου δεήσομαι, θάψον αὐτὸς, καὶ φίλησον πεσοῦσαν, καὶ μέμνησο Ἀνθίας. ταῦτα πάντα εἰς μείζονα συμφορὰν τὸν Ἀβροκόμην ἦγε, καὶ ἠπόρει ὅστις γένηται.

ε. Καὶ οἱ μὲν ἐν τούτοις ἦσαν; ἡ δὲ Μαντὼ, χρονιζούσης τῆς Ῥόδης, οὐκέτι καρτεροῦσα, γράφει γραμμάτιον πρὸς τὸν Ἀβροκόμην, ἦν δὲ τὰ ἐγγεγραμμένα τοιάδε: „Ἀβροκόμῃ τῷ καλῷ δέσποινα ἡ σὴ χαίρειν. Μαντὼ ἐρᾷ σου, μηκέτι φέρειν δυναμένη, (ἀπρεπὲς μὲν ἴσως παρθένῳ, ἀναγκαῖον δὲ φιλούσῃ) δέομαι μή με περιΐδῃς, μηδὲ ὑβρίσῃς τὴν τὰ σὰ ᾑρημένην; ἐὰν γὰρ πεισθῇς, πατέρα τὸν ἐμὸν Ἄψυρτον ἐγὼ πείσω σοί με συνοικίσαι, καὶ τὴν νῦν σοι γυναῖκα ἀποσκευασόμεθα. πλουτήσεις δὲ, καὶ μακάριος ἔσῃ: ἐὰν δὲ ἀντείπῃς, ἐννόει οἷα μὲν πείσῃ (τῆς ὑβρισμένης ἑαυτὴν ἐκδικούσης,) οἷα δὲ οἱ μετά σου κοινωνοὶ, τῆς σῆς ὑπερηφανίας σύμβουλοι γενόμενοι." τοῦτο τὸ γράμμα λαβοῦσα, κατασημηναμένη, δίδωσι θεραπαίνῃ τινὶ ἑαυτῆς βαρβάρῳ, εἰποῦσα Ἀβροκόμῃ κομίζειν. ὁ δὲ ἔλαβε καὶ ἀνέγνω καὶ πᾶσι μὲν ἤχθετο τοῖς ἐγγεγραμμένοις, μάλιστα δὲ αὐτὸν ἐλύπει τὰ περὶ τῆς Ἀνθίας. κἀκείνην μὲν τὴν πινακίδα κατέχει, ἄλλην δὲ ἐγγράφει, καὶ δίδωσι τῇ θεραπαίνῃ. ἦν δὲ τὰ ἐγγεγραμμένα: „Δέσποινα, ὅ τι βούλει ποίει, καὶ χρῶ σώματι ὡς οἰκέτου: καὶ εἴτε ἀποκτείνειν θέλεις, ἕτοιμος, εἴτε βασανίζειν, ὅπως ἐθέλεις, βασάνιζε: εἰς εὐνὴν δὲ τὴν σὴν οὐκ ἂν ἔλθοιμι, οὔτε ἂν τοιαῦτα πεισθείην κελευούσῃ." λαβοῦσα ταῦτα τὰ γράμματα ἡ Μαντὼ, ἐν ὀργῇ ἀκα-

τασχέτῳ γίνεται, καὶ ἀναμίξαντα πάντα, φθόνον καὶ ζηλοτυπίαν, λύπην, φόβον, ἐνενόει ὅπως τιμωρήσαιτο τὸν ὑπερηφανοῦντα. καὶ δὴ καὶ ἐν τούτῳ ἔρχεται μὲν ἀπὸ Συρίας Ἄψυρτος ἄγων τινὰ τῇ θυγατρὶ νυμφίον ἐκεῖθεν, Μοῖριν ὄνομα. ὡς δὲ ἀφίκετο, εὐθὺς ἡ Μαντὼ τὴν κατὰ Ἁβροκόμου τέχνην συνετάττετο, καὶ σπαράξασα τὰς κόμας, καὶ περιῤῥηξαμένη τὴν ἐσθῆτα, ὑπαντήσασα τῷ πατρὶ καὶ προσπεσοῦσα πρὸς τὰ γόνατα, οἴκτειρον, ἔφη, πάτερ, θυγατέρα τὴν σὴν ὑβρισμένην ὑπὸ οἰκέτου. ὁ γὰρ σώφρων Ἁβροκόμης ἐπείρασε μὲν παρθενίαν τὴν ἐμὴν ἀφανίσαι, ἐπεβούλευσε δὲ καὶ σοὶ λέγων ἐρᾶν μου. σὺ οὖν ὑπὲρ τηλικούτων τετολμημένων εἴσπραξαι παρ᾽ αὐτοῦ τιμωρίαν τὴν ἀξίαν; ἤ, εἰ δίδως ἔκδοτον θυγατέρα τὴν σὴν τοῖς οἰκέταις, ἐμαυτὴν φθάσασα ἀποκτενῶ.

ς΄. Ἀκούσας ὁ Ἄψυρτος, καὶ δόξας ἀληθῆ λέγειν αὐτὴν, ἠρεύνησε τὸ πραχθὲν οὐκέτι. μεταπεμψάμενος δὲ τὸν Ἁβροκόμην, ὦ τολμηρὰ καὶ μιαρὰ, εἶπεν, κεφαλή! ἐτόλμησας εἰς δεσπότας τοὺς σοὺς ὑβρίσαι, καὶ διαφθεῖραι παρθένον ἠθέλησας, οἰκέτης ὤν! ἀλλ᾽ οὔ τι χαιρήσεις, ἐγὼ γάρ σε τιμωρήσομαι, καὶ τοῖς ἄλλοις οἰκέταις τὴν σὴν αἰκίαν ποιήσομαι παράδειγμα. εἰπὼν, οὐκέτι ἀνασχόμενος οὐδὲ λόγου ἀκοῦσαι, ἐκέλευσε περιῤῥῆξαι τὴν ἐσθῆτα αὐτοῦ τοῖς οἰκέταις, καὶ φέρειν πῦρ καὶ μάστιγας, καὶ παίειν τὸ μειράκιον. ἦν δὲ τὸ θέαμα ἐλεεινόν: αἵ τε γὰρ βάσανοι τὸ σῶμα πᾶν ἠφάνιζον, βασάνων ἄηθες ὂν οἰκετικῶν; τό τε αἷμα κατέῤῥει πᾶν, καὶ τὸ κάλλος ἐμαραίνετο. προσῆγεν αὐτῷ καὶ δεσμὰ φοβερὰ καὶ πῦρ, καὶ μάλιστα ἐχρῆτο ταῖς βασάνοις κατ᾽ αὐτοῦ, τῷ νυμφίῳ τῆς θυγατρὸς ἐνδεικνύμενος, ὅτι σώφρονα παρθένον ἕξεται. ἐν τούτῳ ἡ Ἀνθία προσπίπτει τοῖς γόνασι τοῦ Ἀψύρτου, καὶ ἐδεῖτο ὑπὲρ Ἁβροκόμου: ὁ δὲ, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον, ἔφη, διὰ σὲ κολασθήσεται, ὅτι καὶ σὲ ἠδίκησε, γυναῖκα ἔχων, ἄλλης ἐρῶν. καὶ τότε ἐκέλευσε δήσαντας αὐτὸν ἐγκαθεῖρξαί τινι οἰκήματι σκοτεινῷ.

ζ. Καὶ ὁ μὲν ἐδέδετο, καὶ ἦν ἐν εἱρκτῇ, (δεινὴ δὲ αὐτὸν ἀθυμία καταλαμβάνει, καὶ μάλιστα ἐπεὶ Ἀνθίαν οὐχ ἑώρα; ἐζήτει δὲ θανάτου τρόπους πολλοὺς, ἀλλ᾽ ηὕρισκεν οὐδένα, πολλῶν τῶν φρουρούντων ὄντων,) ὁ δὲ Ἄψυρτος ἐποίει τῆς θυγατρὸς τοὺς γάμους, καὶ ἑώρταζον πολλαῖς ἡμέραις. Ἀνθία δὲ πάντα πένθος ἦν, καὶ εἴ ποτε δυνηθείη πεῖσαι τοὺς ἐπὶ τοῦ δεσμωτηρίου, εἰσῄει πρὸς Ἁβροκόμην λανθάνουσα, καὶ κατωδύρετο τὴν συμφοράν. ὡς δὲ ἤδη παρεσκευάζοντο εἰς Συρίαν ἀπιέναι, προέπεμψεν ὁ Ἄψυρτος τὴν θυγατέρα μετὰ δώρων πολλῶν, ἐσθῆτάς τε τὰς Βαβυλωνίους, καὶ χρυσὸν ἄφθονον καὶ ἄργυρον ἐδίδου; ἐδωρήσατο δὲ τῇ θυγατρὶ Μαντοῖ τὴν Ἀνθίαν καὶ τὴν Ῥόδην καὶ τὸν Λεύκωνα. ὡς οὖν ταῦτα ἔγνω ἡ Ἀνθία, καὶ ὅτι εἰς Συρίαν ἀναχθήσεται μετὰ Μαντοῦς, δυνηθεῖσα εἰσελθεῖν εἰς τὸ δεσμωτήριον, περιπλεξαμένη τῷ Ἁβροκόμῃ, δέσποτα, εἶπεν, εἰς Συρίαν ἄγομαι, δῶρον δοθεῖσα τῇ Μαντοῖ, καὶ εἰς χεῖ-

χεῖρας τῆς ζηλοτυπούσης ἄγομαι; σὺ δὲ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ μείνας, οἰκτρῶς ἀποθνήσκεις, οὐκ ἔχων οὐδὲ ὅστις σοῦ τὸ σῶμα κοσμήσει: ἀλλ' ὀμνύω σοι τὸν ἀμφοτέρων δαίμονα, ὡς ἐγὼ μενῶ σὴ, καὶ ζῶσα, κἂν ἀποθανεῖν δεήσῃ. ταῦτα λέγουσα ἐφίλει τε αὐτὸν καὶ περιέβαλλε, καὶ τὰ δεσμὰ ἠσπάζετο, καὶ τῶν ποδῶν προυκυλίετο.

η'. Τέλος δὲ ἡ μὲν ἐξῄει τοῦ δεσμωτηρίου, ὁ δὲ, ὡς εἶχεν, ἑαυτὸν ἐπὶ γῆς ῥίψας, ἔστενεν, ἔκλαιεν, ὦ πάτερ, λέγων, φίλτατε, ὦ μῆτερ Θεμιστώ! ποῦ δὲ ἡ ἐν Ἐφέσῳ δοκοῦσά ποτε εὐδαιμονία? ποῦ δὲ οἱ λαμπροὶ καὶ οἱ περίβλεπτοι, Ἀνθία καὶ Ἁβροκόμης, οἱ καλοί? ἡ μὲν οἴχεται πόῤῥω που τῆς γῆς αἰχμάλωτος, ἐγὼ δὲ καὶ τὸ μόνον ἀφῄρημαι παραμύθιον, καὶ τεθνήξομαι δυστυχὴς ἐν δεσμωτηρίῳ μόνος. ταῦτα λέγοντα αὐτὸν ὕπνος καταλαμβάνει, καὶ αὐτῷ ὄναρ ἐφίσταται. ἔδοξεν ἰδεῖν αὑτοῦ τὸν πατέρα Λυκομήδη ἐν ἐσθῆτι μελαίνῃ πλανώμενον κατὰ πᾶσαν γῆν καὶ θάλατταν, ἐπιστάντα δὲ τῷ δεσμωτηρίῳ, λῦσαί τε αὐτὸν, καὶ ἀφιέναι ἐκ τοῦ οἰκήματος; αὐτὸν δὲ ἵππον γενόμενον, ἐπὶ πολλὴν φέρεσθαι γῆν διώκοντα ἵππον ἄλλην θήλειαν, καὶ τέλος εὑρεῖν τὴν ἵππον, καὶ ἄνθρωπον γενέσθαι. ταῦτα ὡς ἔδοξεν ἰδεῖν, ἀνέθορέ τε, καὶ μικρὰ εὔελπις ἦν.

θ'. Ὁ μὲν οὖν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ κατέκλειστο, ἡ δὲ Ἀνθία εἰς Συρίαν ἤγετο, καὶ ὁ Λεύκων καὶ ἡ Ῥόδη. ὡς δὲ ἧκον οἱ περὶ τὴν Μαντὼ εἰς Ἀντιόχειαν, ἐκεῖθεν γὰρ ἦν Μοῖρις, ἐμνησικάκει μὲν καὶ τὴν Ῥόδην, ἐμίσει δὲ καὶ τὴν Ἀνθίαν. καὶ δὴ τὴν μὲν Ῥόδην εὐθὺς μετὰ τοῦ Λεύκωνος κελεύει ἐμβιβάσαντάς τινας πλοίῳ ποῤῥωτάτω τῆς Συρίας ἀποδόσθαι γῆς; τὴν δὲ Ἀνθίαν οἰκέτῃ συνουσιάζειν ἐνενόει, καὶ ταῦτα τῶν ἀτιμοτάτων αἰπόλῳ τινὶ ἀγροίκῳ, ἡγουμένη διὰ τούτου τιμωρήσασθαι αὐτήν. μεταπέμπεται δὲ τὸν αἰπόλον Λάμπωνα τοὔνομα, καὶ παραδίδωσι τὴν Ἀνθίαν, καὶ κελεύει γυναῖκα ἔχειν, καὶ ἐὰν ἀπειθῇ, προσέταττε βιάζεσθαι. καὶ ἡ μὲν ἤγετο ἐπ' ἀγρὸν συνεσομένη τῷ αἰπόλῳ; γενομένη δὲ ἐν τῷ χωρίῳ, ἔνθα ὁ Λάμπων ἔνεμε τὰς αἶγας, προσπίπτει τοῖς γόνασιν αὐτοῦ, καὶ ἱκετεύει κατοικτεῖραι, καὶ τηρῆσαι: διηγεῖται δὲ ἥτις ἦν, τὴν προτέραν εὐγένειαν, τὸν ἄνδρα, τὴν αἰχμαλωσίαν. ἀκούσας δὲ ὁ Λάμπων οἰκτείρει τὴν κόρην, καὶ ὄμνυσιν ἦ μὴν φυλάξειν ἀμόλυντον, καὶ θαῤῥεῖν παρεκελεύετο.

ι'. Καὶ ἡ μὲν παρὰ τῷ αἰπόλῳ ἦν ἐν τῷ χωρίῳ, πάντα χρόνον Ἁβροκόμην θρηνοῦσα, ὁ δὲ Ἄψυρτος ἐρευνώμενος τὸ οἰκημάτιον, ἔνθα ὁ Ἁβροκόμης πρὸ τῆς κολάσεως διῆγεν, ἐπιτυγχάνει τῷ γραμματιδίῳ τῷ Μαντοῦς πρὸς Ἁβροκόμην, καὶ γνωρίζει τὰ γράμματα, καὶ ὅτι ἀδίκως Ἁβροκόμην τιμωρεῖται ἔμαθεν. εὐθὺς οὖν λῦσαί τε αὐτὸν προσέταξε, καὶ ἀγαγεῖν εἰς ὄψεις. πονηρὰ δὲ καὶ ἐλεεινὰ πεπονθὼς, προσπίπτει τοῖς γόνασι τοῖς Ἀψύρτου; ὁ δὲ αὐτὸν ἀνίστησι, καὶ, θάρσει, ἔφη, ὦ μειράκιον, ἀδίκως σοῦ κατέγνων, πεισθεὶς θυγατρὸς λόγοις: ἀλλὰ νῦν μὲν σε ἐλεύθερον ἀντὶ δούλου ποιήσω, δίδωμι δὲ σοι τῆς οἰκίας ἄρχειν τῆς ἐμῆς, καὶ γυναῖκα ἄξομαι τῶν πολιτῶν τινὸς θυ-

γατέρα; σὺ δὲ μὴ μνησικακήσῃς τῶν γεγενημένων, ὄυ γὰρ ἑκὼν σε ἠδίκησα. ταῦτα ἔλεγεν ὁ Ἄψυρτος. ὁ δὲ Ἀβροκόμης, ἀλλὰ χάρις, ἔφη, σοὶ δέσποτα, ὅτι καὶ τὸ ἀληθὲς ἔμαθες, καὶ τῆς σωφροσύνης ἀμείβῃ με. ἔχαιρον δὲ πάντες ὁι κατὰ τὴν οἰκίαν ὑπὲρ Ἀβροκόμου, καὶ χάριν ᾔδεσαν ὑπὲρ αὐτοῦ τῷ δεσπότῃ. αὐτὸς δὲ ἐν μεγάλῃ συμφορᾷ κατὰ Ἀνθίαν ἦν, ἐνενόει δὲ πρὸς ἑαυτὸν πολλάκις: τί δὲ ἐλευθερίας ἐμοί? τί δὲ πλούτων, καὶ ἐπιμελείας τῶν Ἀψύρτου χρημάτων? ὄυ τοιοῦτον ἐιναι με δεῖ. ἐκείνην καὶ ζῶσαν καὶ τεθνεῶσαν ἔυροιμι. ὁ μὲν ὄυν ἐν τούτοις ἦν, διοικῶν μὲν τὰ Ἀψύρτου, ἐννοῶν δὲ ὁπότε καὶ ποῦ τὴν Ἀνθίαν ἐυρήσει, ὁ δὲ Λεύκων καὶ ἡ Ῥόδη ἤχθησαν ἐις τὴν Λυκίαν, ἐις πόλιν Ξάνθον, (ἀνώτερον δὲ θαλάσσης ἡ πόλις,) κἀνταῦθα ἐπράθησαν πρεσβύτῃ τινί, ὃς αὐτοὺς ἐιχε μετὰ πάσης ἐπιμελείας, παῖδας αὐτοῦ νομίζων, καὶ γὰρ ἄτεκνος ἦν. διῆγον δὲ ἐν ἀφθόνοις μὲν πᾶσιν, ἐλύπουν δὲ αὐτοὺς Ἀνθία καὶ Ἀβροκόμης ὀυχ ὁρώμενοι.

ιά. Ἡ δὲ Ἀνθία ἦν μὲν τινα χρόνον παρὰ τῷ αἰπόλῳ, συνεχὲς δὲ ὁ Μοῖρις, ὁ ἀνὴρ τῆς Μαντοῦς, ἐις τὸ χωρίον ἐρχόμενος ἐρᾷ τῆς Ἀνθίας σφοδρὸν ἔρωτα, καὶ τὰ μὲν πρῶτα ἐπειρᾶτο λανθάνειν, τελευταῖον δὲ λέγει τῷ αἰπόλῳ τὸν ἔρωτα, καὶ πολλὰ ὑπισχνεῖτο συγκρύψαντι. ὁ δὲ τῷ μὲν Μοίριδι συντίθεται δεδοικὼς, δὲ τὴν Μαντὼ, ἔρχεται πρὸς αὐτὴν, καὶ λέγει τὸν ἔρωτα τοῦ Μοίριδος. ἡ δὲ ἐν ὀργῇ γενομένη, πασῶν, ἔφη, δυστυχεστάτη γυναικῶν ἐγώ! τὴν ζήλην περιάξομαι, δι' ἣν τὰ μὲν πρῶτα ἐν Φοινίκῃ ἀφῃρέθην ἐρωμένου, νυνὶ δὲ κινδυνεύω τοῦ ἀνδρὸς. ἀλλ' ὄυ χαίρουσά γε Ἀνθία φανεῖται καλὴ καὶ Μοίριδι, ἐγὼ γὰρ αὐτὴν, καὶ ὑπὲρ τῶν ἐν Τύρῳ, πράξομαι δίκας. τότε μὲν ὄυν τὴν ἡσυχίαν ἦγαγεν, ἀποδημήσαντος δὲ τοῦ Μοίριδος, μεταπέμπεται τὸν αἰπόλον, καὶ κελεύει λαβόντα τὴν Ἀνθίαν, ἐις τὸ δασύτατον ἀγαγόντα τῆς ὕλης, ἀποκτεῖναι, καὶ τούτου μισθὸν αὐτῷ δώσειν ὑπέσχετο. ὁ δὲ ὀικτείρει μὲν τὴν κόρην, δεδοικὼς δὲ τὴν Μαντὼ, ἔρχεται παρὰ τὴν Ἀνθίαν, καὶ λέγει τὰ κατ' αὐτῆς δεδογμένα. ἡ δὲ ἀνεκώκυσέ τε καὶ ἀνωδύρετο, φεῦ, λέγουσα, τοῦτο τὸ κάλλος ἐπίβουλον ἀμφοτέροις πανταχοῦ! διὰ τὴν ἄκαιρον ἐυμορφίαν Ἀβροκόμης μὲν ἐν Τύρῳ τέθνηκεν, ἐγὼ δὲ ἐνταῦθα. ἀλλὰ δέομαί σου, Λάμπων αἰπόλε, ὃς μέχρι νῦν ἐυσέβησας, ἂν ἀποκτείνῃς, κἂν ὀλίγον θάψον με τῇ παρακειμένῃ γῇ, καὶ ὀφθαλμοῖς τοῖς ἐμοῖς χεῖρας ἐπίβαλε τὰς σὰς, καὶ θάπτων συνεχὲς Ἀβροκόμην κάλει: ἄυτη γένοιτ' ἂν ἐυδαίμων ἐμοὶ μετὰ Ἀβροκόμου ταφή. ἔλεγε ταῦτα, ὁ δὲ αἰπόλος ἐις ὄικτον ἔρχεται, ἐννοῶν ὡς ἀνόσιον ἔργον ἐργάζεται, κόρην ὀυδὲν ἀδικοῦσαν ἀποκτείνας ὄυτω καλήν. λαβὼν δὲ τὴν κόρην ὁ αἰπόλος, φονεῦσαι μὲν ὀυκ ἠνέσχετο, φράζει δὲ πρὸς αὐτὴν τάδε: Ἀνθία ὄιδας ὅτι ἡ δέσποινα Μαντὼ ἐκέλευσέ μοι λαβεῖν καὶ φονεῦσαι σε; ἐγὼ δὲ θεοὺς δεδιὼς, καὶ τὸ κάλλος ὀικτείρας, βούλομαι σε μᾶλλον πωλῆσαι πόῤῥω που τῆς γῆς ταύτης, μὴ μαθοῦσα ἡ Μαντὼ, ὅτι ὀυ τέθνηκας, ἐμὲ μᾶλλον κακῶς διαθήσει.

ἡ δὲ

ἡ δὲ μετὰ δακρύων λαβομένη τῶν ποδῶν αὐτοῦ ἔφη, θεοὶ, καὶ Ἄρτεμι πατρῷα, τὸν αἰπόλον ὑπὲρ τούτων τῶν ἀγαθῶν ἀμείψασθε! καὶ παρεκάλει πραθῆναι. ὁ δὲ αἰπόλος, λαβόμενος τῆς Ἀνθίας, ᾤχετο ἐπὶ τὸν λιμένα, ἑυρὼν δὲ ἐκεῖ ἐμπόρους ἄνδρας Κίλικας, ἀπέδοτο τὴν κόρην. καὶ λαβὼν τὴν ὑπὲρ αὐτῆς τιμὴν, ἧκεν ἐις τὸν ἀγρόν. ὁι δὲ ἔμποροι, λαβόντες τὴν Ἀνθίαν, ἐις τὸ πλοῖον ἦγον, καὶ νυκτὸς ἐπελθούσης ᾔεσαν τὴν ἐπὶ Κιλικίας; ἐναντίῳ δὲ πνεύματι κατεχόμενοι, καὶ τῆς νεὼς διαῤῥαγείσης, μόλις ἐν σανίδι τινὶ σωθέντες ἐπ' ἀιγιαλοῦ τινες ἦλθον, ἔιχον δὲ τὴν Ἀνθίαν. ἦν δὲ ἐν τῷ τόπῳ ἐκείνῳ ὕλη δασεῖα: τὴν ὄυν νύκτα ἐκείνην πλανώμενοι ἐν αὐτῇ τῇ ὕλῃ, ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Ἱππόθοον τὸν λῃστὴν συνελήφθησαν.

ιδ'. Ἐν δὲ τούτοις ἧκεν ἀπὸ τῆς Συρίας ὀικέτης ὑπὸ τῆς Μαντοῦς γράμματα κομίζων τῷ πατρὶ Ἀψύρτῳ τάδε: „ἔδωκας με ἀνδρὶ ἐν ξένῃ. Ἀνθίαν δὲ, ἣν μετὰ τῶν ἄλλων ὀικετῶν ἐδωρήσω μοι, πολλὰ διαπραξαμένην κακὰ, ἐις ἀγρὸν ὀικεῖν ἐκελεύσαμεν. ταύτην συνεχῶς ἐν τῷ χωρίῳ θεώμενος ὁ καλὸς Μοῖρις ἐρᾷ; μηκέτι δὲ φέρειν δυναμένη, μεταπεμψάμην τὸν αἰπόλον, καὶ τὴν κόρην πραθῆναι πάλιν ἐκέλευσα ἐν πόλει τινὶ τῆς Συρίας." ταῦτα μαθὼν ὁ Ἀβροκόμης, ὀυκέτι μένειν ἐκαρτέρει. λαθὼν ὄυν τὸν Ἄψυρτον, καὶ πάντας τοὺς κατὰ τὸν ὀικον, ἐις ἐπιζήτησιν τῆς Ἀνθίας ἔρχεται. ἐλθὼν ὄυν ἐν τῷ ἀγρῷ, ἔνθα μετὰ τοῦ αἰπόλου ἡ Ἀνθία διέτριβεν, ἄγει δὴ παρὰ τὸν Λάμπωνα τὸν αἰπόλον, ᾧ πρὸς γάμον ἐδεδώκει τὴν Ἀνθίαν ἡ Μαντὼ, ἐδεῖτο δὲ τοῦ Λάμπωνος ἐιπεῖν αὐτῷ ἔι τι ὄιδε περὶ κόρης ἐκ Τύρου. ὁ δὲ αἰπόλος καὶ τὸ ὄνομα ἔιπεν ὅτι καὶ Ἀνθία, καὶ τὸν γάμον, καὶ τὴν ἐυσέβειαν τὴν περὶ αὐτοῦ, καὶ τὸν Μοίριδος ἔρωτα, καὶ τὸ πρόσταγμα τὸ κατ' αὐτῆς. καὶ τὴν ἐις Κιλικίαν ὁδόν; ἔλεγέ τε ὡς ἀεί τινος Ἀβροκόμου μέμνηται ἡ κόρη. ὁ δὲ αὐτὸν, ὅστις ἦν, ὀυ λέγει, ἕωθεν δὲ ἀναστὰς ἤλαυνε τὴν ἐπὶ Κιλικίαν, ἐλπίζων Ἀνθίαν ἑυρήσειν ἐκεῖ.

ιε'. Ὁι δὲ περὶ τὸν Ἱππόθοον τὸν λῃστὴν ἐκείνης μὲν τῆς νυκτὸς ἔμειναν ἐυωχούμενοι, τῇ δ' ἑξῆς περὶ τὴν θυσίαν ἐγίνοντο. παρεσκευάζετο δὲ πάντα, καὶ ἀγάλματα τοῦ Ἄρεως, καὶ ξύλα, καὶ στεφανώματα: ἔδει δὲ τὴν θυσίαν γενέσθαι τρόπῳ τῷ συνήθει. τὸ μέλλον ἱερεῖον θύεσθαι, ἔιτε ἄνθρωπος, ἔιτε βόσκημα ἔιη, κρεμάσαντες ἐκ δένδρου, καὶ διαστάντες ἠκόντιζον, καὶ ὁπόσοι μὲν ἐπέτυχον, τούτων ὁ θεὸς ἐδόκει δέχεσθαι τὴν θυσίαν; ὁπόσοι δὲ ἀπέτυχον, ἄυθις ἐξιλάσκοντο. ἔδει δὲ τὴν Ἀνθίαν ὄυτως ἱερουργηθῆναι. ὡς δὲ πάντα ἕτοιμα ἦν, καὶ κρεμνᾷν τὴν κόρην ἤθελον, ψόφος τῆς ὕλης ἠκούετο, καὶ ἀνθρώπων κτύπος. ἦν δὲ ὁ τῆς ἐιρήνης τῆς ἐν Κιλικίᾳ προεστὼς, Περίλαος τοὔνομα, ἀνὴρ τὰ πρῶτα τῶν ἐν Κιλικίᾳ δυναμένων. ὄυτος ἐπέστη τοῖς λῃσταῖς ὁ Περίλαος μετὰ πλήθους πολλοῦ, καὶ πάντας τε ἀπέκτεινεν, ὀλίγους δὲ καὶ ζῶντας ἔλαβε: μόνος δὲ ὁ Ἱππόθοος ἠδυνήθη διαφυγεῖν ἀράμενος τὰ ὅπλα. ἔλαβε δὲ τὴν Ἀνθίαν Περίλαος, καὶ πυθόμενος τὴν μέλλουσαν συμφορὰν, ἠλέησεν. ἔιχε

δὲ ἄρα μεγάλης ἀρχὴν συμφορᾶς ὁ ἔλεος Ἀνθίας. ἄγει δὲ αὐτὴν καὶ τοὺς συλληφθέντας τῶν λῃστῶν εἰς Τάρσον τῆς Κιλικίας. ἡ δὲ συνήθης αὐτὸν τῆς κόρης ὄψις εἰς ἔρωτα ἤγαγε, καὶ μετὰ μικρὸν ἑαλώκει Περίλαος Ἀνθίας. ὡς δὲ ἧκον εἰς Τάρσον, τοὺς μὲν λῃστὰς εἰς τὴν εἱρκτὴν παρέδωκε, τὴν δὲ Ἀνθίαν ἐθεράπευεν. ἦν δὲ οὔτε γυνὴ τῷ Περιλάῳ, οὔτε παῖδες, καὶ περιβολὴ χρημάτων οὐκ ὀλίγη. ἔλεγεν οὖν πρὸς τὴν Ἀνθίαν, ὡς πάντα ἂν αὐτῇ γένοιτο Περιλάῳ, γυνή, καὶ δεσπότις, καὶ παῖδες. ἡ δὲ τὰ μὲν πρῶτα ἀντεῖπεν, οὐκ ἔχουσα δὲ ὅ τι ποιήσει, βιαζομένῳ καὶ πολλὰ ἐγκειμένῳ, δείσασα μὴ καί τι τολμήσῃ βιαιότερον, συγκατατίθεται μὲν τὸν γάμον, ἱκετεύει δὲ αὐτὸν ἀναμεῖναι χρόνον ὀλίγον, ὅσον, ἡμερῶν τριάκοντα, καὶ ἄχραντον τηρῆσαι, καὶ σκήπτεται, ὁ δὲ Περίλαος πείθεται, καὶ ἐπόμνυται τηρήσειν αὐτὴν γάμων ἁγνὴν εἰς ὅσον ἂν ὁ χρόνος διέλθῃ.

ιδʹ. Καὶ ἡ μὲν ἐν Τάρσῳ ἦν μετὰ Περιλάου, τὸν χρόνον ἀναμένουσα τοῦ γάμου, ὁ δὲ Ἁβροκόμης ᾔει τὴν ἐπὶ Κιλικίας ὁδὸν, καὶ οὐ πρὸ πολλοῦ τοῦ ἄντρου τοῦ λῃστρικοῦ (ἀπεπλάνητο γὰρ καὶ αὐτὸς τῆς ἐπ' εὐθὺ ὁδοῦ) συντυγχάνει τῷ Ἱπποθόῳ ὡπλισμένῳ. ὁ δὲ αὐτὸν ἰδὼν προστρέχει, καὶ φιλοφρονεῖται, καὶ δεῖται κοινωνὸν γενέσθαι τῆς ὁδοῦ: ὁρῶ γάρ σε, [ἔφη,] ὦ μειράκιον, ὅστις ποτὲ εἶ, καὶ ὀφθῆναι καλὸν, καὶ ἄλλως ἀνδρικόν; καὶ ἡ πλάνη φαίνεται πάντως ἀδικουμένη. Ἴωμεν οὖν, Κιλικίαν μὲν ἀφέντες, ἐπὶ Καππαδοκίαν καὶ τὸν ἐκεῖ Πόντον, λέγονται γὰρ οἰκεῖν ἄνδρες εὐδαίμονες. ὁ δὲ Ἁβροκόμης τὴν μὲν Ἀνθίας ζήτησιν οὐ λέγει, συγκατατίθεται δὲ ἀναγκάζοντι τῷ Ἱπποθόῳ, καὶ ὅρκους ποιοῦσι συνεργήσειν τε καὶ συλλήψεσθαι: ἤλπιζε δὲ ὁ Ἁβροκόμης ἐν τῇ πολλῇ πλάνῃ τὴν Ἀνθίαν εὑρήσειν. ἐκείνην μὲν οὖν τὴν ἡμέραν ἐπανελθόντες εἰς τὸ ἄντρον, εἴ τι αὐτοῖς ἔτι περιττὸν ἦν, αὐτοὺς καὶ τὸν ἵππον ἀνελάμβανον: ἦν γὰρ τῷ Ἱπποθόῳ ἵππος ἐν τῇ ὕλῃ κρυπτόμενος.

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ ΕΦΕΣΙΟΥ

ΤΩΝ ΚΑΤΑ

ΑΝΘΙΑΝ ΚΑΙ ΑΒΡΟΚΟΜΗΝ

ΕΦΕΣΙΑΚΩΝ ΛΟΓΟΣ Γ.

α΄. Τῇ δὲ ἑξῆς παρῄεσαν μὲν Κιλικίαν, ἐποιοῦντο δὲ τὴν ὁδὸν ἐπὶ Μάζακον, πόλιν τῆς Καππαδοκίας μεγάλην καὶ καλήν: ἐκεῖθεν γὰρ Ἱππόθοος ἐνενόει, συλλεξάμενος νεανίσκους ἀκμάζοντας, συστήσασθαι πάλιν τὸ λῃστήριον: ἰοῦσι δὲ αὐτοῖς διὰ κωμῶν μεγάλων πάντων ἦν ἀφθονία τῶν ἐπιτηδείων: καὶ γὰρ ὁ Ἱππόθοος ἐμπείρως εἶχε τῆς Καππαδοκῶν φωνῆς, καὶ αὐτῷ πάντες ὡς οἰκείῳ προσεφέροντο. διανύσαντες δὲ τὴν ὁδὸν ἡμέραις δέκα, εἰς Μάζακον ἔρχονται, κἀνταῦθα πλησίον τῶν πυλῶν εἰσῳκίσαντο, καὶ ἔγνωσαν ἑαυτοὺς ἡμερῶν τινῶν ἐκ τοῦ καμάτου θεραπεῦσαι. καὶ δὴ εὐωχουμένων αὐτῶν ἐστέναξεν ὁ Ἱππόθοος, καὶ ἐπεδάκρυσεν; ὁ δὲ Ἁβροκόμης ἤρετο αὐτὸν τίς ἡ αἰτία τῶν δακρύων; καὶ ὅς, μεγάλα, ἔφη, τἀμὰ διηγήματα, καὶ πολλὴν ἔχοντα τραγῳδίαν. ἐδέετο Ἁβροκόμης εἰπεῖν, ὑπισχνούμενος καὶ τὰ καθ' αὑτὸν διηγήσασθαι. ὁ δὲ ἀναλαβὼν ἄνωθεν (μόνοι δὲ ἐτύγχανον ὄντες,) ἐξηγεῖται τὰ κατ' αὐτόν.

β΄. Ἐγὼ, ἔφη, εἰμὶ τὸ γένος πόλεως Περίνθου (πλησίον δὲ τῆς Θρᾴκης ἡ πόλις) τῶν τὰ πρῶτα ἐκεῖ δυναμένων. ἀκούεις δὲ καὶ τὴν Πέρινθον ὡς ἔνδοξος, καὶ τοὺς ἄνδρας ὡς εὐδαίμονες ἐνταῦθα. ἐκεῖ νέος ὢν, ἠράσθην μειρακίου καλοῦ: ἦν δὲ τὸ μειράκιον τῶν ἐπιχωρίων, ὄνομα Ὑπεράνθης ἦν αὐτῷ. ἠράσθην δὲ τὰ πρῶτα ἐν γυμνασίοις διαπαλαίοντα ἰδὼν, καὶ οὐκ ἐκαρτέρησα. ἑορτῆς ἀγομένης ἐπιχωρίου καὶ παννυχίδος, ἐπ' αὐτῆς πρόσειμι τῷ Ὑπεράνθῃ, καὶ ἱκετεύω κατοικτεῖραι. ἀκοῦσαν δὲ τὸ μειράκιον, πάν-

πάντα ὑπισχνεῖται καταλιπεῖσάν με. καὶ, τὰ πρῶτά γε τοῦ ἔρωτος, ἐδωροφορεῖ φιλήματα, καὶ ψαύσματα, καὶ πολλὰ παρ' ἐμοῦ δάκρυα. τέλος δὲ ἐδυνήθημεν, καιροῦ λαβόμενοι, γενέσθαι μετ' ἀλλήλων μόνοι, καὶ τὸ τῆς ἡλικίας ἀλλήλοις ἀνύποπτον ἦν. καὶ χρόνῳ συνῆμεν πολλῷ, στέργοντες ἀλλήλους διαφερόντως, ἕως δαίμων τις ἡμῖν ἐνεμέσησε, καὶ ἔρχεταί τις ἀπὸ Βυζαντίου, (πλησίον δὲ τὸ Βυζάντιον τῇ Περίνθῳ) ἀνὴρ τῶν τὰ πρῶτα ἐκεῖ δυναμένων, ὃς ἐπὶ πλούτῳ καὶ περιουσίᾳ μέγα φρονῶν, Ἀριστόμαχος ἐκαλεῖτο. ὅυτος ἐπιβὰς ἐυθὺς τῇ Περίνθῳ, ὡς ὑπό τινος ἀπεσταλμένος κατ' ἐμοῦ θεοῦ, ὁρᾷ τὸν Ὑπεράνθην σὺν ἐμοὶ, καὶ ἐυθέως ἁλίσκεται τοῦ μειρακίου, θαυμάσας τὸ κάλλος πάντα ὁντινοῦν ἐπάγεσθαι δυνάμενον. ἐρασθεὶς δὲ, ὀυκέτι μετρίως κατεῖχε τὸν ἔρωτα, ἀλλὰ τὰ μὲν πρῶτα τῷ μειρακίῳ προσέπεμπεν; ὡς δὲ ἀδύνατον ἦν αὐτῷ, (ὁ γὰρ Ὑπεράνθης, διὰ τὴν πρὸς ἐμὲ ἔυνοιαν, ὀυδένα προσίετο.) πείθει τὸν πατέρα αὐτοῦ, πονηρὸν ἄνδρα καὶ ἐλάττονα χρημάτων. ὁ δὲ αὐτῷ δίδωσι τὸν Ὑπεράνθην προφάσει διδασκαλίας, ἔλεγε γὰρ ἔιναι λόγων τεχνίτης, παραλαβὼν δὲ αὐτὸν, τὰ μὲν πρῶτα κατάκλειστον ἔιχε, μετὰ τοῦτο δὲ ἀπῆρεν ἐις Βυζάντιον. ἐιπόμην κἀγὼ, πάντων καταφρονήσας τῶν ἐμαυτοῦ, καὶ ὅσα ἐδυνάμην συνήμην τῷ μειρακίῳ. ἐδυνάμην δὲ ὀλίγα; καί μοι φίλημα σπάνιον ἐγίνετο, καὶ λαλιὰ δυσχερὴς, ἐφρουρούμην δὲ ὑπὸ πολλῶν. τελευταῖον, ὀυκέτι καρτερῶν, ἐμαυτὸν παροξύνας, ἐπάνειμι ἐις Πέρινθον, καὶ πάντα ὅσα ἦν μοι κτήματα ἀποδόμενος, συλλέξας ἄργυρον, ἐις Βυζάντιον ἔρχομαι, καὶ λαβὼν ξιφίδιον, (συνδοκοῦν τοῦτο καὶ τῷ Ὑπεράνθῃ,) ἔισειμι νύκτωρ ἐις τὴν ὀικίαν τοῦ Ἀριστομάχου, καὶ ἐυρίσκω συγκατακείμενον τῷ παιδὶ, καὶ ὀργῆς πλησθεὶς παίω τὸν Ἀριστόμαχον καιρίαν. ἡσυχίας δὲ ὄυσης, καὶ πάντων ἀναπαυομένων, ἔξειμι. ὡς ἔιχον, λαθὼν, ἐπαγόμενος καὶ τὸν Ὑπεράνθην, καὶ δι' ὅλης νυκτὸς ὁδεύσας ἐις Πέρινθον, ἐυθὺς νεὼς ἐπιβὰς, ὀυδενὸς ἐιδότος, ἔπλεον ἐις Ἀσίαν. καὶ μέχρι μὲν τινος διήνυστο ἐυτυχῶς ὁ πλοῦς, τελευταῖον δὲ κατὰ Λέσβον ἡμῖν γενομένοις ἐμπίπτει πνεῦμα σφοδρὸν, καὶ ἀνατρέπει τὴν ναῦν. κἀγὼ μὲν τῷ Ὑπεράνθῃ συνενηχόμην ὑπιὼν αὐτῷ, καὶ κουφοτέραν τὴν νῆξιν ἐποιούμην; νυκτὸς δὲ γενομένης ὀυκέτι ἐνεγκὸν τὸ μειράκιον, παρείθη τῷ κολύμβῳ, καὶ ἀποθνήσκει. ἐγὼ δὲ τοσοῦτον ἠδυνήθην τὸ σῶμα διασῶσαι ἐπὶ τὴν γῆν καὶ θάψαι, καὶ πολλὰ δακρύσας καὶ στενάξας ἀφελὼν λείψανα, καὶ δυνηθεὶς ἐυπορῆσαί που ἑνὸς ἐπιτηδείου λίθου, στήλην ἐπέστησα τῷ τάφῳ, καὶ ἐπέγραψα ἐις μνήμην τοῦ δυστυχοῦς μειρακίου ἐπίγραμμα παρ' αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν καιρὸν πλασάμενος,

Ἱππόθοος κλεινῷ τεῦξεν τόδε σῆμ' Ὑπεράνθῃ,
Ὀυ τάφον ἐκ θανάτου ἀγαθὸν ἱεροῖο πολίτου
Ἐς βάθος ἐκ γαίης; ἄνθος κλυτὸν. ὅν ποτε δαίμων
Ἥρπασεν ἐν πελάγει μεγάλου πνεύσαντος ἀήτου.

Τουν-

Τοὐντεῦθεν δὲ ἐις μὲν Πέρινθον ἐλθεῖν ὀυ διέγνων, ἐτράπην δὲ δι' Ἀσίας ἐπὶ Φρυγίαν τὴν μεγάλην, καὶ Παμφυλίαν, κἀνταῦθα ἀπορίᾳ βίου, καὶ ἀθυμίᾳ τῆς συμφορᾶς ἐπέδωκα ἐμαυτὸν λῃστηρίῳ. καὶ τὰ μὲν πρῶτα ὑπηρέτης λῃστηρίου γενόμενος, τὸ τελευταῖον δὲ περὶ Κιλικίαν αὐτὸς συνεστησάμην λῃστήριον ἐυδοκιμῆσαν ἐπιπολὺ, ἕως ἐλήφθησαν ὀι σὺν ἐμοὶ ὀυ πρὸ πολλοῦ τοῦ σε ἰδεῖν. ἄυτη μὲν ἡ τῶν ἐμῶν διηγημάτων τύχη. σὺ δὲ, ὦ φίλτατε, ἐιπέ μοι τὰ ἑαυτοῦ, δῆλος γὰρ ἐι μεγάλῃ τινὶ ἀνάγκῃ τῇ κατὰ τὴν πλάνην χρώμενος.

γ'. Λέγει δὲ ὁ Ἀβροκόμης, ὅτι Ἐφέσιος, καὶ ὅτι ἠράσθη κόρης, καὶ ὅτι ἔγημεν αὐτὴν, καὶ τὰ μαντεύματα, καὶ τὴν ἀποδημίαν, καὶ τοὺς πειρατὰς, καὶ τὸν Ἄψυρτον, καὶ τὴν Μαντὼ, καὶ τὰ δεσμὰ, καὶ τὴν φυγὴν, καὶ τὸν αἰπόλον, καὶ τὴν μέχρι Κιλικίας ὁδόν. ἔτι λέγοντος αὐτοῦ συνανεθρήνησεν ὁ Ἱππόθοος λέγων, ὦ πατέρες ἐμοὶ! ὦ πατρὶς, ἣν ὀυ ποτε ὄψομαι! ὦ πάντων μοι Ὑπεράνθη φίλτατε! σὺ μὲν ὄυν Ἀβροκόμη, καὶ ὄψῃ τὴν ἐρωμένην, καὶ ἀπολήψῃ χρόνῳ ποτε; ἐγὼ δὲ Ὑπεράνθην ἰδεῖν ὀυκέτι δυνήσομαι. λέγων ἐδείκνυέ τε τὴν κόμην, καὶ ἐπεδάκρυεν αὐτῇ. ὡς δὲ ἱκανῶς ἐθρήνησαν ἀμφότεροι, ἀποβλέψας ἐις τὸν Ἀβροκόμην ὁ Ἱππόθοος, ἀλλὰ, ἔφη, σοὶ ὀλίγον διήγημα παρῆλθον, ὀυκ ἐιπών. πρὸ ὀλίγου τοῦ τὸ λῃστήριον ἁλῶναι, ἐπέστη τῷ ἄντρῳ κόρη καλὴ πλανωμένη, τὴν ἡλικίαν ἔχουσα τὴν αὐτήν σοι, καὶ πατρίδα ἔλεγε τὴν σήν: πλέον γὰρ ὀυδὲν ἔμαθον. ταύτην ἔδοξε τῷ Ἄρει θῦσαι, καὶ δὴ πάντα ἦν παρεσκευασμένα, καὶ ἐπέστησαν ὀι διώκοντες. κἀγὼ μὲν ἐξέφυγον, ἡ δὲ ὀυκ ὀιδα ὅ τι ἐγένετο: ἦν δὲ καλὴ πάνυ, Ἀβροκόμη; καὶ ἐσταλμένη λιτῶς, κόμη ξανθή, χαρίεντες ὀφθαλμοί. ἔτι λέγοντος αὐτοῦ ἀνεβόησεν Ἀβροκόμης: τὴν ἐμὴν Ἀνθίαν ἑώρακας Ἱππόθοε! ποῦ δὲ ἄρα καὶ πέφευγε? τίς δὲ αὐτὴν ἔχει γῆ? ἐπὶ Κιλικίαν τραπώμεθα, ἐκείνην ζητήσωμεν, ὀυκ ἔσται πόῤῥω τοῦ λῃστηρίου. καὶ πρὸς αὐτοῦ σε ψυχῆς Ὑπεράνθους. μή με ἑκὼν ἀδικήσῃς, ἀλλ' ἴωμεν ὅπου δυνησόμεθα Ἀνθίαν ἑυρεῖν. ὑπισχνεῖται ὁ Ἱππόθοος πάντα ποιήσειν, ἔλεγε δὲ ἀνθρώπους δεῖν ὀλίγους συλλέξασθαι πρὸς ἀσφάλειαν τῆς ὁδοῦ. καὶ ὀι μὲν ἐν τούτοις ἦσαν ἐννοοῦντες ὅπως ὀπίσω τὴν ἐις Κιλικίαν ἐλεύσονται, τῇ δὲ Ἀνθίᾳ ἀι τριάκοντα παρεληλύθεισαν ἡμέραι, καὶ παρεσκευάζετο τῷ Περιλάῳ τὰ περὶ τὸν γάμον ἱερεῖα, καὶ κατήγετο ἐκ τῶν χωρίων. πολλὴ δὲ ἡ τῶν ἄλλων ἀφθονία. συμπαρῆσαν δὲ αὐτῷ ὅι τε ὀικεῖοι καὶ συγγενεῖς: πολλοὶ δὲ καὶ τῶν πολιτῶν συνεώρταζον τὸν Ἀνθίας γάμον.

δ'. Ἐν δὲ τῷ χρόνῳ, καθ' ὃν ἡ Ἀνθία ληφθεῖσα ἐκ τοῦ λῃστηρίου, ἦλθεν ἐις τὴν Τάρσον πρεσβύτης Ἐφέσιος, ἰατρὸς τὴν τέχνην Ἔυδοξος τὄυνομα: ἧκε δὲ ναυαγίῳ περιπεσὼν ἐις Ἄιγυπτον πλέων. ὄυτος ὁ Ἔυδοξος περιῄει μὲν καὶ τοὺς ἄλλους ἄνδρας, ὅσοι Ταρσέων ἐυδοκιμώτατοι, ὀυς μὲν ἐσθῆτας, ὀυς δὲ ἀργύριον ἀιτῶν, διηγούμενος ἑκάστῳ τὴν συμφοράν: προσῆλθε δὲ καὶ τῷ Περιλάῳ, καὶ ἔιπεν ὅτι Ἐφέσιος, καὶ ἰατρὸς

τὴν τέχνην. ὁ δὲ αὐτὸν λαβὼν ἄγει πρὸς τὴν Ἀνθίαν, ἡσθήσεσθαι νομίζων ἀνδρὶ ὀφθέντι Ἐφεσίῳ. ἡ δὲ ἐφιλοφρονεῖτό τε τὸν Εὔδοξον, καὶ ἀνεπυνθάνετο εἴ τι περὶ τῶν αὐτῆς λέγειν ἔχοι. ὁ δὲ [ἔλεγεν] ὅτι οὐδὲν ἐπίσταιτο, μακρᾶς αὐτῷ τῆς ἀποδημίας τῆς ἀπὸ Ἐφέσου γεγενημένης. ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἔχαιρεν αὐτῷ ἡ Ἀνθία, ἀναμιμνησκομένη τῶν οἴκοι. καὶ δὴ συνήθης τε ἐγεγόνει τοῖς κατὰ τὴν οἰκίαν, καὶ εἰσῄει παρ' ἕκαστα πρὸς τὴν Ἀνθίαν, πάντων ἀπολαύων τῶν ἐπιτηδείων, ἀεὶ δεόμενος αὐτῆς εἰς Ἔφεσον παραπεμφθῆναι; καὶ ἄρα καὶ παῖδες ἦσαν αὐτῷ καὶ γυνή.

ε΄. Ὡς οὖν πάντα τὰ περὶ τὸν γάμον ἐκτετέλεστο τῷ Περιλάῳ, ἐφειστήκει δὲ ἡ ἡμέρα, δεῖπνον μὲν αὐτοῖς πολυτελὲς ἡτοίμαστο, καὶ ἡ Ἀνθία ἐκεκόσμητο κόσμῳ νυμφικῷ. ἐπαύετο δὲ οὔτε νύκτωρ, οὔτε μεθ' ἡμέραν δακρύουσα, ἀλλ' ἀεὶ πρὸ ὀφθαλμῶν εἶχεν Ἁβροκόμην; ἐνενοεῖτο δὲ ἅμα πολλὰ, τὸν ἔρωτα, τοὺς ὅρκους, τὴν πατρίδα, τοὺς πατέρας, τὴν ἀνάγκην, τὸν γάμον. καὶ δὴ καθ' αὑτὴν γενομένη, καιροῦ λαβομένη, σπαράξασα τὰς κόμας, ὦ πάντα ἄδικος ἐγὼ, φησι, καὶ πονηρά! ὡς οὐχὶ τοῖς ἴσοις Ἁβροκόμην ἀμείβομαι! ὁ μέν γε, ἵνα ἐμὸς ἀνὴρ μείνῃ, καὶ δεσμὰ ὑπομένει καὶ βασάνους, καὶ ἴσως που καὶ τέθνηκεν; ἐγὼ δὲ καὶ ἐκείνων ἀμνημονῶ, καὶ γαμοῦμαι δυστυχὴς, καὶ τὸν ὑμέναιον ᾄσει τις ἐπ' ἐμοὶ, καὶ ἐπ' εὐνὴν ἀφίξομαι τὴν Περιλάου? ἀλλ' ὦ φιλτάτη μου πασῶν Ἁβροκόμου ψυχὴ, μηδέν τι ὑπὲρ ἐμοῦ λυπηθῇς, οὐ γάρ ποτε ἑκοῦσα ἀδικήσαιμί σε. ἐλεύσομαι, καὶ μέχρι θανάτου μείνασα νύμφη σή. ταῦτα εἶπε, καὶ ἀφικομένου παρ' αὐτὴν τοῦ Εὐδόξου τοῦ Ἐφεσίου ἰατροῦ, ἀπαγαγοῦσα αὐτὸν ἐπ' οἴκημά τι ἠρεμαῖον, προσπίπτει τοῖς γόνασιν αὐτοῦ, καὶ ἱκετεύει μηδενὶ κατειπεῖν τῶν ῥηθησομένων μηδὲν, καὶ ὁρκίζει τὴν πάτριον θεὰν Ἄρτεμιν ξυμπρᾶξαι πάντα ὅσα ἂν αὐτοῦ δεηθῇ. ἀνίστησιν αὐτὴν ὁ Εὔδοξος πολλὰ θρηνοῦσαν, καὶ θαῤῥεῖν παρεκάλει, καὶ ἐπώμνυε, πάντα ποιήσειν ὑπισχνούμενος. λέγει δὴ αὐτῷ τὸν Ἁβροκόμου ἔρωτα καὶ τοὺς ὅρκους τοὺς πρὸς ἐκεῖνον, καὶ τὰς περὶ τῆς σωφροσύνης συνθήκας. καὶ εἰ μὲν ἦν ζῶσαν, ἔφη, με ἀπολαβεῖν ζῶντα Ἁβροκόμην, ἢ λαθεῖν ἀποδρᾶσαν ἐντεῦθεν, περὶ τούτων ἂν ἐβουλευόμην; ἐπειδὴ δὲ ὁ μὲν τέθνηκε, φυγεῖν δὲ ἀδύνατον, καὶ τὸν μέλλοντα ἀμήχανον ὑπομεῖναι γάμον; (οὔτε γὰρ τὰς συνθήκας παραβήσομαι τὰς πρὸς Ἁβροκόμην, οὔτε τὸν ὅρκον ὑπερόψομαι) σὺ τοίνυν βοηθὸς ἡμῖν γένου. φάρμακον εὑρὼν ποθεν, ὃ κακῶν με ἀπαλλάξει τὴν κακοδαίμονα. ἔσται δὲ ἀντὶ τούτων σοι πολλὰ μὲν καὶ παρὰ τῶν θεῶν, οἷς ἐπεύξομαι καὶ πρὸ τοῦ θανάτου πολλάκις ὑπὲρ σοῦ, αὐτὴ δέ σοι καὶ ἀργύριον δώσω, καὶ τὴν παραπομπὴν ἐπισκευάσω, δυνήσῃ δὲ, πρὸ τοῦ πυθέσθαι τινὰ, ἐπιβὰς νεὼς, τὴν ἐπ' Ἐφέσου πλεῖν. ἐκεῖ δὲ γενόμενος, ἀναζητήσας τοὺς γονεῖς Μεγαμήδην τε καὶ Εὐίππην, ἄγγελλε αὐτοῖς τὴν ἐμὴν τελευτὴν, καὶ πάντα τὰ κατὰ τὴν ἀποδημίαν, καὶ ὅτι Ἁβροκόμης ἀπώλετο λέγε. εἰποῦσα, τῶν ποδῶν αὐτοῦ προυκυλίετο, καὶ ἐδεῖτο μηδὲν ἀντειπεῖν

χειπεῖν αὐτῇ, δοῦναί τε τὸ φάρμακον· καὶ προκομίσασα εἴκοσι μνᾶς ἀργυρίου, περιδέραιά τε αὐτῆς, (ἦν δὲ αὐτῇ πάντα ἄφθονα, πάντων γὰρ ἐξουσίαν εἶχε τῶν Περιλάου,) δίδωσι τῷ Εὐδόξῳ. ὁ δὲ βουλευσάμενος πολλὰ, καὶ τὴν κόρην οἰκτείρας τῆς συμφορᾶς, καὶ τῆς εἰς Ἔφεσον ἐπιθυμῶν ὁδοῦ, καὶ τοῦ ἀργυρίου καὶ τῶν δώρων ἡττώμενος, ὑπισχνεῖται δώσειν τὸ φάρμακον, καὶ ἀπῄει κομιῶν. ἡ δὲ ἐν τούτῳ πολλὰ καταθρηνεῖ, τήν τε ἡλικίαν κατοδυρομένη τὴν ἑαυτῆς, καὶ ὅτι μέλλοι πρὸ ὥρας ἀποθανεῖσθαι λυπουμένη; πολλὰ δὲ Ἀβροκόμην ὡς παρόντα ἀνεκάλει. ἐν τούτῳ, ὀλίγον διαλιπὼν ὁ Εὔδοξος, ἔρχεται κομίζων θανάσιμον μὲν οὐχὶ φάρμακον ὑπνωτικὸν δὲ, ὡς μή τι παθεῖν τὴν κόρην, καὶ αὐτὸν ἐφοδίων τυχόντα ἀνασωθῆναι. λαβοῦσα δὲ ἡ Ἀνθία, καὶ πολλὴν γνοῦσα χάριν, αὐτὸν ἀποπέμπει. καὶ ὁ μὲν εὐθὺς ἐπιβὰς νεὼς ἐπανήχθη; ἡ δὲ καιρὸν ἐπιτήδειον ἐζήτει πρὸς τὴν πόσιν τοῦ φαρμάκου.

ς. Καὶ ἤδη μὲν νὺξ ἦν, παρεσκευάζετο δὲ ὁ θάλαμος, καὶ ἧκον οἱ ἐπὶ τούτῳ τεταγμένοι τὴν Ἀνθίαν ἐξάγοντες. ἡ δὲ ἄκουσα μὲν καὶ δεδακρυμένη ἐξῄει ἐν τῇ χειρὶ κρύπτουσα τὸ φάρμακον· καὶ ὡς πλησίον τοῦ θαλάμου γίνεται, οἱ οἰκεῖοι ἀνευφήμησαν τὸν ὑμέναιον, ἡ δὲ ἀνωδύρετο καὶ ἐδάκρυεν. οὕτως, ἐγὼ, λέγουσα, πρότερον ἠγόμην Ἀβροκόμῃ νυμφίῳ, καὶ παρέπεμπεν ἡμᾶς πῦρ ἐρωτικὸν, καὶ ὑμέναιος ᾔδετο ἐπὶ γάμοις εὐδαίμοσι. νυνὶ δὲ τί ποιήσεις Ἀνθία? ἀδικήσεις Ἀβροκόμην, τὸν ἄνδρα, τὸν ἐρώμενον, τὸν διά σε τεθνηκότα? οὐχ οὕτως ἄνανδρος ἐγὼ, οὐδ' ἐν τοῖς κακοῖς δειλή. δεδόχθω ταῦτα, πίνωμεν τὸ φάρμακον, Ἀβροκόμην εἶναί μοι δεῖ ἄνδρα; ἐκεῖνον καὶ τεθνηκότα βούλομαι. ταῦτα ἔλεγε, καὶ ἤγετο εἰς τὸν θάλαμον; καὶ δὴ μόνη ἐγεγόνει, ἔτι δὲ Περίλαος μετὰ τῶν φίλων εὐωχεῖτο. σκηψαμένη δὲ τῇ ἀγωνίᾳ ὑπὸ δίψους κατειλῆφθαι, ἐκέλευσεν αὐτῇ τινὶ τῶν οἰκετῶν ὕδωρ ἐνέγκειν, ὡς δὴ πιομένη. καὶ δὴ κομισθέντος ἐκπώματος, λαβοῦσα, οὐδενὸς ἔνδον αὐτῇ παρόντος, ἐμβάλλει τὸ φάρμακον, καὶ δακρύσασα, ὦ φιλτάτου, φησὶν, Ἀβροκόμου ψυχὴ, ἰδού σοι τὰς ὑποσχέσεις ἀποδίδωμι, καὶ ὁδὸν ἔρχομαι τὴν παρά σε δυστυχῆ μὲν ἀλλ' ἀναγκαίαν. καὶ δέχου με ἄσμενος, καί μοι πάρεχε τὴν ἐκεῖ μετά σου δίαιταν εὐδαίμονα. εἰποῦσα ἔπιε τὸ φάρμακον, καὶ εὐθὺς ὕπνος τε αὐτὴν κατεῖχε, καὶ ἔπιπτεν εἰς γῆν, καὶ ἐποίει τὸ φάρμακον ὅσα ἐδύνατο.

ζ. Ὡς δὲ εἰσῆλθεν ὁ Περίλαος, εὐθὺς ἰδὼν τὴν Ἀνθίαν κειμένην ἐξεπλάγη, καὶ ἀνεβόησε, θόρυβός τε πολὺς τῶν κατὰ τὴν οἰκίαν ἦν καὶ πάθη συμμιγῆ, οἰμωγὴ, φόβος, ἔκπληξις, οἱ μὲν ᾤκτειρον τὴν δοκοῦσαν τεθνηκέναι, οἱ δὲ συνήχθοντο Περιλάῳ, πάντες δὲ ἐθρήνουν τὸ γεγονός. ὁ δὲ Περίλαος τὴν ἐσθῆτα περιῤῥηξάμενος, ἐπιπεσὼν τῷ σώματι, ὦ φιλτάτη μοι κόρη, φησὶν, ὦ πρὸ τῶν γάμων καταλιποῦσα τὸν ἐρῶντα, ὀλίγαις ἡμέραις νύμφη Περιλάου γενομένη, εἰς οἷόν σε θάλαμον, τὸν τάφον, ἄξομεν? εὐδαίμων ἄρα, ὅστις ποτὲ Ἀβροκόμης ἦν! μακάριος ἐκεῖνος ὡς ἀληθῶς, τηλι-

καῦτα παρ' ἐρωμένης λαβὼν δῶρα. ὁ μὲν τοιαῦτα ἐθρήνει, περιβεβλήκει δὲ ἅπασαν, καὶ ἠσπάζετο χεῖράς τε καὶ πόδας, νύμφη, λέγων, ἀθλία! γύναι δυστυχεστέρα! ἐκόσμει δὲ αὐτὴν, πολλὴν ἐσθῆτα ἐνδύων, πολὺν δὲ περιθεὶς χρυσόν: καὶ οὐκέτι φέρων τὴν θέαν, ἡμέρας γενομένης, ἐνθέμενος κλίνῃ τὴν Ἀνθίαν, (ἡ δὲ ἔκειτο ἀναισθητοῦσα,) ἦγεν εἰς τοὺς πλησίον τῆς πόλεως τάφους, κἀνταῦθα κατέθετο ἔν τινι οἰκήματι, πολλὰ μὲν ἐπισφάξας ἱερεῖα, πολλὴν δὲ ἐσθῆτα καὶ κόσμον ἐπικαύσας. ὁ μὲν ἐκτελέσας τὰ νομιζόμενα, ὑπὸ τῶν οἰκείων εἰς τὴν πόλιν ἤγετο.

η'. Καταλειφθεῖσα δὲ ἐν τῷ τάφῳ ἡ Ἀνθία, ἑαυτῆς γενομένη, καὶ συνεῖσα ὅτι μὴ τὸ φάρμακον θανάσιμον ἦν, στενάξασα καὶ δακρύσασα, ὦ ψευσάμενόν με τὸ φάρμακον, φησὶν, ὦ κωλῦσαν ὁδεῦσαι πρὸς τὸν Ἀβροκόμην ὁδὸν εὐτυχῆ? ἐσφάλην ἄρα (πάντα καινὰ) καὶ τῆς ἐπιθυμίας τοῦ θανάτου. ἀλλὰ ἔνεστί γε, ἐν τῷ τάφῳ μείνασαν, τὸ ἔργον ἐργάσασθαι τοῦ φαρμάκου λιμῷ; οὐ γὰρ ἐντεῦθέν με τις ἀνέλοιτο, οὐδ' ἂν ἐπίδοιμι τὸν ἥλιον, οὐδ' ἂν εἰς φῶς ἐλεύσομαι. ταῦτα εἰποῦσα ἐκαρτέρει, τὸν θάνατον προσδεχομένη γενναίως. ἐν δὲ τούτου νυκτὸς ἐπιγενομένης, λῃσταί τινες, μαθόντες ὅτι κόρη τέθαπται πλουσίως, καὶ πολὺς μὲν αὐτῇ κόσμος συγκατάκειται γυναικεῖος, πολὺς δὲ ἄργυρος καὶ χρυσὸς, ἦλθον ἐπὶ τὸν τάφον, καὶ ἀναρρήξαντες τοῦ τάφου τὰς θύρας, εἰσελθόντες τόν τε κόσμον ἀνῃροῦντο, καὶ τὴν Ἀνθίαν ζῶσαν ὁρῶσι; μέγα δὲ καὶ τοῦτο κέρδος ἡγούμενοι, ἀνίστων τε αὐτὴν, καὶ ἄγειν ἐβούλοντο. ἡ δὲ τῶν ποδῶν αὐτῶν προκυλιομένη, πολλὰ ἐδεῖτο: ἄνδρες, οἵτινές ἐστε, τὸν μὲν κόσμον τοῦτον ἅπαντα, ὅστις ἐστὶ, καὶ ἅπαντα τὰ συνταφέντα λαβόντες κομίζετε, φείσασθε δὲ τοῦ σώματος. δυοῖν ἀνάκειμαι θεοῖς, Ἔρωτι καὶ Θανάτῳ: τούτοις ἐάσατε σχολάσαι με. καὶ πρὸς τῶν θεῶν, τῶν πατρῴων ὑμῶν, μή με ἡμέρᾳ δείξητε, τὴν ἄξια νυκτὸς καὶ σκότους δυστυχοῦσαν. ταῦτα ἔλεγεν, οὐκ ἔπειθε δὲ τοὺς λῃστὰς, ἀλλ' ἐξαγαγόντες αὐτὴν τοῦ τάφου κατήγαγον ἐπὶ θάλατταν, καὶ ἐνθέμενοι σκάφει, τὴν εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἀνήγοντο; ἐν δὲ τῷ πλοίῳ ἐθεράπευον αὐτὴν, καὶ θαῤῥεῖν παρεκάλουν. ἡ δὲ ἐν οἵοις κακοῖς ἐγεγόνει πάλιν ἐννοήσασα, θρηνοῦσα καὶ ὀδυρομένη, πάλιν, ἔφησε, λῃσταὶ, καὶ θάλασσα, πάλιν αἰχμάλωτος ἐγώ! ἀλλὰ νῦν δυστυχέστερον, ὅτι μὴ μετὰ Ἀβροκόμου. τίς με ἄρα ὑποδέξεται γῆ? τίνας δὲ ἀνθρώπους ὄψομαι? μὴ Μοῖριν ἔτι, μὴ Μαντὼ, μὴ Περίλαον, μὴ Κιλικίαν? ἔλθοιμι δὲ ἔνθα δὴ κἂν τάφον Ἀβροκόμου μόνον ὄψομαι. ταῦτα ἑκάστοτε ἐδάκρυε, καὶ αὐτὴ μὲν οὐ ποτὸν οὐ τροφὴν προσίετο, ἠνάγκαζον δὲ οἱ λῃσταί. καὶ οἱ μὲν ἀνύσαντες ἡμέραις ὀλίγαις τὸν πλοῦν, κατῆραν εἰς Ἀλεξάνδρειαν, κἀνταῦθα ἐξεβίβασαν τὴν Ἀνθίαν ἐκ τοῦ πλοίου, καὶ διέγνωσαν παραδοῦναί τισιν ἐμπόροις.

θ'. Ὁ δὲ Περίλαος μαθὼν τὴν τοῦ τάφου διωρυγὴν, καὶ τοῦ σώματος ἀπώλειαν, ἐν πολλῇ καὶ ἀκατασχέτῳ λύπῃ ἦν. ὁ δὲ Ἀβροκόμης ἐζήτει καὶ ἐπολυπραγμόνει, εἴ τις

ἐπίσταιτο κόρην ποθὲν ξένην αἰχμάλωτον μετὰ τῶν λῃστῶν ἀχθεῖσαν. ὡς δὲ ὀυδὲν ἕυρεν, ἀποκαμὼν ἦλθεν ὀυ κατήγοντο. δεῖπνον δὲ ἀυτοῖς δι περὶ τὸν Ἱππόθοον παρεσκεύασαν, καὶ δι μὲν ἄλλοι ἐδειπνοποιοῦντο, ὁ δὲ Ἀβροκόμης πάνυ ἄθυμος ἦν, καὶ ἀυτὸν ἐπὶ τῆς ἐυνῆς ῥίψας ἔκλαιε, καὶ ἔκειτο ὀυδὲν προσιέμενος. προσιοῦσι δὲ τοῦ τόπου ὁ κύριος τοῖς περὶ τὸν Ἱππόθοον, παροῦσα καί τις πρεσβῦτις ἄρχεται διηγήματος, ᾗ ὄνομα Χρυσίον. ἀκούσατε, ἔφη, ὦ ξένοι, πάθους ὀυ πρὸ πόλλου γενομένου ἐν τῇ πόλει. Περίλαος τις, ἀνὴρ τῶν τὰ πρῶτα δυναμένων, ἄρχειν μὲν ἐχειροτονήθη τῆς ἐιρήνης τῆς ἐν Κιλικίᾳ, ἐξελθὼν δὲ ἐπὶ λῃστῶν ζήτησιν ἤγαγέ τινας συλλαβὼν λῃστὰς, καὶ μετ' ἀυτῶν κόρην καλὴν, καὶ ταύτην ἔπειθεν ἀυτῷ γαμηθῆναι. καὶ πάντα μὲν τὰ πρὸς τὸν γάμον ἐκτετέλεστο, ἡ δὲ ἐις τὸν θάλαμον ἐισελθοῦσα, ἔιτε μανεῖσα ἔιτε ἄλλου τινὸς ἐρῶσα, πιοῦσα φάρμακόν ποθεν, ἀποθνήσκει. ὄυτος γὰρ ὁ τοῦ θανάτου τρόπος ἀυτῆς ἐλέγετο. ἀκούσας ὁ Ἱππόθοος, ἄυτη, ἔφησεν, ἐστὶν ἡ κόρη, ἣν Ἀβροκόμης ζητεῖ. ὁ δὲ Ἀβροκόμης ἤκουε μὲν τοῦ διηγήματος, παρεῖτο δὲ ὑπ' ἀθυμίας. ὀψὲ δὲ καὶ ἀναθορὼν ἐκ τῆς τοῦ Ἱπποθόου φωνῆς, ἀλλὰ νῦν μὲν σαφῶς τέθνηκεν Ἀνθία, καὶ τάφος ἴσως ἀυτῆς ἐστὶν ἐνθάδε, καὶ τὸ σῶμα σώζεται. λέγων ἐδεῖτο τῆς πρεσβύτιδος τῆς Χρυσίου ἄγειν ἐπὶ τὸν τάφον ἀυτῆς, καὶ δεῖξαι τὸ σῶμα. ἡ δὲ ἀναστενάξασα, τοῦτο γὰρ, ἔφη, τῇ κόρῃ ταλαιπώρῳ τὸ δυστυχέστατον: ὁ μὲν γὰρ Περίλαος καὶ ἔθαψεν ἀυτὴν πολυτελῶς, καὶ ἐκόσμησε, πυθόμενοι δὲ τὰ συνταφέντα λῃσταὶ, ἀνορύξαντες τὸν τάφον, τόν τε κόσμον ἀνείλοντο, καὶ τὸ σῶμα ἀφανὲς ἐποίησαν: ἐφ' δις πολλὴ καὶ μεγάλη ζήτησις ὑπὸ Περιλάου γίνεται.

I. Ἀκούσας ὁ Ἀβροκόμης περιέῤῥηξε τὸν χιτῶνα, καὶ μεγάλως ἀνωδύρετο καλῶς μὲν καὶ σωφρόνως ἀποθανοῦσαν Ἀνθίαν, δυστυχῶς δὲ μετὰ τὸν θάνατον ἀπολομένην. τίς ἄρα λῃστὴς ὄυτως ἐρωτικὸς, ἵνα καὶ νεκρᾶς ἐπιθυμήσῃ σου? ἵνα καὶ τὸ σῶμα ἀφέληται? ἀπεστερήθην σου ὁ δυστυχὴς, καὶ τῆς μόνης ἐμοὶ παραμυθίας. ἀποθανεῖν μὲν ὀυν ἔγνωσται πάντως; ἀλλὰ τὰ πρῶτα καρτερήσω μέχρι που τὸ σῶμα ἑύρω τὸ σὸν, καὶ περιβαλὼν ἐμαυτὸν ἐκεινῷ συγκαταθάψω. ταῦτα ἔλεγεν ὀδυρόμενος, θαῤῥεῖν δὲ ἀυτὸν παρεκάλουν δι περὶ τὸν Ἱππόθοον. τότε μὲν ἀνεπαύσαντο δι' ὅλης νυκτὸς; ἔννοια δὲ πάντων Ἀβροκόμην ἐισήρχετο, τῆς Ἀνθίας, τοῦ θανάτου, τοῦ τάφου, τῆς ἀπωλείας. καὶ δὴ καὶ ὀυκέτι καρτερῶν, λαθὼν πάντας (ἔκειντο δὲ ὑπὸ μέθης δι περὶ τὸν Ἱππόθοον,) ἔξεισιν ὡς δή τινος χρῄζων, καὶ καταλιπὼν πάντας, ἐπὶ τὴν θάλατταν ἔρχεται, καὶ ἐπιτυγχάνει νεὼς ἐις Ἀλεξάνδρειαν ἀναγομένης, καὶ ἐπιβὰς ἀνάγεται, ἐλπίζων καὶ τοὺς λῃστὰς τοὺς συλήσαντας πάντα, ἐν Ἀιγύπτῳ καταλήψεσθαι: ὡδήγει δὲ ἀυτὸν ἐις ταῦτα ἐλπὶς δυστυχής. καὶ ὁ μὲν ἔπλει τὴν ἐπ' Ἀλεξάνδρειαν, ἡμέρας δὲ γενομένης δι περὶ τὸν Ἱππόθοον ἠνιῶντο μὲν ἐπὶ τῷ ἀπαλλαχθῆναι τοῦ Ἀβροκόμου, ἀναλαβόντες δὲ ἀυτοὺς ἡμερῶν ὀλίγων, ἔγνωσαν τὴν ἐπὶ Συρίας καὶ Φοινίκης λῃστεύοντες ἰέναι.

ια'. Οἱ δὲ λῃσταὶ τὴν Ἀνθίαν εἰς Ἀλεξάνδρειαν παρέδωκαν ἐμπόροις, πολὺ λαβόντες ἀργύριον. οἱ δὲ ἔτρεφον αὐτὴν πολυτελῶς, καὶ τὸ σῶμα ἐθεράπευον, ζητοῦντες ἀεὶ τὸν ὠνησόμενον κατ' ἀξίαν. ἔρχεται δή τις εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἐκ τῆς Ἰνδικῆς τῶν ἐκεῖ βασιλέων, κατὰ θέαν τῆς πόλεως, καὶ κατὰ χρείαν ἐμπορίας, Ψάμμις τὸ ὄνομα. οὗτος ὁ Ψάμμις ὁρᾷ τὴν Ἀνθίαν παρὰ τοῖς ἐμπόροις, καὶ ἰδὼν ἁλίσκεται, καὶ ἀργύριον δίδωσι τοῖς ἐμπόροις πολὺ, καὶ λαμβάνει θεράπαιναν αὐτήν. ὠνησάμενος δὲ ἄνθρωπος βάρβαρος, καὶ εὐθὺς ἐπιχειρεῖ βιάζεσθαι καὶ χρῆσθαι πρὸς συνουσίαν. οὐ θέλουσα δὲ, τὰ μὲν πρῶτα ἀντέλεγε, τελευταῖον δὲ σκήπτεται πρὸς τὸν Ψάμμιν (δεισιδαίμονες δὲ φύσει βάρβαροι) ὅτι αὐτὴν ὁ πατὴρ γενομένην ἀναθείη Ἴσιδι μέχρις ὥρας γάμων, καὶ ἔλεγεν ἔτι τὸν χρόνον ἐνιαυτῷ τίθεσθαι. ἢν οὖν, φησὶν, ἐξυβρίσῃς εἰς τὴν ἱερὰν τῆς θεοῦ, μηνίσει μὲν ἐκείνη, χαλεπὴ δὲ ἡ τιμωρία. πείθεται Ψάμμις, καὶ τὴν θεὸν προσεκύνει, καὶ Ἀνθίας ἀπέχεται. ἡ δὲ ἔτι παρὰ Ψάμμιδι ἦν φρουρουμένη, ἱερὰ τῆς Ἴσιδος νομιζομένη.

ιβ'. Ἡ δὲ ναῦς ἡ τὸν Ἀβροκόμην ἔχουσα τοῦ μὲν κατὰ Ἀλεξάνδρειαν πλοῦ διαμαρτάνει, ἐμπίπτει δὲ ἐπὶ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Νείλου, τήν τε Παραιτόνιον καλουμένην, καὶ Φοινίκης ὅση παραθαλάσσιος. ἐκπεσοῦσι δὲ αὐτοῖς ἐπιδραμόντες τῶν ἐκεῖ ποιμένων, τά τε φορτία διαρπάζουσι, καὶ τοὺς ἄνδρας δεσμεύουσι, καὶ ἄγουσιν ὁδὸν ἔρημον πολλὴν εἰς Πηλούσιον τῆς Αἰγύπτου πόλιν, καὶ ἐνταῦθα πιπράσκουσιν ἄλλον ἄλλῳ. ὠνεῖται δὲ τὸν Ἀβροκόμην πρεσβύτης στρατιώτης, ἦν δὲ πεπαυμένος, Ἄραξος τοὔνομα. οὗτος ὁ Ἄραξος εἶχε γυναῖκα ὀφθῆναι μιαρὰν, ἀκουσθῆναι πολὺ χείρω, ἅπασαν ἀκρασίαν ὑπερβεβλημένην, Κυνὼ τὸ ὄνομα. αὕτη ἡ Κυνὼ ἐρᾷ τοῦ Ἀβροκόμου εὐθὺς ἀχθέντος εἰς τὴν οἰκίαν, καὶ οὐκέτι κατεῖχε, δεινὴ καὶ ἐρασθῆναι, καὶ ἀπολαύειν ἐθέλει τῆς ἐπιθυμίας. ὁ μὲν δὴ Ἄραξος ἠγάπα τὸν Ἀβροκόμην, καὶ παῖδα ἐποιεῖτο· ἡ δὲ Κυνὼ προσφέρει λόγον περὶ συνουσίας, καὶ δεῖται πείθεσθαι, καὶ ἄνδρα ἕξειν ὑπισχνεῖτο, καὶ Ἄραξον ἀποκτενεῖν. δεινὸν ἐδόκει τοῦτο Ἀβροκόμῃ, καὶ πολλὰ ἅμα ἐσκόπει. τὴν Ἀνθίαν, τοὺς ὅρκους, τὴν πολλάκις αὐτὸν σωφροσύνην ἀδικήσασαν ἤδη. τέλος δὲ, ἐγκειμένης τῆς Κυνοῦς, συγκατατίθεται. καὶ νυκτὸς γενομένης, ἡ μὲν, ὡς ἄνδρα ἕξουσα τὸν Ἀβροκόμην, τὸν Ἄραξον ἀποκτιννύει, καὶ λέγει τὸ πραχθὲν τῷ Ἀβροκόμῃ. ὁ δὲ οὐκ ἐνεγκὼν τὴν τῆς γυναικὸς ἀσέλγειαν, ἀπηλλάγη τῆς οἰκίας καταλιπὼν αὐτὴν, οὐκ ἄν ποτε μιαιφόνῳ συγκατακλιθήσεσθαι φήσας. ἡ δὲ, ἐν αὐτῇ γενομένη, ἅμα τῇ ἡμέρᾳ προσελθοῦσα ἔνθα τὸ πλῆθος τῶν Πηλουσιωτῶν ἦν, ἀνωδύρετο τὸν ἄνδρα, καὶ ἔλεγεν ὅτι αὐτὸν ὁ νεώνητος δοῦλος ἀποκτείνειε, καὶ πολλὰ ὅσα ἐπεθρήνει, καὶ ἐδόκει λέγειν τῷ πλήθει πιστά. οἱ δὲ εὐθὺς συνέλαβον τὸν Ἀβροκόμην, καὶ δήσαντες ἀνέπεμπον τῷ τῆς Αἰγύπτου τότε ἄρχοντι. καὶ ὁ μὲν δίκην δώσων εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἤγετο, ὑπὲρ ὧν ἐδόκει τὸν δεσπότην Ἄραξον ἀποκτεῖναι.

ΞΕ-

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ ΕΦΕΣΙΟΥ

ΤΩΝ ΚΑΤΑ

ΑΝΘΙΑΝ ΚΑΙ ΑΒΡΟΚΟΜΗΝ

ΕΦΕΣΙΑΚΩΝ ΛΟΓΟΣ Δ.

α'. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἱππόθοον ἀπὸ Ταρσοῦ κινήσαντες ᾖεσαν τὴν ἐπὶ Συρίας, πᾶν εἴ τι ἐμποδὼν λάβοιεν, ὑποχείριον ποιούμενοι· ἐνέπρησαν δὲ καὶ κώμας, καὶ ἄνδρας ἀπέσφαξαν πολλούς, καὶ οὕτως ἀπελθόντες, εἰς Λαοδίκειαν τῆς Συρίας ἔρχονται, κἀνταῦθα ἐπεδήμουν οὐκέτι ὡς λῃσταὶ, ἀλλ' ὡς κατὰ θέαν τῆς πόλεως ἥκοντες. ἐνταῦθα ὁ Ἱππόθοος ἐπολυπραγμόνει εἴ ποθεν Ἁβροκόμην εὑρεῖν δυνήσεται· ὡς δ' οὐδὲν ἤνυε, ἀναλαβόντες αὐτοὺς, τὴν ἐπὶ Φοινίκης ἐτράποντο, κἀκεῖθεν ἐπ' Αἴγυπτον· ἐδόκει γὰρ αὐτοῖς καταδραμεῖν Αἴγυπτον. καὶ συλλεξάμενοι μέγα λῃστήριον, ἔρχονται τὴν ἐπὶ Πηλούσιον, καὶ ποταμῷ τῷ Νείλῳ πλεύσαντες εἰς Ἑρμούπολιν τῆς Αἰγύπτου καὶ Σχεδίαν, ἐμβαλόντες εἰς διώρυγα τοῦ ποταμοῦ τὴν ὑπὸ Μενελάου γενομένην, Ἀλεξάνδρειαν μὲν παρῆλθον, ἦλθον δὲ ἐπὶ Μέμφιν τὴν ἱερὰν τῆς Ἴσιδος, κἀκεῖθεν ἐπὶ Μένδην· παρέλαβον δὲ καὶ τῶν ἐπιχωρίων κοινωνοὺς τοῦ λῃστηρίου καὶ ἐξηγητὰς τῆς ὁδοῦ. διελθόντες μὲν δὴ Ταῦα, ἐπὶ Λεοντῶ ἔρχονται πόλιν, καὶ ἄλλας παρελθόντες κώμας οὐκ ὀλίγας, ὧν τὰς πολλὰς ἀφανεῖς, εἰς Κοπτὸν ἔρχονται τῆς Αἰθιοπίας πλησίον. ἐνταῦθα ἔγνωσαν λῃστεύειν, πολὺ γὰρ πλῆθος ἐμπόρων τὸ διοδεῦον ἦν, τῶν τε ἐπ' Αἰθιοπίαν, καὶ τῶν ἐπὶ Ἰνδικὴν φοιτώντων. ἦν δὲ αὐτοῖς καὶ τὸ λῃστήριον ἀνδρῶν πεντακοσίων. καταλαβόντες δὲ τῆς Αἰθιοπίας τὰ ἄκρα, καὶ πάντα κατασκευασάμενοι, διέγνωσαν τοὺς παριόντας λῃστεύειν.

β'. Ὁ δὲ Ἁβροκόμης ὡς ἧκε παρὰ τὸν ἄρχοντα τῆς Αἰγύπτου, (ἐπεστάλκεσάν τε οἱ Πηλουσιῶται τὰ γενόμενα αὐτῷ, καὶ τὸν τοῦ Ἀράξου φόνον, καὶ ὅτι οἰκέτης ὢν, τοιαῦτα ἐτόλ-

ἐτόλμησε.) μαθὼν οὖν ἕκαστα οὐκέτι, οὐδὲ πυθόμενος τὰ γενόμενα, κελεύει τὸν Ἀβροκόμην ἀγαγόντας προσαρτῆσαι σταυρῷ. ὁ δὲ ἀπὸ μὲν τῶν κακῶν ἀχανὴς ἦν, παρεμυθεῖτο δὲ αὐτὸν τῆς τελευτῆς, ὅτι ἐδόκει καὶ Ἀνθίαν τεθνηκέναι. ἄγουσι δὲ αὐτὸν οἷς τοῦτο προσετέτακτο παρὰ τὰς ὄχθας τοῦ Νείλου, (ἦν δὲ κρημνὸς ἀπότομος εἰς ῥεῦμα τοῦ ποταμοῦ βλέπων,) καὶ ἀναστήσαντες τὸν σταυρὸν, προσαρτῶσι, σπάρτοις τὰς χεῖρας σφίγξαντες καὶ τοὺς πόδας: τοῦτο γὰρ τῆς ἀνασταυρώσεως ἔθος τοῖς ἐκεῖ. καταλιπόντες δὲ ᾤχοντο, ὡς ἐν ἀσφαλεῖ τοῦ προσηρτημένου μένοντος. ὁ δὲ ἀποβλέψας εἰς τὸν ἥλιον καὶ τὸ ῥεῦμα τοῦ Νείλου, ὦ θεῶν, φησὶ, φιλανθρωπότατε, ὃς Ἄιγυπτον ἔχεις, δι' ὃν καὶ γῆ καὶ θάλασσα πᾶσιν ἀνθρώποις πέφηνεν, εἰ μέν τι Ἀβροκόμης ἀδικεῖ, καὶ ἀπολοίμην οἰκτρῶς, καὶ μείζονα τιμωρίαν, εἴ τίς ἐστι ταύτης, ὑπόσχοιμι, εἰ δὲ ὑπὸ γυναικὸς προδέδομαι πονηρᾶς, μήτε τὸ Νείλου ῥεῦμα μιανθείη ποτ' ἀδίκως ἀπολομένου σώματος, μήτε σὺ τοιοῦτον ἴδοις θέαμα, ἄνθρωπον οὐδὲν ἀδικήσαντα ἀπολλύμενον ἐπὶ τῆς σῆς ἐνταῦθα. ηὔξατο, καὶ αὐτὸν ὁ θεὸς οἰκτείρει, καὶ πνεῦμα ἐξαίφνης ἀνέμου γίνεται, καὶ ἐμπίπτει τῷ σταυρῷ, καὶ ἀποβάλλει μὲν τοῦ κρημνοῦ τὸ γεῶδες, εἰς ὃ ἦν ὁ σταυρὸς ἠρεισμένος, ἐμπίπτει δὲ ὁ Ἀβροκόμης τῷ ῥεύματι, καὶ ἐφέρετο οὔτε τοῦ ὕδατος αὐτὸν ἀδικοῦντος, οὔτε τῶν δεσμῶν ἐμποδιζόντων, οὔτε τῶν θηρίων παραβλαπτόντων, ἀλλὰ παραπέμποντος τοῦ ῥεύματος: φερόμενος δὲ, εἰς τὰς ἐκβολὰς δέχεται τὰς εἰς τὴν θάλασσαν τοῦ Νείλου. κἀνταῦθα οἱ παραφυλάσσοντες λαμβάνουσιν αὐτὸν, καὶ ὡς δραπέτην τῆς τιμωρίας ἄγουσι παρὰ τὸν διοικοῦντα τὴν Ἄιγυπτον. ὁ δὲ ἔτι μᾶλλον ὀργισθεὶς, καὶ πονηρὸν εἶναι νομίσας τελέως, κελεύει πυρὰν ποιήσαντας, ἐπιθέντας καταφλέξαι τὸν Ἀβροκόμην. καὶ ἦν μὲν ἅπαντα παρεσκευασμένα, καὶ ἡ πυρὰ παρὰ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Νείλου, καὶ ἐπετίθετο μὲν ὁ Ἀβροκόμης, καὶ τὸ πῦρ ὑπετέθειτο. ἄρτι δὲ τῆς φλογὸς μελλούσης ἅπτεσθαι τοῦ σώματος, ηὔχετο πάλιν ὀλίγα ὅσα ἐδύνατο, σῶσαι αὐτὸν ἐκ τῶν καθεστώτων κακῶν. κἀνταῦθα κυματοῦται μὲν ὁ Νεῖλος, ἐπιπίπτει δὲ τῇ πυρᾷ τὸ ῥεῦμα, καὶ κατασβέννυσι τὴν φλόγα. θαῦμα δὲ τὸ γενόμενον τοῖς παροῦσιν ἦν, καὶ λαβόντες ἄγουσι τὸν Ἀβροκόμην πρὸς τὸν ἄρχοντα τῆς Αἰγύπτου, καὶ λέγουσι τὰ συμβάντα, καὶ τὴν τοῦ Νείλου βοήθειαν διηγοῦνται. ἐθαύμασεν ἀκούσας τὰ γενόμενα, καὶ ἐκέλευσεν αὐτὸν τηρεῖσθαι μὲν ἐν τῇ εἱρκτῇ, ἐπιμέλειαν δὲ ἔχειν πᾶσαν, ἕως, ἔφη, μάθωμεν ὅστις ὁ ἄνθρωπός ἐστιν, καὶ ὅ τι οὕτως αὐτοῦ μέλει θεοῖς.

γ'. Καὶ ὁ μὲν ἦν ἐν τῇ εἱρκτῇ, ὁ δὲ Ψάμμις ὁ τὴν Ἀνθίαν ὠνησάμενος, διέγνω μὲν ἀπιέναι τὴν ἐπ' οἴκου, καὶ πάντα πρὸς τὴν ὁδοιπορίαν παρεσκευάζετο. ἔδει δὲ αὐτὸν ὁδεύσαντα τὴν ἄνω Ἄιγυπτον ἐπὶ Αἰθιοπίαν ἐλθεῖν, ἔνθα ἦν τὸ Ἱπποθόου ληστήριον. ἦν δὲ πάντα εὐτρεπῆ, κάμηλοί τε πολλαὶ, καὶ ὄνοι καὶ ἵπποι σκευαγωγοί; ἦν δὲ πολὺ μὲν πλῆθος χρυσοῦ, πολὺ δὲ ἀργύρου, πολλὴ δὲ ἐσθής; ἦγε δὲ καὶ τὴν Ἀνθίαν. ἡ δὲ ὡς Ἀλεξάνδρειαν παρελθοῦσα, ἐγένετο ἐν Μέμφει, ηὔχετο τῇ Ἴσιδι στᾶσα πρὸ τοῦ ἱεροῦ: ὦ με-

μεγίστη θεῶν! μέχρι μὲν νῦν ἁγνὴ μένω, λογιζομένη σὴ, καὶ γάμον ἄχραντον Ἁβροκόμῃ τηρῶ: τοὐντεῦθεν δὲ ἐπὶ Ἰνδοὺς ἔρχομαι, μακρὰν μὲν τῆς Ἐφεσίων γῆς, μακρὰν δὲ τῶν Ἁβροκόμου λειψάνων. ἢ σῶσον οὖν ἐντεῦθεν τὴν δυστυχῆ, καὶ ζῶντι ἀπόδος Ἁβροκόμῃ, ἢ εἰ πάντως εἵμαρται χωρὶς ἀλλήλων ἀποθανεῖν, ἔργασαι ταῦτα, μεῖναί με σωφρονοῦσαν τῷ νεκρῷ. ταῦτα ηὔχετο, καὶ προῄεσαν τῆς ὁδοῦ καὶ ἤδη μὲν διεληλύθεισαν Κοπτὸν, ἐνεβαίνοντο δὲ τοῖς Αἰθιόπων ὅροις, καὶ αὐτοῖς Ἱππόθοος ἐπιπίπτει, καὶ αὐτὸν μὲν τὸν Ψάμμιν ἀποκτιννύει, καὶ πολλοὺς τῶν σὺν αὐτῷ, καὶ τὰ χρήματα λαμβάνει, καὶ τὴν Ἀνθίαν αἰχμάλωτον, συλλεξάμενος δὲ τὰ ληφθέντα χρήματα, ἦγεν εἰς ἄντρον, τὸ ἀποδεδειγμενον αὐτοῖς εἰς ἀπόθεσιν τῶν χρημάτων; ἐνταῦθα ᾔει καὶ ἡ Ἀνθία, οὐκ ἐγνώριζε δὲ Ἱππόθοον, οὐδὲ Ἱππόθοος τὴν Ἀνθίαν. ὁπότε δὲ αὐτῆς πύθοιτο, ἥτις τε εἴη καὶ πόθεν, τὸ μὲν ἀληθὲς οὐκ ἔλεγεν, ἔφασκε δὲ Αἰγυπτίαν εἶναι ἐπιχώριον, καὶ τὸ ὄνομα Μεμφῖτις.

δ'. Καὶ ἡ μὲν ἦν παρὰ τῷ Ἱπποθόῳ ἐν τῷ ἄντρῳ τῷ ληστρικῷ. ἐν τούτῳ δὲ μεταπέμπεται τὸν Ἁβροκόμην ὁ ἄρχων τῆς Αἰγύπτου, καὶ πυνθάνεται τὰ κατ' αὐτὸν, καὶ μανθάνει τὸ διήγημα, καὶ οἰκτείρει τὴν τύχην, καὶ δίδωσι χρήματα, καὶ εἰς Ἔφεσον ἄξειν ὑπισχνεῖτο. ὁ δὲ ἅπασαν μὲν ᾔδει χάριν αὐτῷ τῆς σωτηρίας, ἐδεῖτο δὲ ἐπιτρέψαι ζητῆσαι τὴν Ἀνθίαν. καὶ ὁ μὲν πολλὰ δῶρα λαβὼν, ἐπιβὰς σκάφους, ἀνήγετο τὴν ἐπὶ Ἰταλίας, ἐκεῖ πευσόμενός τι μαθεῖν περὶ Ἀνθίας. ὁ δὲ ἄρχων τῆς Αἰγύπτου, μαθὼν τὰ κατὰ τὸν Ἄραξον, μεταπεμψάμενος ἀνεσταύρωσε τὴν Κυνώ.

ε'. Τῆς δὲ Ἀνθίας οὔσης ἐν τῷ ἄντρῳ ἐρᾷ τῶν φρουρούντων αὐτὴν ληστῶν εἷς Ἀγχίαλος τοὔνομα. οὗτος ὁ Ἀγχίαλος ἦν μὲν τῶν ἀπὸ Συρίας Ἱπποθόῳ συνεληλυθότων Λαοδικεὺς τὸ γένος, ἐτιμᾶτο δὲ παρὰ τῷ Ἱπποθόῳ, νεανικός τε, καὶ μεγάλα ἐν τῷ ληστηρίῳ δυνάμενος. ἐρασθεὶς δὲ αὐτῆς τὰ μὲν πρῶτα λόγους προσέφερεν ὡς πείσων, καὶ ἔφασκε λόγῳ λήψεσθαι, καὶ παρὰ Ἱπποθόου δῶρον αἰτήσειν. ἡ δὲ πάντα ἠρνεῖτο, καὶ οὐδὲν αὐτὴν ἐδυσώπει, οὐκ ἄντρον, οὐ ληστὴς ἀπειλῶν, ἐφύλασσε δὲ ἑαυτὴν ἔτι Ἁβροκόμῃ καὶ δοκοῦντι τεθνηκέναι; καὶ πολλάκις ἀνεβόα, εἴ ποτε λαθεῖν ἠδύνατο: Ἁβροκόμου μόνου γυνὴ μεῖναι, κἂν ἀποθανεῖν δέῃ, κἂν ὧν πέπονθα χείρω παθεῖν. ταῦτα εἰς μείζω συμφορὰν ἦγε τὸν Ἀγχίαλον, καὶ ἡ καθ' ἡμέραν τῆς Ἀνθίας ὄψις ἐξέκαεν αὐτὸν εἰς τὸν ἔρωτα, οὐκέτι δὲ φέρειν δυνάμενος, ἐπιχειρεῖ βιάζεσθαι τὴν Ἀνθίαν. καὶ νύκτωρ ποτὲ, οὐ παρόντος Ἱπποθόου, ἀλλὰ μετὰ τῶν ἄλλων ὄντος ἐν ληστηρίῳ, ἐπανίστατο, καὶ ὑβρίζειν ἐπειρᾶτο. ἡ δὲ ἐν ἀμηχάνῳ κακῷ γενομένη, σπασαμένη τὸ παρακείμενον ξίφος, παίει τὸν Ἀγχίαλον, καὶ πληγὴ γίνεται καιρία. ὁ μὲν γὰρ, περιληψόμενος καὶ φιλήσων, ὅλος ἐνενεύκει πρὸς αὐτὴν, ἡ δὲ, ὑπενεγκοῦσα τὸ ξίφος, κατὰ τῶν στέρνων ἔπληξε. καὶ Ἀγχίαλος μὲν δίκην ἱκανὴν ἐδεδώκει τῆς πονηρᾶς ἐπιθυμίας: ἡ δὲ Ἀνθία εἰς φόβον μὲν τῶν δεδραμένων ἔρχεται; καὶ πολλὰ ἐβουλεύετο, ποτὲ μὲν ἑαυτὴν ἀποκτεῖ-

τεῖναι; ἀλλ' ἔτι ὑπὲρ Ἁβροκόμου τι ἤλπιζε; ποτὲ δὲ φυγεῖν ἐκ τοῦ ἄντρου; ἀλλὰ τοῦτο ἀμήχανον ἦν, οὔ τε γὰρ ἡ ὁδὸς αὐτῇ εὔπορος ἦν, οὔ τε ὁ ἐξηγησόμενος τὴν πορείαν. ἔγνω μένειν οὖν ἐν τῷ ἄντρῳ, καὶ φέρειν ὅ τι ἂν τῷ δαίμονι δοκῇ. κἀκείνην μὲν τὴν νύκτα ἔμεινεν· οὔτε ὕπνου τυχοῦσα, καὶ πολλὰ ἐννοοῦσα.

ϛ'. Ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ἐγένετο, ἧκον οἱ περὶ τὸν Ἱππόθοον, καὶ ὁρῶσι τὸν Ἀγχίαλον ἀνῃρημένον, καὶ τὴν Ἀνθίαν παρὰ τῷ σώματι, καὶ εἰκάζουσι τὸ γενόμενον, καὶ ἀνακρίναντες αὐτὴν, μανθάνουσι πάντα. ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς ἐν ὀργῇ τὸ γενόμενον ἔχειν, καὶ τὸν τεθνηκότα ἐκδικῆσαι φίλον, καὶ ἐβουλεύοντο κατὰ Ἀνθίας ποικίλα. ὁ μέν τις ἀποκτεῖναι κελεύων, καὶ συνθάψαι τῷ Ἀγχιάλου σώματι; ἄλλος δὲ ἀνασταυρῶσαι. ὁ δὲ Ἱππόθοος ἠνιᾶτο μὲν ἐπὶ τῷ Ἀγχιάλῳ, ἐβουλεύετο δὲ κατὰ Ἀνθίας μείζονα κόλασιν. καὶ δὴ κελεύει τάφρον ὀρύξαντας μεγάλην καὶ βαθεῖαν, ἐμβάλλειν τὴν Ἀνθίαν, καὶ κύνας μετ' αὐτῆς δύο, ἵνα ἐν τούτῳ μεγάλην δίκην ὑπόσχῃ τῶν τετολμημένων. καὶ οἱ μὲν ἐποίουν τὸ προσταχθὲν, ἤγετο δὲ ἡ Ἀνθία ἐπὶ τὴν τάφρον: καὶ οἱ κύνες δὲ ἦσαν Αἰγύπτιοι, καὶ ὀφθῆναι φοβεροί. ὡς δὲ ἐνεβλήθησαν, ξύλα ἐπιτιθέντες μεγάλα, ἐπέχωσαν τὴν τάφρον, (ἦν δὲ τοῦ Νείλου ὀλίγον ἀπέχουσα,) καὶ κατέστησαν φρουρὸν ἕνα τῶν λῃστῶν Ἀμφίνομον. οὗτος ὁ Ἀμφίνομος ἤδη μὲν καὶ πρότερον ἑαλώκει τῆς Ἀνθίας τότε δ' οὖν ἠλέει μᾶλλον αὐτὴν. καὶ τῆς συμφορᾶς ᾤκτειρεν: ἐπενόει δὲ ὅπως ἐπὶ πλεῖον αὐτὴ ζήσεται, ὅπως τε οἱ κύνες αὐτῇ μηδὲν ἐνοχλήσωσι. καὶ ἑκάστοτε ἀφαιρῶν τῶν ἐπικειμένων τῇ τάφρῳ ξύλων, ἄρτους ἐνέβαλε, καὶ ὕδωρ παρεῖχε, καὶ ἐκ τούτου τὴν Ἀνθίαν θαῤῥεῖν παρεκάλει. καὶ οἱ κύνες τρεφόμενοι, οὐδὲν ἔτι δεινὸν αὐτὴν εἰργάζοντο, ἀλλὰ ἤδη τιθασσοὶ ἐγίνοντο καὶ ἥμεροι. ἡ δὲ Ἀνθία ἀποβλέψασα εἰς ἑαυτὴν, καὶ τὴν παροῦσαν τύχην ἐννοήσασα, οἴμοι, φησὶ, τῶν κακῶν! οἵαν ὑπομένω τιμωρίαν! τάφρος, καὶ δεσμωτήριον, καὶ κύνες συγκαθειργμένοι, πολὺ τῶν λῃστῶν ἡμερώτεροι τὰ αὐτὰ Ἁβροκόμη, σοι πάσχω, ἧς γάρ ποτε ἐν ὁμοίᾳ τύχῃ καὶ σὺ, καί σε ἐν Τύρῳ κατέλιπον ἐν δεσμωτηρίῳ. ἀλλ' εἰ μὲν ζῇς ἔτι, δεινὸν οὐδὲν, ἴσως γάρ ποτε ἀλλήλους ἕξομεν, εἰ δὲ ἤδη τέθνηκας, μάτην ἐγὼ φιλοτιμοῦμαι ζῆν, μάτην δὲ οὗτος, ὅστις πώποτέ ἐστιν, ἐλεεῖ με τὴν δυστυχῆ· ταῦτα ἔλεγε, καὶ ἐπεθρήνει συνεχῶς. καὶ ἡ μὲν ἐν τῇ τάφρῳ κατεκέκλειστο μετὰ τῶν κυνῶν, ὁ δὲ Ἀμφίνομος ἑκάστοτε κἀκείνην παρεμυθεῖτο, καὶ τοὺς κύνας ἡμέρους ἐποίει τρέφων.

ΞΕ-

ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ ΕΦΕΣΙΟΥ

ΤΩΝ ΚΑΤΑ

ΑΝΘΙΑΝ ΚΑΙ ΑΒΡΟΚΟΜΗΝ

ΕΦΕΣΙΑΚΩΝ ΛΟΓΟΣ Ε.

α. Ὁ δὲ Ἀβροκόμης διανύσας τὸν ἀπ' Ἀιγύπτου πλοῦν, ἐις αὐτὴν μὲν Ἰταλίαν ὀυκ ἔρχεται, τὸ γὰρ πνεῦμα τὴν ναῦν ἀπῶσαν, τοῦ μὲν κατ' ἐυθὺ ἀπέσφηλε πλοῦ, ἤγαγε δὲ ἐις Σικελίαν, καὶ κατήχθησαν ἐις πόλιν Συρακούσας μεγάλην καὶ καλήν. ἐνταῦθα ὁ Ἀβροκόμης γενόμενος ἔγνω περιϊέναι τὴν νῆσον, καὶ ἀναζητεῖν ἔτι περὶ Ἀνθίας ἐι τι πύθοιτο, καὶ δὴ ἐνοικίζεται μὲν πλησίον τῆς θαλάσσης παρὰ ἀνδρὶ Ἀιγιαλεῖ πρεσβύτῃ ἁλιεῖ τὴν τέχνην. ὁυτος ὁ Ἀιγιαλεύς πένης μὲν ἦν καὶ ξένος, καὶ ἀγαπητῶς αὐτὸν διέτρεφεν ἐκ τῆς τέχνης. ὑπεδέξατο δὲ τὸν Ἀβροκόμην ἄσμενος, καὶ παῖδα ἐνόμιζεν ἀυτοῦ, καὶ ἠγάπα διαφερόντως. καὶ ἤδη ποτὲ, καὶ ἐκ πολλῆς τῆς πρὸς ἀλλήλους συνηθείας, ὁ μὲν Ἀβροκόμης αὐτῷ διηγήσατο τὰ κατ' αὐτὸν, καὶ τὴν Ἀνθίαν ἐιρήκει, καὶ τὸν ἔρωτα, καὶ τὴν πλάνην; ὁ δὲ Ἀιγιαλεύς ἄρχεται τῶν αὐτοῦ διηγημάτων. ἐγὼ, ἔφη, τέκνον Ἀβροκόμη, ὄυτε Σικελιώτης ὀυδὲ ἐπιχώριος, ἀλλὰ Σπαρτιάτης Λακεδαιμόνιος, τῶν τὰ πρῶτα ἐκεῖ δυναμένων, καὶ περιουσίαν ἐχόντων πολλήν. Νέος δὲ ὢν ἠράσθην, ἐν τοῖς ἐφήβοις καταλελεγμένος, κόρης πολίτιδος Θελξινόης τοὔνομα, ἀντήρα δὲ μου καὶ Θελξινόη. καὶ τῇ πόλει παννυχίδος ἀγομένης συνήλθομεν ἀλλήλοις, ἀμφοτέρους ὁδηγουμένου θεοῦ, καὶ ἀπηλαύσαμεν ὧν ἕνεκα συνήλθομεν. καὶ χρόνῳ τινὶ ἀλλήλοις συνῆμεν λανθάνοντες, καὶ ὠμόσαμεν ἀλλήλους πολλάκις ἕξειν καὶ μέχρι θανάτου. ἐνεμέσησε δέ τις ἄρα θεῶν: κἀγὼ μὲν ἔτι ἐν τοῖς ἐφήβοις ἤμην, τὴν δὲ Θελξινόην ἐδίδοσαν πρὸς γάμον ὁι πατέρες ἐπιχωρίῳ τινὶ νεανίσκῳ Ἀνδροκλεῖ τοὔνομα, ἤδη δὲ

αὐτῆς καὶ ἦρα ὁ Ἀνδροκλῆς. τὰ μὲν ὖν πρῶτα ἡ κόρη πολλὰς προφάσεις ἐποιεῖτο ἀναβαλλομένη τὸν γάμον; τελευταῖον δὲ, δυνηθεῖσα ἐν ταὐτῷ μοι γενέσθαι, συντίθεται νύκτωρ ἐξελθεῖν Λακεδαίμονος μετ' ἐμοῦ. καὶ δὴ ἐστείλαμεν ἑαυτοὺς νεανικῶς, ἀπέκειρα δὲ καὶ τὴν κόμην τῆς Θελξινόης. ἐν αὐτῇ τῇ τῶν γάμων νυκτὶ ἐξελθόντες ὖν τῆς πόλεως, ᾔειμεν εἰς Ἄργος καὶ Κόρινθον, κἀκεῖθεν ἀναγόμενοι ἐπλεύσαμεν εἰς Σικελίαν: Λακεδαιμόνιοι δὲ πυθόμενοι τὴν φυγὴν, ἡμῶν θάνατον κατεψηφίσαντο. ἡμεῖς δὲ ἐνταῦθα διήγομεν ἐν ἀπορίᾳ μὲν τῶν ἐπιτηδείων, ἡδόμενοι δὲ, καὶ πάντων ἀπολαύειν δοκοῦντες, ὅτι ἦμεν μετ' ἀλλήλων. καὶ τέθνηκεν ἐνταῦθα ὐ πρὸ πολλοῦ Θελξινόη, καὶ τὸ σῶμα ὐ τέθαπται, ἀλλὰ ἔχω γὰρ μετὰ ἐμαυτοῦ, καὶ ἀεὶ φιλῶ, καὶ σύνειμι. καὶ ἅμα λέγων εἰσάγει τὸν Ἀβροκόμην εἰς τὸ ἐνδότερον δωμάτιον, καὶ δείκνυσι τὴν Θελξινόην, γυναῖκα πρεσβῦτιν μὲν ἤδη, καλὴν γενομένην ἔτι Αἰγιαλεῖ κόρην. τὸ δὲ σῶμα αὐτῆς ἐτέθαπτο ταφῇ Αἰγυπτίᾳ, ἦν γὰρ καὶ τούτων ἔμπειρος ὁ γέρων. ταύτῃ ὖν, ἔφη, ὦ τέκνον Ἀβροκόμη, ἀεὶ ὡς ζώσῃ, λαλῶ, καὶ συγκατάκειμαι, καὶ συνευωχοῦμαι; κἂν ἔλθω ποτὲ ἐκ τῆς ἁλείας κεκμηκὼς, αὕτη με παραμυθεῖται βλεπομένη; ὐ γὰρ οἵα νῦν ὁρᾶταί σοι, τοιαύτη φαίνεταί μοι, ἀλλὰ ἐννοῶ, τέκνον, οἵα μὲν ἦν ἐν Λακεδαίμονι, οἵα δὲ ἐν τῇ φυγῇ: τὰς παννυχίδας ἐννοῶ. ἔτι λέγοντος τοῦ Αἰγιαλέως ἀνωδύρετο ὁ Ἀβροκόμης: σὲ δὴ, λέγων, ὦ πασῶν δυστυχεστάτη κόρη, πότε ἀνευρήσω κἂν νεκράν? Αἰγιαλεῖ μὲν γὰρ τοῦ βίου μεγάλη παραμυθία τὸ σῶμα τὸ Θελξινόης, καὶ νῦν ἀληθῶς μεμάθηκα ὅτι ἔρως ἀληθινὸς ὅρον ἡλικίας ὐκ ἔχει; ἐγὼ δὲ πλανῶμαι μὲν κατὰ πᾶσαν γῆν καὶ θάλασσαν, ὐ δεδύνημαι δὲ ὐδὲν ἀκοῦσαι περὶ σου. ὦ μαντεύματα δυστυχῆ! ὦ τὰ πάντων ἡμῖν Ἄπολλον χρήσας χαλεπώτατα, οἴκτειρον ἤδη, καὶ τὰ τέλη τῶν μεμαντευμένων ἀπόδιδου. καὶ ὁ μὲν Ἀβροκόμης ταυτὶ κατοδυρόμενος, παραμυθουμένου αὐτὸν Αἰγιαλέως, διῆγεν ἐν Συρακούσαις, ἤδη καὶ τῆς τέχνης Αἰγιαλεῖ κοινωνῶν.

β'. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἱππόθοον μέγα μὲν ἤδη τὸ λῃστήριον κατεστήσαντο, ἔγνωσαν δὲ ἀπαίρειν Αἰθιοπίας, καὶ μείζοσιν ἤδη πράγμασιν ἐπιτίθεσθαι; ὐ γὰρ ἐδόκει Ἱπποθόῳ αὔταρκες εἶναι λῃστεύειν κατ' ἄνδρα, εἰ μὴ καὶ κώμαις καὶ πόλεσιν ἐπιβάλοι. καὶ ὁ μὲν παραλαβὼν τοὺς σὺν αὐτῷ, καὶ ἐπιφορτισάμενος πάντα, (ἦν δὲ αὐτῷ καὶ ὑποζύγια πολλὰ καὶ κάμηλοι ὐκ ὀλίγαι,) Αἰθιοπίαν μὲν κατέλιπεν, ᾔει δὲ ἐπ' Αἴγυπτον τε καὶ Ἀλεξάνδρειαν, καὶ ἐνενόει Φοινίκην καὶ Συρίαν πάλιν; τὴν δὲ Ἀνθίαν προσεδόκα τεθνηκέναι. ὁ δὲ Ἀμφίνομος, ὁ φρουρῶν ἐν τῇ τάφρῳ αὐτὴν, ἐρωτικῶς διακείμενος, ὐχ ὑπομένων ἀποσπασθῆναι τῆς κόρης διὰ τὴν πρὸς αὐτὴν φιλοστοργίαν, καὶ τὴν ἐπικειμένην συμφορὰν, Ἱπποθόῳ μὲν ὐχ εἵπετο, λανθάνει δὲ ἐν πολλοῖς τοῖς ἄλλοις, καὶ ἀποκρύπτεται ἐν ἄντρῳ τινὶ σὺν τοῖς ἐπιτηδείοις οἷς συνελέξατο. νυκτὸς δὲ γενομένης οἱ περὶ τὸν Ἱππόθοον ἐπὶ κώμην ἐληλύθεσαν τῆς Αἰγύπτου Ἀρείαν καλουμένην, πορθῆσαι

σαι θέλοντες. ὁ δὲ Ἀμφίνομος ἀνορύσσει τὴν τάφρον, καὶ ἐξάγει τὴν Ἀνθίαν, καὶ θαῤῥεῖν παρεκάλει. τῆς δὲ ἔτι φοβουμένης καὶ ὑποπτευούσης, τὸν ἥλιον ἐπόμνυσι, καὶ τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ θεοὺς, σεμνὴν τηρήσειν, γάμων ἁγνὴν μέχρις ἂν καὶ αὐτή ποτε πεισθεῖσα θελήσῃ συγκαταθέσθαι. πείθεται τοῖς ὅρκοις Ἀμφινόμου Ἀνθία, καὶ ἕπεται αὐτῷ. οὐκ ἀπελείποντο δὲ οἱ κύνες, ἀλλ᾽ ἔστεργον συνήθεις γενόμενοι. ἔρχονται δὲ εἰς Κοπτὸν, κἀνταῦθα ἔγνωσαν ἡμέρας διαγαγεῖν μέχρις ἂν προέλθωσιν οἱ περὶ τὸν Ἱππόθοον τῆς ὁδοῦ: ἐπεμελοῦντο δὲ τῶν κυνῶν ὡς ἔχοιεν τὰ ἐπιτήδεια. οἱ δὲ περὶ τὸν Ἱππόθοον προσβαλόντες τῇ κώμῃ τῇ Ἀρείᾳ, πολλοὺς μὲν τῶν ἐνοικούντων ἀπέκτειναν, καὶ τὰ οἰκήματα ἐνέπρησαν, καὶ κατῄεσαν οὐ τὴν αὐτὴν ὁδὸν, ἀλλὰ διὰ τοῦ Νείλου: πάντα γὰρ τὰ ἐκ τῶν μεταξὺ κωμῶν σκάφη συλλεξάμενοι ἐπιβάντες ἔπλεον ἐπὶ Σχεδίαν, καὶ . . κἀντεῦθεν ἐκβάντες παρὰ τὰς ὄχθας τοῦ Νείλου διώδευον τὴν ἄλλην Αἴγυπτον.

γʹ. Ἐν τούτῳ δὲ ὁ ἄρχων τῆς Αἰγύπτου ἐπέπυστο μὲν τὰ περὶ τὴν Ἀρείαν καὶ τὸ Ἱπποθόου ληστήριον, καὶ ὅτι ἀπ᾽ Αἰθιοπίας ἔρχονται. παρασκευάσας δὲ στρατιώτας πολλοὺς, καὶ ἄρχοντα τούτοις ἐπιστήσας τῶν συγγενῶν τῶν αὑτοῦ Πολύϊδον, νεανίσκον ὀφθῆναι χαρίεντα, δρᾶσαι γεννικὸν, ἔπεμψεν ἐπὶ τοὺς λῃστάς. οὗτος ὁ Πολύϊδος, παραλαβὼν τὸ στράτευμα, ἀπήντα κατὰ Πηλούσιον τοῖς περὶ τὸν Ἱππόθοον, καὶ εὐθὺς παρὰ τὰς ὄχθας μάχη τε αὐτῶν γίνεται, καὶ πίπτουσιν ἑκατέρων πολλοί. νυκτὸς δὲ ἐπιγενομένης τρέπονται μὲν οἱ λῃσταὶ, καὶ πάντες ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν φονεύονται, εἰσὶ δὲ οἳ καὶ ζῶντες ἐλήφθησαν. Ἱππόθοος μόνος ἀποῤῥίψας τὰ ὅπλα ἔφυγε τῆς νυκτὸς καὶ ἦλθεν εἰς Ἀλεξάνδρειαν, κἀκεῖθεν, δυνηθεὶς λαθεῖν, ἐπιβὰς ἀναγομένῳ πλοίῳ, ἐπανήχθη. ἦν δὲ αὐτῷ ἡ πᾶσα ἐπὶ Σικελίαν ὁρμὴ, ἐκεῖ γὰρ ἐδόκει μάλιστα διαλήσεσθαί τε καὶ διατραφήσεσθαι; ἤκουε δὲ τὴν νῆσον εἶναι μεγάλην καὶ εὐδαίμονα.

δʹ. Ὁ δὲ Πολύϊδος οὐχ ἱκανὸν εἶναι ἐνόμισε κρατῆσαι τῶν συμβαλόντων λῃστῶν, ἀλλ᾽ ἔγνω δεῖν ἀνερευνῆσαί τε, καὶ ἐκκαθῆραι τὴν Αἴγυπτον, εἴ που ἢ τὸν Ἱππόθοον, ἢ τῶν σὺν αὐτῷ τινὰ ἀνεύροι. παραλαβὼν οὖν μέρος τι τοῦ στρατιωτικοῦ, καὶ τοὺς εἰλημμένους τῶν λῃστῶν, ἵν᾽, εἴ τις φαίνοιτο, οἱ μηνύσειαν, ἀνέπλει τὸν Νεῖλον, καὶ τὰς πόλεις διηρεύνα, καὶ ἐνενόει μέχρις Αἰθιοπίας ἐλθεῖν. ἔρχονται δὲ καὶ εἰς Κοπτὸν, ἔνθα ἦν Ἀνθία μετὰ Ἀμφινόμου. καὶ αὐτὴ μὲν ἔτυχεν ἐπὶ τῆς οἰκίας, τὸν δὲ Ἀμφίνομον γνωρίζουσιν οἱ τῶν λῃστῶν εἰλημμένοι, καὶ λέγουσι τῷ Πολυΐδῳ; καὶ Ἀμφίνομος λαμβάνεται, καὶ ἀνακρινόμενος, τὰ περὶ τὴν Ἀνθίαν διηγεῖται. ὁ δὲ ἀκούσας κελεύει καὶ αὐτὴν ἄγεσθαι, καὶ ἐλθούσης ἀνεπυνθάνετο ἥτις εἴη καὶ πόθεν. ἡ δὲ τῶν μὲν ἀληθῶν οὐδὲν λέγει, ὅτι δὲ Αἰγυπτία εἴη, καὶ ὑπὸ τῶν λῃστῶν εἴληπτο. ἐν τούτῳ ἐρᾷ καὶ ὁ Πολύϊδος Ἀνθίας ἔρωτα σφοδρὸν, (ἦν δὲ αὐτῷ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γυνὴ,) ἐρασθεὶς δὲ, τὰ μὲν πρῶτα ἐπειρᾶτο πείθειν μεγάλα ὑπισχνούμενος; τελευταῖον δὲ κατῄεσαν εἰς Ἀλεξάν-

δρειάν: ὡς δὲ ἐγένοντο ἐν Μέμφει, ἐπεχείρησεν ὁ Πολύϊδος βιάζεσθαι τὴν Ἀνθίαν. ἡ δὲ ἐκφυγεῖν δυνηθεῖσα, ἐπὶ τὸ τῆς Ἴσιδος ἱερὸν ἔρχεται ἱκέτις γενομένη, σύ με, εἶπεν, ὦ δέσποινα Αἰγύπτου, πάλιν σῶσον, ᾗ ἐβοήθησας πολλάκις: φεισάσθω μου καὶ Πολύϊδος, τῆς διὰ σὲ σώφρονος Ἀβροκόμῃ τηρουμένης. ὁ δὲ Πολύϊδος ἅμα μὲν τὴν θεὰν ἐδεδοίκει, ἅμα δὲ ἤρα τῆς Ἀνθίας, καὶ τῆς τύχης αὐτὴν ἠλέει. πρόσεισι δὲ τῷ ἱερῷ μόνος, καὶ ὄμνυσι μήποτε βιάσασθαι τὴν Ἀνθίαν, οὐδὲ ὑβρίσαι τι εἰς αὐτὴν, ἀλλὰ τηρῆσαι ἁγνὴν, ἐς ὅσον αὐτὴ θελήσει. αὔταρκες γὰρ αὐτῷ φιλοῦντι ἐδόκει εἶναι κἂν βλέπειν μόνον, καὶ λαλεῖν αὐτῇ. ἐπείσθη τοῖς ὅρκοις ἡ Ἀνθία, καὶ κατῆλθεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ, καὶ ἐπειδὴ ἔγνωσαν ἡμέραις τρισὶν αὐτοὺς ἀναλαβεῖν ἐν Μέμφει, ἔρχεται ἡ Ἀνθία εἰς τὸ τοῦ Ἄπιδος ἱερόν. διασημότατον δὲ τοῦτο ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ὁ θεὸς τοῖς βουλομένοις μαντεύει; ἐπειδὰν γάρ τις προσελθὼν εὔξηται, καὶ δεηθῇ τοῦ θεοῦ, αὐτὸς μὲν ἔξεισιν, οἱ δὲ περὶ τοῦ νεὼ τοῦ θεοῦ Αἰγύπτιοι ἃ μὲν καταλογάδην, ἃ δὲ ἐν μέτρῳ προλέγουσι τῶν ἐσομένων ἕκαστα. ἐλθοῦσα δὲ καὶ ἡ Ἀνθία προσπίπτει τῷ Ἄπιδι: ὦ θεῶν, ἔφη, φιλανθρωπότατε, ὁ πάντας οἰκτείρων ξένους, ἐλέησον κἀμὲ τὴν κακοδαίμονα, καί μοι μαντείαν ἀληθῆ περὶ Ἀβροκόμου πρόειπε: εἰ μὲν γὰρ αὐτὸν ἔτι ὄψομαι, καὶ ἄνδρα λήψομαι, καὶ μενῶ, καὶ ζήσομαι; εἰ δὲ ἐκεῖνος τέθνηκεν, ἀπαλλαγῆναι κἀμὲ καλῶς ἔχει τοῦ πονήρου τούτου βίου. εἰποῦσα καὶ καταδακρύσασα ἐξῄει τοῦ ἱεροῦ. κἂν τούτῳ οἱ παῖδες πρὸ τοῦ τεμένους παίζοντες ἅμα ἐξεβόησαν: Ἀνθία Ἀβροκόμην λήψεται ταχὺ ἄνδρα τὸν αὐτῆς. ἀκούσασα εὐθυμοτέρα ἐγένετο, καὶ προσεύχεται τοῖς θεοῖς, καὶ ἅμα μὲν ἀπῄεσαν, εἰς Ἀλεξάνδρειαν.

ε. Ἐπέπυστο δὲ ἡ Πολυΐδου γυνὴ, ὅτι ἄγει κόρην ἐρωμένην, καὶ φοβηθεῖσα μή πως ἡ ξένη αὐτὴν παρευδοκιμήσῃ, Πολυΐδῳ μὲν οὐδὲν λέγει, ἐβουλεύετο δὲ κατ' αὐτῆς ὅπως τιμωρήσεται τὴν δοκοῦσαν ἐπιβουλεύειν τοῖς γάμοις. καὶ δὴ ὁ μὲν Πολύϊδος ἀπήγγελλέ τε τῷ ἄρχοντι τῆς Αἰγύπτου τὰ γενόμενα, καὶ τὰ λοιπὰ ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου διῴκει τὰ τῆς ἀρχῆς. ἀπόντος δὲ αὐτοῦ, Ῥηναία (τοῦτο γὰρ ἐκαλεῖτο ἡ τοῦ Πολυΐδου γυνὴ,) μεταπέμπεται τὴν Ἀνθίαν, ἦν δὲ ἐπὶ τῆς οἰκίας, καὶ περιῤῥήγνυσι τὴν ἐσθῆτα, καὶ αἰκίζεται τὸ σῶμα. ὦ πονηρὰ, λέγουσα, καὶ τῶν γάμων τῶν ἐμῶν ἐπίβουλε, ματαίως ἔδοξας Πολυΐδῳ καλὴ, οὐ γάρ σε ὀνήσει τὸ κάλλος τοῦτο. ἴσως μὲν γὰρ πείθειν λῃστὰς ἐδύνασο, καὶ συγκαθεύδειν νεανίσκοις μεθύουσι πολλοῖς; τὴν δὲ Ῥηναίας εὐνὴν οὔποτε ὑβρίσεις χαίρουσα. ταῦτα εἰποῦσα ἀπέκειρε τὴν κόμην αὐτῆς, καὶ δεσμὰ περιτίθησι, καὶ παραδοῦσα οἰκέτῃ τινὶ πιστῷ, Κλυτῷ τοὔνομα, κελεύει ἐμβιβάσαντα εἰς ναῦν, ἀπαγαγόντα εἰς Ἰταλίαν, ἀποδόσθαι πορνοβοσκῷ τὴν Ἀνθίαν. οὕτω γὰρ, ἔφη, δυνήσῃ, ἡ καλὴ, τῆς ἀκρασίας κόρου λαβεῖν. ἤγετο δὲ ἡ Ἀνθία ὑπὸ τοῦ Κλυτοῦ κλαίουσα καὶ ὀδυρομένη. ὦ κάλλος ἐπίβουλον, λέγουσα, ὦ δυστυχὴς εὐμορφία! τί μοι παραμένετε ἐνοχλοῦντα? τί δὲ αἴτια πολλῶν κακῶν μοι γίνεσθε? οὐκ

ἤρκουν

ἤρκουν ὁι τάφοι, ὁι φόνοι, τὰ δεσμὰ, τὰ λῃστήρια; ἀλλ' ἤδη καὶ ἐπὶ ὀικήματος στήσομαι, καὶ τὴν μέχρι νῦν Ἁβροκόμῃ τηρουμένην σωφροσύνην πορνοβοσκὸς ἀναγκάσει με λύειν? ἀλλ' ὦ δέσποτα, προσπεσοῦσα ἔλεγε τοῖς γόνασι τοῦ Κλυτοῦ, μή με ἐπὶ ἐκείνην τὴν τιμωρίαν ἅμα προαγάγῃς, ἀλλ' ἀπόκτεινόν με αὐτός: ὀυκ ὄισω πορνοβοσκὸν δεσπότην: σωφρονεῖν, πίστευσον, ἐιθίσμεθα. ταῦτα ἐδεῖτο, ἠλέει δὲ αὐτὴν ὁ Κλυτός. καὶ ἡ μὲν ἀπήγετο ἐις Ἰταλίαν, ἡ δὲ Ῥηναία ἐλθόντι τῷ Πολυΐδῳ λέγει, ὅτι ἀπέδρα ἡ Ἀνθία, κἀκεῖνος, ἐκ τῶν ἤδη πεπραγμένων, ἐπίστευεν αὐτῇ. ἡ δὲ Ἀνθία κατήχθη μὲν ἐις Τάραντα, πόλιν τῆς Ἰταλίας; ἐνταῦθα δὲ ὁ Κλυτὸς, δεδοικὼς τὰς τῆς Ῥηναίας ἐντολὰς, ἀποδίδοται αὐτὴν πορνοβοσκῷ. ὁ δὲ ἰδὼν κάλλος, ὄιον ὄυπω πρότερον ἐτεθέατο, μέγα κέρδος ἕξειν τὴν παῖδα ἐνόμιζε, καὶ ἡμέραις μέν τισιν αὐτὴν ἀνελάμβανεν ἐκ τοῦ πλοῦ κεκμηκυῖαν, καὶ ἐκ τῶν ὑπὸ τῆς Ῥηναίας βασάνων. ὁ δὲ Κλυτὸς ἧκεν ἐις Ἀλεξάνδρειαν, καὶ τὰ πραχθέντα ἐμήνυσε τῇ Ῥηναίᾳ.

ς'. Ὁ δὲ Ἱππόθοος, διανύσας τὸν πλοῦν, κατήχθη μὲν ἐις Σικελίαν, ὀυκ ἐις Συρακούσας δὲ, ἀλλ' ἐις Ταυρομένιον, καὶ ἐζήτει καιρὸν, δι' ὅυ τὰ ἐπιτήδεια ἕξει. τῷ δὲ Ἁβροκόμῃ ἐν Συρακούσαις, ἕως χρόνος πολὺς ἐγένετο, ἀθυμία ἐμπίπτει καὶ ἀπορία δεινὴ, ὅτι μηδὲ Ἀνθίαν ἐυρίσκοι, μηδὲ ἐις τὴν πατρίδα ἀνασώζοιτο. διέγνω ὄυν ἀποπλεύσας ἐκ Σικελίας, ἐις Ἰταλίαν ἀνελθεῖν, κἀκεῖθεν, ἐι μηδὲν ἐυρίσκοι τῶν ζητουμένων, ἐις Ἔφεσον πλεῦσαι πλοῦν δυστυχῆ. ἤδη δὲ καὶ ὁι γονεῖς αὐτῶν καὶ ὁι Ἐφέσιοι πάντες ἐν πολλῷ πένθει ἦσαν, ὄυτε ἀγγέλου παρ' αὐτῶν ἀφιγμένου, ὄυτε γραμμάτων, ἀπέπεμπον δὲ πανταχοῦ τοὺς ἀναζητήσοντας. ὑπὸ ἀθυμίας δὲ καὶ γήρως ὀυ δυνηθέντε ἀντισχεῖν ὁι γονεῖς ἑκατέρων, ἑαυτοὺς ἐξήγαγον τοῦ βίου. καὶ ὁ μὲν Ἁβροκόμης ᾔει τὴν ἐπὶ Ἰταλίας ὁδὸν. ὁ δὲ Λεύκων καὶ ἡ Ῥόδη, ὁι σύντροφοι τοῦ Ἁβροκόμου καὶ τῆς Ἀνθίας, τεθνηκότος αὐτοῖς ἐν Ξάνθῳ τοῦ δεσπότου, καὶ τὸν κλῆρον (ἦν δὲ πολύς,) ἐκείνοις καταλιπόντος, διέγνωσαν ἐις Ἔφεσον πλεῖν, ὡς ἤδη μὲν αὐτοῖς τῶν δεσποτῶν σεσωσμένων, ἱκανῶς τῆς κατὰ τὴν ἀποδημίαν συμφορᾶς πεπειραμένοι. ἐνθέμενοι δὲ πάντα τὰ αὐτῶν νηὶ, ἀνήγοντο ἐις Ἔφεσον, καὶ ἡμέραις τε ὀυ πολλαῖς ἀνύσαντες τὸν πλοῦν, ἧκον ἐις Ῥόδον. κἀκεῖ μαθόντες, ὅτι ὀυδέπω μὲν Ἁβροκόμης καὶ Ἀνθία σώζοιντο, τεθνήκασι δὲ αὐτῶν ὁι πατέρες, διέγνωσαν ἐις Ἔφεσον μὴ κατελθεῖν, χρόνῳ δέ τινι ἐκεῖ γενέσθαι μέχρις ὄυ τὶ περὶ τῶν δεσποτῶν πύθωνται.

ζ'. Ὁ δὲ πορνοβοσκὸς ὁ τὴν Ἀνθίαν ὠνησάμενος, χρόνου διελθόντος, ἠνάγκασεν αὐτὴν ὀικήματος προεστάναι, καὶ δὴ, κοσμήσας καλῇ μὲν ἐσθῆτι, πολλῷ δὲ χρυσῷ, ἦγεν ὡς προστησομένην τέγους. ἡ δὲ μεγάλα ἀνακωκύσασα, Φεῦ μοι τῶν κακῶν, ἔιπεν, ὀυχ ἱκαναὶ γὰρ ἁι πρότερον συμφοραὶ, τὰ δεσμά τὰ λῃστήρια, ἀλλ' ἔτι καὶ πορνεύειν ἀναγκάζομαι! ὦ κάλλος δικαίως ὑβρισμένον! τί γὰρ ἡμῖν ἀκαίρως παραμένεις? ἀλλὰ τί ταῦτα θρηνῶ, καὶ ὀυχ ἐυρίσκω τινὰ μηχανὴν, δι' ἧς φυλάξω τὴν μέχρι νῦν σωφρο-

σύνην τετηρημένην? ταῦτα λέγουσα ἤγετο ἐπὶ τὸ ὄικημα τοῦ πορνοβοσκοῦ, τὰ μὲν δεομένου θαῤῥεῖν, τὰ δὲ ἀπειλοῦντος. ὡς δὲ ἦλθε καὶ προέστη, πλῆθος ἐπέῤῥει τῶν τεθαυμακότων τὸ κάλλος, ὄι γε πολλοὶ ἦσαν ἕτοιμοι ἀργύριον κατατίθεσθαι τῆς ἐπιθυμίας. ἡ δὲ ἐν ἀμηχάνῳ γενομένη κακῷ, ἐυρίσκει τέχνην ἀποφυγῆς: πίπτει μὲν γὰρ ἐις γῆν, καὶ παρεῖται τὸ σῶμα, καὶ ἐμιμεῖτο τοὺς νοσοῦντας τὴν ἐκ θεῶν καλουμένην νόσον. ἦν δὲ τῶν παρόντων ἔλεος ἅμα καὶ φόβος, καὶ τοῦ μὲν ἐπιθυμεῖν συνουσίας ἀπείχοντο, ἐθεράπευον δὲ τὴν Ἀνθίαν. ὁ δὲ πορνοβοσκὸς συνεὶς ὄι κακῶν ἐγεγόνει, καὶ νομίσας ἀληθῶς νοσεῖν τὴν κόρην, ἦγεν ἐις τὴν ὀικίαν, καὶ κατέκλινέ τε καὶ ἐθεράπευε. καὶ ὡς ἔδοξεν ἀυτῆς γεγονέναι, ἀνεπυνθάνετο τὴν ἀιτίαν τῆς νόσου: ἡ δὲ Ἀνθία, καὶ πρότερον, ἔφη, δέσποτα, ἐιπεῖν πρός σε ἐβουλόμην τὴν συμφορὰν τὴν ἐμὴν, καὶ διηγήσασθαι τὰ συμβάντα, ἀλλὰ ἀπέκρυπτον ἀιδουμένη; νυνὶ δὲ ὀυδὲν χαλεπὸν ἐιπεῖν πρός σε, πάντα ἤδη μεμαθηκότα τὰ κατ' ἐμέ. παῖς ἔτι ὄυσα, ἐν ἑορτῇ καὶ παννυχίδι ἀποπλανηθεῖσα τῶν ἐμαυτῆς, ἧκον πρός τινα τάφον ἀνδρὸς νεωστὶ τεθνηκότος: κἀνταῦθα ἐφάνη μοί τις ἀναθορὼν ἐκ τοῦ τάφου, καὶ κατέχειν ἐπειρᾶτο; ἐγὼ δὲ ἀπέφυγον καὶ ἐβόων: (ὁ δὲ ἄνθρωπος ἦν μὲν ὀφθῆναι φοβερὸς, φωνὴν δὲ πολλῷ ἐιχε χαλεπωτέραν,) καὶ τέλος ἡμέρα μὲν ἤδη ἐγένετο, ἀφεὶς δέ με, ἔπληξέ τε κατὰ τοῦ στηθοῦς, καὶ νόσον ταύτην ἔλεγεν ἐμβεβληκέναι. ἐκεῖθεν ἀρξαμένη ἄλλοτε ἄλλως ὑπὸ τῆς συμφορᾶς κατέχομαι. ἀλλὰ δέομαί σου, δέσποτα, μηδέν μοι χαλεπήνῃς, ὀυ γὰρ ἐγὼ τούτων ἀιτία: δυνήσῃ γάρ με ἀποδόσθαι, καὶ μηδὲν ἀπολέσαι τῆς δοθείσης τιμῆς. ἀκούσας ὁ πορνοβοσκὸς ἠνιᾶτο μὲν, συνεγίνωσκε δὲ ἀυτῇ, ὡς ὀυχ ἑκούσῃ ταῦτα πασχούσῃ.

η. Καὶ ἡ μὲν ἐθεραπεύετο ὡς νοσοῦσα παρὰ τῷ πορνοβοσκῷ, ὁ δὲ Ἁβροκόμης ἀπὸ τῆς Σικελίας ἐπαναχθεὶς κατῆρε μὲν ἐις Νουκέριον τῆς Ἰταλίας; ἀπορίᾳ δὲ τῶν ἐπιτηδείων ἀμηχανῶν ὅ τι ποιήσει, τὰ μὲν πρῶτα περιήει τὴν Ἀνθίαν ζητῶν, ἀυτὴ γὰρ ἦν ἀυτῷ τοῦ βίου παντὸς καὶ τῆς πλάνης ἡ ὑπόθεσις; ὡς δὲ ὀυδὲν ἥυρισκεν, ἦν δὲ ἐν Τάραντι ἡ κόρη παρὰ τῷ πορνοβοσκῷ, ἀυτὸν ἀπεμίσθωσε τοῖς τοὺς λίθους ἐργαζομένοις. καὶ ἦν ἀυτῷ τὸ ἔργον ἐπίπονον, ὀυ γὰρ συνείθιστο τὸ σῶμα ὀυδὲ ἀυτὸν ὑποβάλλειν ἔργοις ἐυτόνοις καὶ σκληροῖς. διέκειτο δὲ πονήρως, καὶ πολλάκις καποδυρόμενος τὴν ἀυτοῦ τύχην, ἰδοὺ, φησὶν, Ἀνθία, ὁ σὸς Ἁβροκόμης ἐργάτης τέχνης πονήρας, καὶ τὸ σῶμα ὑποτέθεικα δουλείᾳ! καὶ ἐι μὲν ἐιχόν τινα ἐλπίδα ἐυρήσειν τε καὶ τοῦ λοιποῦ συγκαταβιώσασθαι, τοῦτο πάντων ἄμεινόν με παραμυθεῖτο; νυνὶ δὲ ἴσως κἀγὼ δυστυχὴς ἐις κενὰ καὶ ἀνόνητα πονῶ, καὶ σύ που τέθνηκας πόθῳ τῷ πρὸς Ἁβροκόμην; πέπεισμαι γὰρ, φιλτάτη, ὡς ὀυκ ἄν ποτε ὀυδὲ ἀποθανοῦσα ἐκλάθοιό μου. καὶ ὁ μὲν ταῦτα ὠδύρετο, καὶ τοὺς πόνους ἔφερεν ἀλγεινῶς; τῇ δὲ Ἀνθίᾳ ὄναρ ἐπέστη ἐν Τάραντι κοιμωμένῃ. ἐδόκει δὴ ἀυτὴν ἐιναι μετὰ Ἁβροκόμου, καλὴν ὄυσαν μετ' ἐκείνου καλοῦ, καὶ τὸν πρῶτον ἐιναι τοῦ ἔρωτος ἀυτοῖς χρόνον; φανῆναι δέ τινα ἄλλην γυναῖκα καλὴν, καὶ ἀφέλκειν ἀυτῆς τὸν

τὸν Ἀβροκόμην; καὶ τέλος ἀναβοῶντος καὶ καλοῦντος ὀνομαστὶ, ἐξαναστῆναί τε, καὶ παύσασθαι τὸ ὄναρ. ταῦτα ὡς ἔδοξεν ἰδεῖν, εὐθὺς μὲν ἀνέθορέ τε καὶ ἀνεθρήνησε, καὶ ἀληθῆ τὰ ὀφθέντα ἐνόμιζεν, οἴμοι τῶν κακῶν! λέγουσα, ἐγὼ μὲν καὶ πόνους ὑπομένω πάντας, καὶ ποικίλων πειρῶμαι, δυστυχὴς, συμφορῶν, καὶ τέχνας σωφροσύνης ὑπὲρ γυναῖκας εὑρίσκω Ἀβροκόμη; σοὶ δὲ ἴσως ἄλλη που δέδοκται καλή; ταῦτα γάρ μοι σημαίνει τὰ ὀνείρατα. τί οὖν ἔτι ζῶ? τί ἐμαυτὴν λυπῶ? κάλλιον οὖν ἀπολεῖσθαι, καὶ ἀπαλλαγῆναι μὲν τοῦ πονήρου τούτου βίου, ἀπαλλαγῆναι δὲ τῆς ἀπρεποῦς ταύτης καὶ ἐπισφαλοῦς δουλείας. Ἀβροκόμης μὲν, εἰ καὶ τοὺς ὅρκους παραβέβηκε, μηδὲν οἱ θεοὶ τιμωρήσαιντο τοῦτον: ἴσως ἀνάγκη τι εἴργασται; ἐμοὶ δὲ ἀποθανεῖν καλῶς ἔχει σωφρονούσῃ. ταῦτα ἔλεγε θρηνοῦσα, καὶ μηχανὴν ἐζήτει τελευτῆς.

θ'. Ὁ δὲ Ἱππόθοος ὁ Περίνθιος ἐν τῷ Ταυρομενίῳ τὰ μὲν πρῶτα διῆγε πονήρως ἀπορίᾳ τῶν ἐπιτηδείων: χρόνου δὲ προϊόντος ἠράσθη πρεσβῦτις αὐτοῦ, καὶ ἔγημέ τε, ὑπ' ἀνάγκης τῆς κατὰ τὴν ἀπορίαν, τὴν πρεσβῦτιν; καὶ ὀλίγῳ συγγενόμενος χρόνῳ, ἀποθανούσης αὐτῆς, πλοῦτόν τε διαδέχεται πολὺν καὶ εὐδαιμονίαν. πολλὴ μὲν οἰκετῶν παραπομπὴ, πολλὴ δὲ τῶν ἐσθήτων ὕπαρξις, καὶ σκευῶν πολυτέλεια. Διέγνω δὲ πλεῦσαι μὲν εἰς Ἰταλίαν, ὠνήσασθαι δὲ οἰκέτας ὡραίους καὶ θεραπαίνας, καὶ ἄλλην σκευῶν περιβολὴν, ὅση γένοιτ' ἂν ἀνδρὶ εὐδαίμονι. ἐμέμνητο δὲ ἀεὶ τοῦ Ἀβροκόμου, καὶ τοῦτον ἀνευρεῖν ηὔχετο, περὶ πολλοῦ ποιούμενος κοινωνῆσαί τε αὐτῷ τοῦ βίου παντὸς καὶ τῶν κτημάτων. καὶ ὁ μὲν ἐπαναχθεὶς κατῆρεν εἰς Ἰταλίαν. εἵπετο δὲ αὐτῷ μειράκιον τῶν εἰς Σικελίαν εὖ γεγονότων Κλεισθένης τοὔνομα, καὶ πάντων μετεῖχε τῶν Ἱπποθόου κτημάτων, καλὸς ὤν. ὁ δὲ πορνοβοσκὸς, ἤδη τῆς Ἀνθίας ὑγιαίνειν δοκούσης, ἐνενόει ὅπως αὐτὴν ἀποδώσεται, καὶ δὴ προῆγεν αὐτὴν εἰς τὴν ἀγορὰν, καὶ τοῖς ὠνησομένοις ἐπεδείκνυεν. ἐν τούτῳ δὲ ὁ Ἱππόθοος περιῄει τὴν πόλιν τὴν Τάραντα, εἴ τι καλὸν, ὠνήσασθαι ζητῶν. καὶ ὁρᾷ τὴν Ἀνθίαν, καὶ γνωρίζει, καὶ ἐπὶ τῷ συμβάντι καταπλήσσεται, καὶ πολλὰ πρὸς ἑαυτὸν ἐλογίζετο: οὐχ αὕτη ἡ κόρη ἣν ἐγώ ποτε ἐν Αἰγύπτῳ, τιμωρῶν τῷ Ἀγχιάλου φόνῳ, εἰς τάφρον κατώρυξα, καὶ κύνας αὐτῇ συγκαθεῖρξα? τίς οὖν ἡ μεταβολή? πῶς δὲ σώζεται? τίς ἡ παράλογος σωτηρία? εἰπὼν ταῦτα προσῆλθεν, ὡς ὠνήσασθαι θέλων; καὶ παραστὰς αὐτῇ; ὦ κόρη, ἔφησεν, Αἴγυπτον οὐκ οἶδας? οὐδὲ λῃσταῖς ἐν Αἰγύπτῳ περιπέπτωκας? οὐδὲ ἄλλο τι ἐν ἐκείνῃ τῇ γῇ πέπονθας δεινόν? εἰπὲ θαρσοῦσα, γνωρίζω γάρ σε ἐν ἐκείνῳ τῷ χωρίῳ. Αἴγυπτον ἀκούσασα, καὶ ἀναμνησθεῖσα Ἀγχιάλου, καὶ τοῦ λῃστηρίου, καὶ τῆς τάφρου, ἀνῴμωξέ τε καὶ ἀνωδύρατο; ἀποβλέψασα δὲ εἰς τὸν Ἱππόθοον, (ἐγνώρισε δὲ αὐτὸν οὐδαμῶς,) πέπονθα, φησὶν, ἐν Αἰγύπτῳ πολλὰ, ὦ ξένε, καὶ δεινὰ, ὅστις ἄν ποτε ὢν τυγχάνεις, καὶ λῃσταῖς περιπέπτωκα: ἀλλὰ σὺ πῶς, εἰπὲ, γνωρίζεις τὰ ἐμὰ διηγήματα, πόθεν δὲ εἰδέναι λέγεις ἐμὲ τὴν δυστυχῆ? διαβόητα μὲν γὰρ καὶ ἔνδοξα πεπόνθαμεν, ἀλλὰ σὲ οὐ γι-

νώσκω τὸ σύνολον. ἀκούσας ὁ Ἱππόθοος, καὶ μᾶλλον ἐξ ὧν ἔλεγεν ἀναγνωρίσας αὐτὴν, τότε μὲν ἡσυχίαν ἤγαγεν, ὠνησάμενος δὲ αὐτὴν παρὰ τοῦ πορνοβοσκοῦ, ἄγει πρὸς ἑαυτὸν, καὶ θαῤῥεῖν παρεκελεύετο, καὶ ὅστις ἦν λέγει, καὶ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ γενομένων ἀναμιμνήσκει, καὶ τὸν ἑαυτοῦ πλοῦτον διηγεῖται, καὶ τὴν φυγήν. ἡ δὲ ᾐτεῖτο συγγνώμην ἔχειν, καὶ αὐτῷ ἀπεξηγεῖτο, ὅτι Ἀγχίαλον ἀπέκτεινε μὴ σωφρονοῦντα, καὶ τὴν τάφρον, καὶ τὸν Ἀμφίνομον, καὶ τὴν τῶν κυνῶν πρᾳότητα, καὶ τὴν σωτηρίαν διηγεῖται. κατῴκτειρεν αὐτὴν ὁ Ἱππόθοος, καὶ ἥτις μὲν ἦν ἐπέπυστο οὐδέπω. ἐκ δὲ τῆς καθημερινῆς σὺν τῇ κόρῃ διαίτης εἰς ἐπιθυμίαν Ἀνθίας καὶ Ἱππόθοος ἔρχεται, καὶ συνελθεῖν ἐβούλετο, καὶ πολλὰ ὑπισχνεῖται αὐτῇ. ἡ δὲ τὰ μὲν πρῶτα ἀντέλεγεν αὐτῷ, ἀναξία εἶναι λέγουσα εὐνῆς δεσποτικῆς; τελευταῖον δὲ ὡς ἐνέκειτο Ἱππόθοος, οὐκέτ' ἔχουσα ὅ τι ποιήσει, κάλλιον εἶναι νομίζουσα εἰπεῖν πάντα αὐτῷ τὰ ἀπόῤῥητα, ἢ παραβῆναι τὰς πρὸς Ἀβροκόμην συνθήκας, λέγει τὸν Ἀβροκόμην, τὴν Ἔφεσον, τὸν ἔρωτα, τοὺς ὅρκους, τὰς συμφορὰς, τὰ ληστήρια, καὶ συνεχὲς Ἀβροκόμην ἀνωδύρετο. ὁ δὲ Ἱππόθοος ἀκούσας ὅτι τε Ἀνθία εἴη, καὶ ὅτι γυνὴ τοῦ πάντων αὐτῷ φιλτάτου, ἀσπάζεταί τε αὐτὴν, καὶ εὐθυμεῖν παρεκάλει, καὶ τὴν αὐτοῦ πρὸς Ἀβροκόμην φιλίαν διηγεῖται. καὶ τὴν μὲν εἶχεν ἐπὶ τῆς οἰκίας, πᾶσαν προσάγων ἐπιμέλειαν Ἀβροκόμην αἰδούμενος, αὐτὸς δὲ πάντα ἀνηρεύνα, εἴ που τὸν Ἀβροκόμην ἀνεύροι.

I. Ὁ δὲ Ἀβροκόμης τὰ μὲν πρῶτα ἐπιπόνως ἐν τῷ Νουκερίῳ εἰργάζετο, τελευταῖον δὲ, οὐκέτι φέρων τοὺς πόνους, διέγνω νεὼς ἐπιβὰς εἰς Ἔφεσον ἀνάγεσθαι. καὶ ὁ μὲν νύκτωρ κατελθὼν ἐπὶ θάλασσαν, ἐπιτυγχάνει πλοίῳ ἀναγομένῳ, καὶ ἐπιβὰς ἔπλει τὴν ἐπὶ Σικελίαν πάλιν, ὡς ἐκεῖθεν ἐπὶ Κρήτην τε, καὶ Κύπρον, καὶ Ῥόδον ἀφιξόμενος, κἀκεῖθεν εἰς Ἔφεσον γενησόμενος. ἤλπιζε δὲ ἐν τῷ μακρῷ πλῷ καὶ περὶ Ἀνθίας τι πυθέσθαι. καὶ ὁ μὲν ὀλίγα ἔχων τὰ ἐπιτήδεια ἀναγόμενος, καὶ διανύσας τὸν πλοῦν, τὰ μὲν πρῶτα ἐπὶ τῆς Σικελίας ἔρχεται, καὶ εὑρίσκει τὸν πρότερον ξένον τὸν Αἰγιαλέα τεθνηκότα; ἐπενέγκας δὲ αὐτῷ χοὰς, καὶ πολλὰ καταδακρύσας ἀναχθεὶς πάλιν, καὶ Κρήτην παρελθὼν, ἐν Κύπρῳ γενόμενος, ἡμέρας διατρίψας ὀλίγας, καὶ εὐξάμενος τῇ πατρίῳ Κυπρίων θεῷ, ἀνήγετο, καὶ ἧκεν εἰς Ῥόδον: ἐνταῦθα πλησίον τοῦ λιμένος εἰσῳκίσατο. καὶ ἤδη τε ἐγγὺς ἐγίνετο Ἐφέσου, καὶ πάντων αὐτὸν ἔννοια τῶν δεινῶν εἰσήρχετο, τῆς πατρίδος, τῶν πατέρων, τῆς Ἀνθίας, τῶν οἰκετῶν; καὶ ἀναστενάξας, φεῦ, ἔφη, τῶν κακῶν! εἰς Ἔφεσον ἴξομαι μόνος, καὶ πατράσιν ὀφθήσομαι τοῖς ἐμαυτοῖς χωρὶς Ἀνθίας, καὶ πλεύσομαι πλοῦν ὁ δυστυχὴς κενὸν, καὶ διηγήσομαι διηγήματα ἴσως ἄπιστα, κοινωνὸν ὧν πέπονθα οὐκ ἔχων. ἀλλὰ καρτέρησον, Ἀβροκόμη, καὶ γενόμενος ἐν Ἐφέσῳ, τοσοῦτον ἐπιβίωσον χρόνον, τάφον ἔγειρον Ἀνθίᾳ, καὶ θρήνησον αὐτὴν, καὶ χοὰς ἐπένεγκαι, καὶ σαυτὸν ἤδη παρ' αὐτὴν ἄγε. ταῦτα ἔλεγε, καὶ πε-
ριήει

ριήει τὴν πόλιν ἀλύων, ἀπορίᾳ μὲν τῇ κατὰ τὴν Ἀνθίαν, ἀπορίᾳ δὲ τῶν ἐπιτηδείων. ὁ δὲ Λεύκων ἐν τούτῳ καὶ ἡ Ῥόδη διατρίβοντες ἐν Ῥόδῳ ἀνάθημα ἀνατεθείκεσαν ἐν τῷ τοῦ Ἡλίου ἱερῷ παρὰ τὴν χρυσῆν πανοπλίαν, ἣν Ἀνθία καὶ Ἁβροκόμης ἀνατεθείκεσαν. ἀνέθεσαν στήλην γράμμασι χρυσοῖς γεγραμμένην ὑπὲρ Ἁβροκόμου καὶ Ἀνθίας: ἀνεγέγραπτο δὲ καὶ τῶν ἀναθέντων τὰ ὀνόματα, ὅ τε Λεύκων καὶ ἡ Ῥόδη. ταύτῃ τῇ στήλῃ ὁ Ἁβροκόμης ἐπιτυγχάνει, ἐληλύθει δὲ προσεύξασθαι τῷ θεῷ. ἀναγνοὺς οὖν, καὶ γνωρίσας τοὺς ἀναθέντας, καὶ τὴν οἰκετῶν εὔνοιαν, πλησίον δὲ καὶ τὴν πανοπλίαν ἰδὼν, μέγα ἀνωδύρετο παρακαθεσθεὶς τῇ στήλῃ, ὦ πάντα, ἔλεγεν ἐγὼ δυστυχής! ἐπὶ τὸ τέρμα ἥκω τοῦ βίου, καὶ εἰς ἀνάμνησιν τῶν ἐμαυτοῦ συμφορῶν. ἰδοὺ ταύτην μὲν τὴν πανοπλίαν ἐγὼ μετ' Ἀνθίας ἀνέθηκα, καὶ μετ' ἐκείνης ἀποπλεύσας Ῥόδου, ἥκω νῦν ἐκείνην οὐκ ἄγων. εἰ δὲ αὕτη ἡ στήλη τῶν συντρόφων τῶν ἡμετέρων ὑπὲρ ἀμφοτέρων τὸ ἀνάθημα, τίς οὖν γένωμαι μόνος? ποῦ δὲ τοὺς φιλτάτους ἀνεύρω? ταῦτα ἐθρήνει λέγων, καὶ ἐν τούτῳ ἐφίσταται ὁ Λεύκων καὶ ἡ Ῥόδη συνήθως εὐχόμενοι τῷ θεῷ, καὶ θεωροῦσι τὸν Ἁβροκόμην τῇ στήλῃ παρακαθεζόμενον, καὶ εἰς τὴν πανοπλίαν ἀποβλέποντα, καὶ γνωρίζουσι μὲν οὐχὶ, θαυμάζουσι δὲ, ὅστις ὢν ἀλλοτρίοις ἀναθήμασι παραμένοι. καὶ δὴ ὁ Λεύκων ἔφη, ὦ μειράκιον, τί βουλόμενος ἀναθήμασιν οὐδέν σοι προσήκουσιν παρακαθεζόμενος ὀδύρῃ καὶ θρηνεῖς? τί δέ σοι τούτων μέλει? τί δὲ τῶν ἐνταῦθα ἀναγεγραμμένων κοινωνεῖ σοι? ἀποκρίνεται πρὸς αὐτὸν Ἁβροκόμης, ἐμὰ, φησὶν, ἐμὰ τὰ ἀναθήματα Λεύκωνος καὶ Ῥόδης, οὓς ἰδεῖν εὔχομαι μετὰ Ἀνθίαν Ἁβροκόμης ὁ δυστυχής. ἀκούσαντες οἱ περὶ τὸν Λεύκωνα εὐθὺς μὲν ἀχανεῖς ἐγένοντο; ἀνενεγκόντες δὲ κατὰ μικρὸν, ἐγνώριζον ἐκ τοῦ σχήματος, ἐκ τῆς φωνῆς, ἐξ ὧν ἔλεγεν, ἐξ ὧν Ἀνθίας ἐμέμνητο. καὶ πίπτουσι πρὸ τῶν ποδῶν αὐτοῦ, καὶ τὰ καθ' αὑτοὺς διηγοῦνται, τὴν ὁδὸν τὴν εἰς Συρίαν ἀπὸ Τύρου, τὴν Μαντοῦς ὀργὴν, τὴν ἔκδοσιν, τὴν πρᾶσιν, τὴν Λυκίαν, τὴν τοῦ δεσπότου τελευτὴν, τὴν περιουσίαν, τὴν εἰς Ῥόδον ἄφιξιν, καὶ δὴ παραλαβόντες ἄγουσιν εἰς τὴν οἰκίαν, ἔνθα αὐτοὶ κατήγοντο, καὶ τὰ κτήματα αὐτῷ παραδιδόασι, καὶ ἐπεμελοῦντο, καὶ ἐθεράπευον, καὶ θαῤῥεῖν παρεκάλουν. τῷ δὲ ἦν οὐδὲν Ἀνθίας τιμιώτερον, ἀλλ' ἐκείνην ἐθρήνει παρ' ἕκαστα.

ια. Καὶ ὁ μὲν ἐν Ῥόδῳ διῆγεν μετὰ τῶν συντρόφων ὅ τι πράξει βουλευόμενος, ὁ δὲ Ἱππόθοος διέγνω τὴν Ἀνθίαν ἀγαγεῖν ἀπὸ Ἰταλίας εἰς Ἔφεσον, ὡς ἀποδώσων τε τοῖς γονεῦσι, καὶ περὶ Ἁβροκόμου ἐκεῖ τι πευσόμενος. καὶ δὴ ἐμβαλὼν πάντα τὰ αὐτοῦ εἰς ναῦν μεγάλην Ἐφεσίαν, μετὰ τῆς Ἀνθίας ἀνήγετο, καὶ διανύσας μάλα ἀσμένως τὸν πλοῦν οὐ πολλαῖς ἡμέραις, εἰς Ῥόδον καταίρει νυκτὸς ἔτι, κἀνταῦθα κατάγεται παρά τινι πρεσβύτιδι, Ἀλθαίᾳ τὸ ὄνομα, πλησίον δὲ τῆς θαλάσσης, καὶ τήν τε Ἀνθίαν παράγει παρὰ τὴν ξένην, καὶ αὐτὸς ἐκείνης μὲν τῆς νυκτὸς ἀνεπαύσατο. τῇ δὲ ἑξῆς ἤδη μὲν περὶ τὸν πλοῦν ἐγίνοντο, ἑορτὴ δέ τις ἤγετο μεγαλοπρεπὴς, δημοσίᾳ τῶν Ῥοδίων

 ἀγόν-

ἀγόντων τῷ Ἡλίῳ, καὶ πομπή τε, καὶ θυσία, καὶ πολιτῶν ἑορταζόντων πλῆθος. ἐνταῦθα παρῆσαν ὁ Λεύκων καὶ ἡ Ῥόδη, ὀυ τοσοῦτον τῆς ἑορτῆς μεθέξοντες, ὅσον ἀναζητήσοντες ἔι τι περὶ Ἀνθίας πύθοιντο. καὶ δὴ ἧκεν ὁ Ἱππόθοος ἐις τὸ ἱερὸν ἄγων τὴν Ἀνθίαν; ἡ δὲ ἀπιδοῦσα ἐις τὰ ἀναθήματα, καὶ ἐν ἀναμνήσει τῶν προτέρων γενομένη, ὦ τὰ πάντων, ἔφησεν, ἀνθρώπων ἐφορῶν Ἥλιε, μόνην ἐμὲ τὴν δυστυχῆ παρελθὼν, πρότερον μὲν ἐν Ῥόδῳ γενομένη, ἐυτυχῶς τέ σε προσεκύνουν, καὶ θυσίας ἔθυον μετὰ Ἀβροκόμου, καὶ ἐυδαίμων τότε ἐνομιζόμην; νυνὶ δὲ δούλη μὲν ἀντ' ἐλευθέρας, αἰχμάλωτος δὲ, ἡ δυστυχὴς, ἀντὶ τῆς μακαρίας; καὶ ἐις Ἔφεσον ἔρχομαι μόνη, καὶ φανοῦμαι τοῖς ὀικείοις Ἀβροκόμην ὀυκ ἔχουσα! ταῦτα ἔλεγε, καὶ πολλὰ ἐπεδάκρυε, καὶ δεῖται τοῦ Ἱπποθόου ἐπιτρέψαι αὐτῇ τῆς κόμης ἀφελεῖν τῆς αὐτῆς, καὶ ἀναθεῖναι τῷ Ἡλίῳ, καὶ ἔυξασθαί τι περὶ Ἀβροκόμου. συγχωρεῖ ὁ Ἱππόθοος, καὶ ἀποτεμοῦσα τῶν πλοκάμων ὅσα ἐδύνατο, καὶ ἐπιτηδείου καιροῦ λαβομένη, πάντων ἀπηλλαγμένων, ἀνατίθησιν ἐπιγράψασα: ΤΠΕΡ. ΤΟΤ. ΑΝΔΡΟΣ. ΑΒΡΟΚΟΜΟΤ. ΑΝΘΙΑ. ΤΗΝ. ΚΟΜΗΝ. ΤΩΙ. ΘΕΩΙ. ΑΝΕΘΗΚΕ. ταῦτα ποιήσασα, καὶ ἐυξαμένη, ἀπῄει μετὰ τοῦ Ἱπποθόου.

ιβ'. Ὁ δὲ Λεύκων καὶ ἡ Ῥόδη, τέως ὄντες περὶ τὴν πομπὴν, ἐφίστανται τῷ ἱερῷ, καὶ βλέπουσι τὰ ἀναθήματα, καὶ γνωρίζουσι τῶν δεσποτῶν τὰ ὀνόματα, καὶ πρῶτον ἀσπάζονται τὴν κόμην, καὶ πολλὰ κατωδύροντο ὄυτως ὡς Ἀνθίαν βλέποντες: τελευταῖον δὲ περιῄεσαν ἔι που κἀκείνην ἐυρεῖν δυνήσονται; ἤδη δὲ καὶ τὸ πλῆθος τῶν Ῥοδίων ἐγνώριζον τὰ ὀνόματα ἐκ τῆς προτέρας ἐπιδημίας. κἀκείνην μὲν τὴν ἡμέραν ὀυδὲν ἐυρίσκοντες ἀπηλλάγησαν, καὶ τῷ Ἀβροκόμῃ τὰ ἐν τῷ ἱερῷ ὄντα ἐμήνυσαν. ὁ δὲ ἔπαθε μὲν τὴν ψυχὴν ἐπὶ τῷ παραδόξῳ τοῦ πράγματος, ἔυελπις δὲ ἦν ὡς Ἀνθίαν ἐυρήσων. τῇ δὲ ἑξῆς ἧκεν ἡ Ἀνθία πάλιν ἐις τὸ ἱερὸν μετὰ τοῦ Ἱπποθόου, ὀυκ ὄντος αὐτοῖς πλοῦ, προσκαθίσασα δὲ τοῖς ἀναθήμασιν ἐδάκρυέ τε καὶ ἀνέστενεν. ἐν τούτῳ δὲ ἐπεισίασιν ὁ Λεύκων καὶ ἡ Ῥόδη, τὸν Ἀβροκόμην καταλιπόντες ἔνδον, ἀθύμως ἐπὶ τοῖς αὐτοῦ διακείμενον. ἐλθόντες δὲ ὁρῶσι τὴν Ἀνθίαν, καὶ ἦν μὲν ἔτι ἄγνωστος αὐτοῖς, συμβάλλουσι δὲ πάντα, ἔρωτα, δάκρυα, τὰ ἀναθήματα, τὰ ὀνόματα, τὸ ἔιδος. ὄυτως κατὰ βραχὺ ἐγνώριζον αὐτὴν, προσπεσόντες δὲ τοῖς γόνασιν, ἔκειντο ἀχανεῖς. ἡ δὲ ἐτεθαυμάκει τίνες τε ἦσαν, καὶ τί βούλοιντο, ὀυ γὰρ ἄν ποτε Λεύκωνα καὶ Ῥόδην ἤλπισεν. ἐι δὲ ἐν ἑαυτοῖς γενόμενοι, ὦ δέσποινα, ἔφασαν, Ἀνθία, ἡμεῖς ὀικέται σοι Λεύκων καὶ Ῥόδη, οἱ τῆς ἀποδημίας κοινωνήσαντες, καὶ τοῦ λῃστηρίου. ἀλλὰ τίς ἐνταῦθα ἄγει σε τύχη? θάρσει δέσποινα, Ἀβροκόμης σώζεται, καὶ ἔστιν ἐνταῦθα ἀεί σε θρηνῶν. ἀκούσασα ἡ Ἀνθία, ἐξεπλάγη τοῦ λόγου, μόγις δὲ ἀνενεγκοῦσα, καὶ γνωρίσασα, περιβάλλει τε αὐτοὺς καὶ ἀσπάζεται, καὶ σαφέστατα τὰ κατὰ Ἀβροκόμην μανθάνει.

Συνέβ-

ιγʹ. Συνέῤῥει δὲ ἅπαν τὸ πλῆθος τῶν Ῥοδίων πυνθανόμενον τῆς Ἀνθίας εὕρεσιν καὶ Ἀβροκόμου. παρῆν δὲ ἐν τούτῳ καὶ ὁ Ἱππόθοος, ἐγνωρίσθη τε τοῖς περὶ τὸν Λεύκωνα, καὶ αὐτὸς ἐξέμαθεν οἱ τινές εἰσι. καὶ ἦν τὰ μὲν ἄλλα ἐν αὐτοῖς ἐπιτηδείως, τὸ δὲ ὅτι μηδέπω Ἀβροκόμης ταῦτα ἐπίσταται: ἔτρεχον δὲ, ὡς εἶχον, ἐπὶ τὴν οἰκίαν. ὁ δὲ, ὡς ἤκουσεν ὑπό τινος τῶν Ῥοδίων τὴν τῆς Ἀνθίας εὕρεσιν, διὰ μέσης τῆς πόλεως, βοῶν Ἀνθία, ἐοικὼς μεμηνότι ἔθεε, καὶ δὴ συντυγχάνει τοῖς περὶ τὴν Ἀνθίαν πρὸς τῷ ἱερῷ τῆς Ἴσιδος, πολὺ δὲ τῶν Ῥοδίων πλῆθος ἐφείπετο. ὡς δὲ εἶδον ἀλλήλους, εὐθὺς ἀνεγνώρισαν, (τοῦτο γὰρ αὐτοῖς ἐβούλοντο αἱ ψυχαὶ,) καὶ περιλαβόντες ἀλλήλους, εἰς γῆν κατηνέχθησαν. κατεῖχε δὲ αὐτοὺς πολλὰ ἅμα πάθη, ἡδονὴ, λύπη, φόβος, ἡ τῶν προτέρων μνήμη, τὸ τῶν μελλόντων δέος. ὁ δὲ δῆμος ὁ Ῥοδίων ἀνευφήμησέ τε καὶ ἀνωλόλυξε, μεγάλην θεὸν ἀνακαλοῦντες τὴν Ἶσιν: πάλιν, λέγοντες, ὁρῶμεν Ἀβροκόμην καὶ Ἀνθίαν, τοὺς καλούς. οἱ δὲ ἀναλαβόντες ἑαυτοὺς, διαναστάντες, εἰς τὸ Ἴσιδος ἱερὸν εἰσῆλθον: σοὶ, λέγοντες, ὦ μεγίστη θεὰ, τὴν ὑπὲρ τῆς σωτηρίας ἡμῶν χάριν οἴδαμεν: διὰ σὲ, ὦ πάντων ἡμῖν τιμιωτάτη, ἑαυτοὺς ἀπειλήφαμεν: προυκυλίοντο τε τοῦ τεμένους, καὶ τῷ βωμῷ προσέπιπτον. καὶ τότε μὲν αὐτοὺς ἄγουσι παρὰ τὸν Λεύκωνα εἰς τὴν οἰκίαν, καὶ ὁ Ἱππόθοος τὰ αὐτοῦ μετεσκευάζετο παρὰ τὸν Λεύκωνα, καὶ ἦσαν ἕτοιμοι πρὸς τὸν εἰς Ἔφεσον πλοῦν. ὡς δὲ ἔθυσαν ἐκείνης τῆς ἡμέρας, καὶ εὐωχήθησαν, πολλὰ καὶ ποικίλα παρὰ πάντων τὰ διηγήματα, ὅσα τε ἔπαθεν ἕκαστος, καὶ ὅσα ἔδρασε, παρεξέτεινέ τε ἐπὶ πολὺ τὸ συμπόσιον, ὡς αὐτοὺς ἀπολαβόντες χρόνῳ. ἐπεὶ δὲ νὺξ ἤδη ἐγεγόνει, ἀνεπαύοντο οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ὅπως ἔτυχον, Λεύκων μὲν καὶ Ῥόδη, Ἱππόθοος δὲ καὶ τὸ μειράκιον τὸ ἐκ Σικελίας, τὸ ἀκολουθῆσαν εἰς Ἰταλίαν ἰόντι αὐτῷ, ὁ Κλεισθένης ὁ καλός; ἡ δὲ Ἀνθία ἀνεπαύετο μετὰ Ἀβροκόμου.

ιδʹ. Ὡς δὲ οἱ μὲν ἄλλοι πάντες κατεκοιμήθησαν, ἡσυχία δὲ ἦν ἀκριβὴς, περιλαβοῦσα ἡ Ἀνθία τὸν Ἀβροκόμην ἔκλαεν, ἄνερ, λέγουσα, καὶ δέσποτα, ἀπείληφά σε πολλὴν γῆν πλανηθεῖσα καὶ θάλασσαν, λῃστῶν ἀπειλὰς ἐκφυγοῦσα, καὶ πειρατῶν ἐπιβουλὰς, καὶ πορνοβοσκῶν ὕβρεις, καὶ δεσμὰ, καὶ τάφρους, καὶ φάρμακα, καὶ τάφους: ἀλλ᾽ ἥκω σοι τοιαύτη, τῆς ἐμῆς ψυχῆς Ἀβροκόμη δέσποτα, οἵα τὸ πρῶτον ἀπηλλάγην εἰς Συρίαν ἐκ Τύρου. ἔπεισε δέ με ἁμαρτεῖν οὐδεὶς, οὐ Μοῖρις ἐν Συρίᾳ, οὐ Περίλαος ἐν Κιλικίᾳ, οὐκ ἐν Αἰγύπτῳ Ψάμμις καὶ Πολύϊδος, οὐκ Ἀγχίαλος ἐν Αἰθιοπίᾳ, οὐκ ἐν Τάραντι ὁ δεσπότης; ἀλλ᾽ ἁγνὴ μένω σοι πᾶσαν σωφροσύνης μηχανὴν πεποιημένη. σὺ δὲ ἄρα, Ἀβροκόμη, σώφρων ἔμεινας, ἤ μέ τις παρευδοκίμησεν ἄλλη καλὴ, ἢ μή τις ἠνάγκασέ σε ἐπιλαθέσθαι τῶν ὅρκων τε κἀμοῦ? ταῦτα ἔλεγε, καὶ κατεφίλει συνεχῶς. ὁ δὲ Ἀβροκόμης, ἀλλὰ ὀμνύω σοι, φησὶ, τὴν μόγις ἡμῖν ἡμέραν ποθεινὴν εὑρημένην, ὡς οὔτε παρθένος ἐμοί τις ἔδοξεν εἶναι καλὴ, οὔτ᾽ ἄλλη τις ὀφθεῖσα ἤρεσε γυνὴ, ἀλλὰ τοιοῦτον εἴληφας Ἀβροκόμην καθαρὸν, οἷον ἐν Τύρῳ κατέλιπες ἐν

δεσμωτηρίῳ. ταῦτα δι' ὅλης νυκτὸς ἀλλήλοις ἀπελογοῦντο, καὶ ῥᾳδίως ἔπειθον ἀλλήλους, ἐπεὶ τοῦτο ἤθελον.

ιε. Ἐπειδὴ δὲ ἡμέρα ἐγένετο, ἐπιβάντες νεὼς, πάντα ἐνθέμενοι τὰ αὐτῶν, ἐπανήγοντο, παραπέμποντος αὐτοὺς παντὸς τοῦ Ῥοδίων πλήθους, συναπῄει δὲ καὶ ὁ Ἱππόθοος, τά τε αὐτοῦ πάντα ἐπαγόμενος καὶ τὸν Κλεισθένη: καὶ ἡμέραις ὀλίγαις διανύσαντες τὸν πλοῦν, κατῆραν εἰς Ἔφεσον. προεπέπυστο τὴν σωτηρίαν αὐτῶν ἡ πόλις ἅπασα. ὡς δὲ ἐξέβησαν, εὐθὺς, ὡς εἶχον, ἐπὶ τὸ ἱερὸν τῆς Ἀρτέμιδος ᾔεσαν, καὶ πολλὰ ηὔχοντο, καὶ θύσαντες ἄλλα ἀνέθεσαν ἀναθήματα, καὶ δὴ καὶ τὴν γραφὴν τῇ θεῷ ἀνέθεσαν, πάντα τε ὅσα τε ἔπαθον, καὶ ὅσα ἔδρασαν. καὶ ταῦτα ποιήσαντες, ἀνελθόντες εἰς τὴν πόλιν, τοῖς γονεῦσι αὐτῶν τάφους κατεσκεύασαν μεγάλους; ἔτυχον γὰρ ὑπὸ γήρως καὶ ἀθυμίας προτεθνηκότες. καὶ αὐτοὶ τοῦ λοιποῦ διῆγον ἑορτὴν ἔξοντες τὸν μετ' ἀλλήλων βίον. καὶ ὁ Λεύκων καὶ ἡ Ῥόδη κοινωνοὶ πάντων τοῖς συντρόφοις ἦσαν. διέγνω δὲ καὶ ὁ Ἱππόθοος ἐν Ἐφέσῳ τὸν λοιπὸν καταβιῶναι χρόνον, καὶ ἤδη Ὑπεράνθους τάφον ἤγειρεν κατὰ Λέσβον, μέγαν γενόμενον, καὶ τὸν Κλεισθένη παῖδα ποιησάμενος ὁ Ἱππόθοος διῆγεν ἐν Ἐφέσῳ μετὰ Ἀβροκόμου καὶ Ἀνθίας.

Ξενοφῶντος τῶν κατὰ Ἀνθίας καὶ Ἀβροκόμου Ἐφεσιακῶν τέλος.

XENOPHONTIS EPHESII

DE

ANTHIA ET HABROCOME

EPHESIACORUM LIBER I.

I. Erat Ephesi vir inter illic principes nomine Lycomedes. Huic e Themisto uxore indigena nascitur filius Habrocomes, eximium sane quiddam exsuperanti corporis pulchritudine, qualis antea neque in Ionia, nec usquam terrarum exstitit. Augescebat semper atque in dies Habrocomis forma, florebantque in eo cum corporis decore simul animi bona: etenim cum omnibus studiis doctrinæ operam dabat, tum variam musicam tractabat, consuetæque illi exercitationes, præter citharam, erant equi et armorum. Ab Ephesiis omnibus summopere observabatur, sed et ab iis qui reliquam incolebant Asiam, magnamque de eo spem habebant fore, ut inter cives suos excelleret. Venerabantur adolescentem ut Deum, fueruntque etiam nonnulli, qui visum adorarent, eique supplicarent. Hinc valde superbire adolescens, et ingenii quidem præstantia, multo autem magis corporis forma gloriari, atque universa, quæ pulcra dicerentur, ut se inferiora despicere: itaque nihil ei neque visum, neque auditum,

ditum, videbatur esse dignum ad Habrocomen. Quod si adolescentuli alicujus virginisve formam laudari audiret, narrantes deridebat, utpote nescientes se unum pulcrum esse. Amorem sane neutiquam deum esse putabat, sed prorsus solebat rejicere, pro nihilo ducens: ajebat adeo, neminem unquam amore capi neque isti deo subjici invitum. Quod si uspiam templum, aut simulacrum videbat Amoris, irridebat, declarabatque se qualemcumque Amorem, et corporis forma, et virtute antecedere. Atque sic se res habebat: ubi enim Habrocomes conspiciebatur, nulla sive sculpta, sive picta effigies pulcra videbatur, vel laudabatur.

II. His indignatus Amor, (pervicax quippe deus, et superbe se spernentibus inexorabilis,) machinam commolitur ad adolescentem, nam et ipsi deo difficilis captu videbatur. Igitur armis accinctis, cunctisque copiis amatoriorum veneficiorum sibi circumdatis, adversus Habrocomen expeditionem suscipit. Agebatur Dianæ festum domesticum, (sunt autem ab urbe ad templum stadia septem,) et ducere pompam virgines cunctas indigenas oportebat magnifice exornatas, ephebosque æquales Habrocomis, qui tum circiter sextum decimum annum agens ordini epheborum adscribi cœperat, ac primas in ea pompa ferebat. Magna vero multitudo cum popularium tum hospitum ad spectaculum convenerat, etenim mos erat, ut in illo conventu sponsi virginibus, et ephebis uxores quærerentur. Procedebant ordine pompam ducentes: ac primo quidem quæ ad sacra pertinebant cum facibus, canistris, et suffimentis; postea equi, canes et venatoria instrumenta, quorum nonnulla bellica, pleraque tamen pacifica. Virginum se quæque, velut quæ ad amatorem esset itura, exornaverat: quarum ordinem ducebat Anthia Megamedis et Euippæ indidem civium filia. Admirabilis erat Anthiæ venustas, et longe superabat ceteras puellas. Agebat circiter quartum decimum annum; pulchritudinis flore corpus vigebat, simul cultus decor multum

tum adjecerat ad venustatem. Coma flava, partim nexa, plurima demissa ventisque diffusa: acres oculi, hilares tamquam puellæ: severi utpote pudicæ: vestis, tunica purpurea, cingulo ad genu succincta, manicis ad cubitos usque demissis, hinnulea pellis circumjecta; arma, pharetra suspensa et arcus, hastilia, quæ ferebat, canes quæ sequebantur. Sæpe illam circa templum videntes Ephesii pro Diana adoraverant; tunc vero ut conspexit populus, clamorem sustulit, erantque variæ spectantium voces; his præ stupore, deam ipsam esse aientibus, illis aliam quamdam a dea dilectam. Omnes autem supplicabant, adorabant, parentes ejus beatos prædicabant, eratque in ore cunctis qui eam videbant, Anthia formosa. Ac prætereunte quidem virginum choro, nihil nisi Anthiam quisque nominabat; verum, ut successit Habrocomes cum ephebis, puellarum spectaculum, quantumvis jucundum, animis omnium excidit, conversisque in eum oculis, spectaculo adtoniti, exclamabant: o pulcrum Habrocomen, et adeo quidem ut neminem unum, o formosi dei simulacrum! Jamque etiam inventi sunt qui adderent: papæ! quale connubium Habrocomis et Anthiæ! Atque hæ primæ fuerunt Amoris dolosæ machinationes: mox quippe ad ambos vulgi de se judicium pervenit, et Anthia Habrocomen videre cupiit, et Anthiam Habrocomes, qui adhuc ab amore alienus fuerat.

III. Ut igitur, pompa peracta, templum ingressa est omnis turba ad sacrificandum; solutus est pompæ ordo, et convenere eodem viri ac mulieres, adolescentes et virgines. Ibi simul ac ambo se conspexerunt, Anthia Habrocomis forma capitur, Habrocomes ab Amore devictus, puellam usque contemplatur, neque, si velit, removere valet oculos, namque retinebat eum insidens illi deus. Anthia porro animo ægra esse coepit, quæ totis et expansis oculis Habrocomis formam illabentem excipiens, jam etiam virginale decorum nihili pendebat: etenim et loquebatur quidpiam, ut Habro-

comes audiret, et partes corporis nudabat, quæ quidem honeste detegi possint ut Habrocomes spectaret. Is vero, qui se totum adspectandæ puellæ tradiderat, jam in dei pervenerat captivitatem. Ac tum quidem, sacrificio absoluto, moerentes discedunt, tam citum discessum querentes, seque invicem spectandi cupidi, subsistebant identidem, et convertebant se, plurimosque moræ prætextus reperiebant. Ubi vero domum ambo rediere, tum demum animadverterunt in quæ mala essent delapsi, et subeunte mutui adspectus cogitatione, amor in iis magis accendebatur, quodque supererat diei adeo crescentem fovebat cupidinem, ut quum dormiendi tempus adesset, in summo angore versarentur, et neuter amoris vim ferre valeret.

IV. Habrocomes adreptam scindens comam, vestemque dilacerans, hei! mihi, inquit, quid istuc est mali? quid patior infelix? Fortis adhuc Habrocomes, qui Amorem despiciebam, et in deum contumeliosus eram, nunc captus, victusque sum, et puellæ servire cogor. Iam est qui me pulcrior videtur, jam Cupidinem deum adpello. O me prorsus ignavum et miserum! Non jam animum obfirmabo meum? non manebo generosus? non ero præstantior Amore? Nunc, quem pro nihilo habui, deum vincere me oportet. Pulcra est virgo! Quid tandem? Tuis oculis, Habrocome, formosa est Anthia, at, si volueris, nequaquam ipsi tibi. Statuta hæc sunto: nunquam Amor me superabit. Hæc dicentem acrius urget deus, renitentem trahit, angitque nolentem. At ille, qui jam amplius durare nequiret, humi sese abjiciens, vicisti, inquit, Amor, magnum tibi tropæum excitatum est de Habrocomis temperantia. Supplicem habes, captivum, tuum, ad te confugientem omnium dominum. Ne me despicias, neque nimius confidentiæ meæ vindex esto. Nondum, Amor, tuas vires expertus, arroganter me gessi: at nunc Anthiam nobis concilia. Ne sis tam acerbus in resistentem, quam devicto propitius deus. Hæc ille: Amor vero adhuc iras-

irascebatur Habrocomi, gravesque ab eo contemtus poenas repetere meditabatur. Anthia quoque ægritudine premebatur, cui diutius perferendæ impar suscitans se, et eos qui aderant latere studens, heu! inquit, miseræ quid accidit mihi? virgo quum sim, præter ætatem amore teneor, et novo quodam modo, quique puellam dedecet, angor. Habrocomen depereo, formosum quidem, sed arrogantem: ecquis erit desiderio modus? quis malorum terminus? Quem amo, ferox est: ego virgo custodita, quem mihi auxiliatorem adsumam, quicum omnia communicem? Ubi vero Habrocomen videre continget? Dum hæc uterque tota nocte lamentatur, alter alterius vultum ob oculos habebat, animo videlicet sibi effingens alterius imaginem.

V. Ubi illuxit, Habrocomes ad solita exercitia se contulit, puella ad consuetum deæ cultum. Erant vero corpora eorum ex præterita nocte defatigata, vultus moestus, color immutatus. Diu se hoc ita habebat, neque erat quod eos juvaret. Interea toto die in divæ fano morantes, oculos in se mutuo defigebant, verecundantes alter alteri quod res erat eloqui. Tantum ingemiscere subinde solebat Habrocomes, lacrymansque preces fundere, virgine aurem cum miseratione præbente. Eo quidem modo Anthia quoque adfecta erat, simul et multo graviore morbo tenebatur; nam si quando alias puellas mulieresve Habrocomen intuentes deprehenderet, (omnes autem in eum oculos conjiciebant) manifestum erat eam contristari, timentem scilicet ne formæ decore superaretur. Vota porro ad deam uterque communiter ferebat, tacita quidem, sed similia tamen. Procedente tempore adolescens amplius durare nequibat, jamque totum ei corpus macie confectum erat, animoque ita consederat, ut Lycomedes et Themisto in multa versarentur anxietate, ignorantes quidnam esset quod Habrocomi accidisset, sed ex iis, quæ oculis cernere erat, in metum conjecti. De Anthia simili erant

 in

in formidine Megamedes et Euippe, quod formam eius deflorescere viderent, nulla morbi apparente caussa. Tandem adducunt ad puellam vates et sacerdotes, qui mali depellendi rationem invenirent. Isti vero hostias immolare, varia libamenta barbaricis additis vocibus fundere, dictitare se his numina quædam placare, et simulate malum a diis inferis immissum caussari. Multum etiam pro Habrocomis salute sacrificabat Lycomedes et supplicabat, at neutri tamen amantum levatio contigit, immo vero amor in iis magis adhuc accendebatur. Itaque ambo morbo correpti, atque in magno discrimine versantes, ut jam jam morituri esse viderentur, neque malum suum patefacere quibant. Postremo utriusque parentes deos consultum mittunt qui de caussa morbi, deque ejus remedio sciscitarentur.

VI. Non longe distat templum Apollinis Colophonii, nam trajectus ab Epheso est octoginta tantum stadiorum. Huc quum ab utriusque parentibus missi advenissent, rogant deum, uti quod verum esset eis vaticinaretur; et quandoquidem ob easdem caussas accesserant, commune etiam utrisque responsum deus hisce carminibus reddidit:

Quis morbi finis, quæ, scire optatis, origo?
Idem morbus utrique, salus ab utroque futura est.
Dira pati hos cerno, longosque subire labores.
Errabunt, acti latronibus, æquora circum.
Tristibus et vinclis nautarum a gente prementur.
Bustum erit ambobus thalamus. Patientur et ignes
Atque crucem ad fluvii ripas. Dein Isidi sanctæ
Ut servatrici, felicia dona dicabunt.
Post mala tanta olim fato meliore fruentur.

VII. Simul ut hæc vaticinia Ephesum perlata sunt, parentes amantum,

tam, inopes consilii, et qualenam istud esset malum prorsus incerti erant, neque enim quid sibi vellent dei responsa conjicere poterant; qui videlicet morbus, quæ fuga, quæ vincula, quis tumulus, quod flumen, cujusmodi divinum auxilium innueretur. Visum est ergo postquam diu deliberassent, oraculum, qua liceret, mollius interpretari, connubioque jungere liberos suos, quasi id responso suo deus quoque monuerit. His ita constitutis, decreverunt eos, peractis nuptiis, peregre ad aliquod tempus mittere. Iam per urbem epulis et coronis omnia plena, erantque in sermone omnium imminentes nuptiæ. Beati a cunctis praedicabantur, Habrocomes, quod talem ducturus esset uxorem, Anthiam scilicet, hæc quod tali esset adolescenti jungenda. Lætabatur iste admodum, de responso et nuptiis certior factus, quod Anthia esset potiturus, neque eum vaticinia terrebant, sed præsentem jucunditatem superare malum quodcumque rebatur. Ad hæc gaudebat et Anthia desponsam se esse Habrocomi, parum sollicita qualis sibi fuga et calamitas portenderetur, quippe malorum futurorum in Habrocome solatium habitura.

VIII. Igitur, ubi nuptiarum tempus advenit, pervigilia celebrata fuere, et multæ hostiæ deæ immolatæ. Quibus peractis, adventante nocte (omnia autem cunctari videbantur Habrocomi et Anthiæ,) deducunt puellam cum lampadibus in thalamum, hymenæum canentes, et fausta precantes, sicque introductam in geniali toro collocant. Erat is hoc modo exornatus: sponda aurea, lectus stragulis purpureis stratus, tectusque in modum tentorii, Babylonia veste scite variata. Inerant ludentes Cupidines, quorum alii Veneri famulabantur, (inerat enim hujus quoque imago) alii passeribus tamquam equis insidebant, hi coronas nectebant, alii flores adferebant. Hæc in una parte aulæi. In altera Mars erat non armatus, sed velut ad amicam Venerem accedens, ornatus, corona redimitus, et chla-

chlamyde amictus. Dux viæ erat Amor, lampada gestans ardentem. Sub isto tentorio collocarunt Anthiam, Habrocomi admoventes, foresque clauserunt.

IX. Tum vero ambobus accidit ut eodem modo adficerentur, neque enim alter alterum adfari, neque contra intueri potis erat, sed jacebant voluptate resoluti, pudibundi, verentes, anheli, dulcedine perfusi: tota mente atque omnibus artibus contremiscebant. Tandem, ubi se collegit, Habrocomes, Anthiam amplectitur, illa vero plorabat, anima ejus lacrymas, tamquam signa desiderii, præmittente. Et Habrocomes, ô inquit, nox exoptatissima, quam vix tandem sum nactus, tot aliis antea misere exactis! O puella luce mihi carior, et omnium unquam celebratarum felicissima! amatorem habes virum, quicum vivere ac mori contingat castæ conjugi. His dictis eam osculatur, excipitque lacrymas, quæ nectare quovis suaviores ipsi sunt visæ, et quocumque medicamento ad dolorem levandum valentiores. Illa vero paucis eum compellans, itane, inquit, venusta tibi videor, Habrocome, et secundum tuam pulcritudinem, tibi placeo? Ignave ac timide, quamdiu amare cunctatus es! quamdiu insuper habuisti! Ex meismet malis novi quæ ipse sis passus. Verum age, jam meas excipe lacrymas, bibantque elegantes tuæ comæ amoris potionem, atque invicem coalescentes permisceamur: quin et coronas nostras mutuis lacrymis irrigemus, ut et ipsæ amoris nostri fiant participes. Dixit, et totam ejus faciem exosculatur, admovet suis oculis comas, macerat coronas lacrymis, et suaviando labra labellis consuit. Ita quæ suo quisque animo habebat, per labra in alterius animum osculando transmittebat. Ac puella quidem adolescentis oculos dissuavians, o vos, inquit, qui me toties, contristastis, qui primum mihi infixistis, amoris aculeum, vos quondam superbi, nunc amantis, præclare mihi inservistis, quippe qui mei amorem in Habrocomis animum introduxistis! Idcirco vos dissua-

suavior, vobisque hosce adplico meos oculos, Habrocomis itidem ministros. Sic vos vero semper eadem spectetis, neque aliam Habrocomi venustam puellam ostendite, neque mihi alius quis pulcher videatur! Regite animos nostros, quamque in iis amorem accendistis, eundem quoque in iis custodite. Hæc illa. Inde prima Veneris gaudia cepere, et mutuis amplexibus juncti requievere. Totam porro noctem inter se contendebant uter magis amare videretur.

X. Ubi illuxit, multo hilariores, ac multo alacriores surrexere, quoniam ex se invicem cum ceperant fructum, quem diu expetiverant. Vita omnis erat eis quasi festus dies: omnia conviviis plena, jamque etiam vaticinia oblivioni data; verum nec fatum eorum deposuerat memoriam, nec vero a deo, cui ita placitum erat, negligebantur: Non multo post decreverunt parentes eos ex urbe amandare, quemadmodum deliberatum fuerat; debebant enim alias terras aliasque urbes visere, et ab Epheso aliquamdiu digressi, dei effata, quoad liceret, mitigare. Parantur adeo ad discessum omnia: magna navis cum nautis ad deducendum promptis, quæ rebus necessariis quibusque, multis ac variis vestibus, multo item argento et auro, commeatus denique copia abundantissima oneratur. Ante vero quam e portu solverent, Dianæ sacra fiunt, universo populo vota faciente, lacrymasque fundente, communibus veluti gnatis discessuris. Navigationem versus Aegyptum paraverant; quumque dies adesset ad solvendum, multi famuli multæque ancillæ, ubi vero in eo erat navis ut e portu educeretur, aderat eos prosequens omnis Ephesiorum multitudo, plurimæ etiam [sacræ virgines] cum lampadibus et quæ ad sacrificia pertinent. Interea Lycomedes et Themisto cunctorum secum recordati, oraculi, filii, ejusque peregrinationis, humi jacebant abjecto animo. Eodem quidem modo Megamedes et Euippe adficiebantur, at alacriorem tamen gerebant animum, finem respicientes vaticiniorum. Jam nautarum fit tumul-

tus, solvuntur retinacula, gubernator locum suum occupat, deducitur navis, tolliturque clamor magnus cum eorum qui erant in litore, tum navigantium commixtus: illis quidem exclamantibus: carissimi liberi, dabiturne nobis, qui vos genuimus, iterum vos adspicere? his vero: o parentes, numnam vos recuperabimus? Mox lacrymæ et ejulatus, cognatum ac familiarem quisque suum nomine adpellant, alta voce, nomen invicem recordationis subsidium in animo relinquentes. Tum Magamedes accepta patera libansque precatur ita uti navigantes exaudire possent: o liberi, inquit, primum atque præcipuum quod facimus est votum ut sitis felices, et effugiatis quæ in oraculo sunt dira, vos incolumes recipiant Ephesii, et carissima patria rursum potiamini! Sin aliter evenerit, hoc quidem scitote, neque nos amplius in vita remansuros: committimus autem vos itineri ærumnoso quidem, sed necessario. Adhuc loquentem obortæ lacrymæ cohibuerunt. Inde parentes in urbem redierunt, cohortante populo, ut bono essent animo.

XI. Habrocomes vero et Anthia mutuis amplexibus circumfusi jacebant, multa secum ipsi recolentes: parentum miserebantur, patriam adpetebant, metuebant sibi ex oraculi responso, verebantur quorsum hæc peregrinatio evaderet; sed horum omnium solatium communis navigatio præbebat. Et illo quidem die secundo vento usi, confecto cursu, Samum, Junoni sacram insulam, devenerunt. Ibi sacrificant, coenant, multa precantur, et nocte instante in altum provehuntur. Prospera rursum navigatione adsiduus fit inter eos sermo. Licebitne nobis una semper conjunctam vitam vivere? Ac tandem Habrocomes dum res suas secum recogitat, alte ingemiscens, o Anthia, inquit, mea mihi vita carior, contingat nobis quidem ante omnia esse felicibus, utque simul servemur incolumes! verum si est in fatis nos quidpiam pati aut quoquo modo divelli, age, dulcissima, jurejurando nos mutuo obstringamus, tu quidem,

te

te mihi castam servaturam, neque alium virum passuram; ego vero, me aliam mulierem in contubernium non recepturum. Ut hæc audivit Anthia, vehementer plorare coepit, atque quid est, inquit, quod tibi istud tam credibile fuit Habrocome, ut si abs te distrahar, etiamnum de marito, quod ad me attinet, cogitaveris? quæ prorsus ne vivam quidem sine te: quare testor patriam nostram deam, magnam Ephesiorum Dianam, et hoc, quod navigamus, æquor, eumque qui mutuo amore pulchre nos incendit, deum, me vel paulisper a te divulsam, nec victuram esse, neque solem adspecturam. Hæc Anthia posteaquam dixisset, in eadem verba et juravit Habrocomes, ipsa loci ac temporis opportunitate jurijurando eorum terrorem addente. Interea navis Coum et Gnidum prætervehitur, datque se in conspectum magna et pulcra Rhodiorum insula, quo eos adpellere omnino oportebat, cum aquandi caussa, ut ajebant nautæ, tum etiam quiescendi, quod diuturna immineret navigatio. Iam vero Rhodum subducta navi, nautæ descendunt, atque egreditur etiam Habrocomes manu tenens Anthiam.

XII. Convenerant omnes Rhodii, quos valde perculit adolescentum forma nemoque erat, qui iis conspectis, tacitus præteriret. Ajebant nonnulli adventum esse deorum, adorabant alii et supplicabant. Extemplo per urbem universam it nomen Habrocomis et Anthiæ. Publice iis preces adhibent, multas mactant victimas, et diem adventus eorum festum habent. Illi vero postquam totam urbem perlustrassent, auream gravem armaturam in solis templo consecrarunt, atque in dedicantium memoriam hocce epigramma inscripserunt:

Arma tibi ex auro ponunt hæc hospes uterque,
Habrocomes, Ephesi cives, atque Anthia, sacræ.

His consecratis, per paucos dies in insula commorati sunt, atque

 nau-

nautis properantibus, commeatu instructi, solvunt, universa Rhodiorum multitudine eos prosequente. Ac initio quidem secundo vento jucundaque navigatione vecti; die illo, et nocte insequenti, per Aegyptium, quod vocant, mare, cursum metiuntur. Postero autem die, silentibus ventis, mari tranquillo, tarda erat navigatio: inde nautarum desidia, compotationes, ebrietas, et prædictionum primordium. Habrocomi [secundum quietem] adparuit mulier horribilis adspectu, magnitudine supra humanam, puniceam vestem induta; adparens autem, visa est navem incendere, ut ceteri quidem perirent, ipse vero cum Anthia enataret. Hac ille visione tum perterritus, grave quiddam ex insomniis exspectabat, quod et supervenit.

XIII. Forte, dum Rhodi commorabantur, stationem juxta eos nacti erant in magna triremi piratæ, genere Phoenices, qui navem adplicuerant tamquam merces advehentes, et numero plurimi ac strenui erant. Didicerant isti, aurum inesse navi et argentum, mancipia item, multaque magni pretii. Decreverant igitur, eos per insidias adoriri, qui armis contenderent interficere, ceteros in Phoenicem cum reliqua præda vendendos abducere: spernebant eos scilicet tamquam pugnæ impares. Piratarum princeps Corymbus vocabatur, juvenis adspectu grandis, vultu terribili, coma squalida et demissa. Hoc piratæ consilio capto, primum juxta Habrocomen placide navigant, tandem vero (meridies erat fere, jacebantque in navi omnes ebrietate et desidia partim sopiti, partim languentes atque animo remissi,) Corymbus cum suis impulsa triremi, magna celeritate se Habrocomis navi admovet, et quum proxime accessissent, armati, nudatis gladiis in eam insiliunt. Tum vero sese alii perterriti in mare dejiciunt, ac pereunt, alii dum se defendere conantur, interficiuntur. Habrocomes et Anthia ad prædonem Corymbum adcurrunt, ejusque genua amplexi, bona quidem nostra, inquiunt here, et nos ipsos servos tibi habeto, at parce vitæ, neque jam ultra se

tibi

tibi subjicientes, occide: quod te per hoc ipsum mare, per hanc tuam dextram obtestamur: Quo vis abduc nos, redde servos tuos, in hoc dumtaxat nostri miserere, ut uni hero tradas.

XIV. His auditis Corymbus, statim, ut cædere desisterent, suis imperavit, traductisque sarcinis pretiosioribus, Habrocome item et Anthia, aliisque paucis quibusdam servis, navem incendit: ita ceteri omnes exusti sunt; etenim abducere cunctos nec poterat, nec tutum esse videbat. Miserabile vero spectaculum erat, hinc eorum, qui in triremi avehebantur, illinc eorum, qui in navi adurebantur: manus tendebant, atque ejulabant. Et isti quidem clamabant; quonam heri abducemini? quæ vos terra excipiet? quam urbem incoletis? illi vero: o vos beati, qui fortunate jam estis morituri priusquam vincula experiamini, prædonumque servitutem videatis! Hæc inter dicta avehebantur isti, illi comburebantur. Tum vero Habrocomis pædagogus, senex jam, adspectu venerabilis, et propter ætatem miserandus, abductum Habrocomen videre non sustinens, in mare sese præcipitans natabat, ut triremem adsequeretur. Ubi me, inquit, deseres, mi fili, senem pædagogum, et quo abiens Habrocome? Quin tu ipse me miserum occide, et sepulcro conde; qui enim vivam sine te? Hæc ille: ac tandem Habrocomen in posterum videre desperans, fluctibus sese tradidit atque interiit. Hoc quoque omnium luctuosissimum accidit Habrocomi; etenim manus protendit seni, ac piratas orabat, ut eum susciperent, verum illi, nihil curantes, tridui navigatione peracta, ad Phoeniciæ urbem Tyrum adpulerunt; ubi erant piratis domicilia. Et in urbem quidem ipsam eos non deduxerunt, sed in vicinam Apsyrti cujusdam prædonum ducis sedem, cui et Corymbus minister erat, mercede et prædæ parte conductus. Inter navigationis spatium, ex crebro quotidiano adspectu, Corymbus amare coepit Habrocomen, ac vehementi quidem amore, ac-

cendebatque eum majorem in modum familiaritas cum adolescente. Et in ipso quidem itinere fieri non posse putabat ut flecteret; videbat enim eum ægritudine premi, et animadvertebat Anthiæ amore esse captum, at vero vim inferre periculosum esse ei videbatur, metuebat quippe ne quid gravius in sese admitteret.

XV. Ubi autem Tyrum adpulerunt, durare amplius non valens, initio quidem observabat Habrocomen, hortabatur bono esse animo, omnibusque officiis prosequebatur; iste vero existimabat Corymbum sui misertum hoc sibi studium navare, deinde autem socium quemdam prædonem, nomine Euxinum, amoris sui conscium facit, rogat uti sibi adjutor sit, consiliumque det quonam modo perducere possit adolescentem. Lætus ista Corymbi audit Euxinus, (etenim ipse Anthiæ desiderio conficiebatur, puellamque vehementi amore deperibat;) sua porro Corymbo narrat et ne ulterius sese adflictet, sed instet operi suadet: valde enim, inquit, ignavum fuerit, dimicantes intrepide nos discrimini objicere, at labore partis fidenter non frui: licebit autem dilectos hos ab Apsyrto dono accipere. Quæ quum dixisset, facile amanti persuadet, atque adeo paciscuntur inter se pari modo alter pro altero verba facere, et hic quidem Habrocomem perducere, Corymbus vero Anthiam.

XVI. Eodem tempore jacebant illi animo abjecto, multa de iis quæ futura opinabantur invicem sermocinantes, atque identidem jurantes se pacta conventa servaturos. Tum Corymbus et Euxinus ad eos accedunt, et aliquid ajentes seorsim velle dicere, secum abducunt ille Anthiam, iste Habrocomen: quibus animi palpitabant, nihil boni subesse suspicantibus. Euxinus igitur pro Corymbo Habrocomen sic adloquitur. Non mirum est, adolescens, ægre ferre te calamitatem istam, utpote servum e libero, pauperem ex divite factum. Sed fortunæ te cuncta tribuere oportet, et præsentem sortem æquo animo ferre, et quos nactus es dominos amare. Scito

au-

autem in tua esse potestate prosperitatem ac libertatem recuperare, si Corymbo hero volueris obsequi: nam vehementer te amat, paratusque est rerum suarum omnium te dominum facere. Grave quidem nihil patiere, benivolentiorem vero tibi herum reddes. Quo in statu sis cogita: auxiliator nullus, terra hæc ignota, heri piratæ, nullumque ultionis effugium Corymbum fastidienti. Quid tibi nunc opus uxore ac sollicitudinibus? Quid amica, id ætatis quum sis? Abjice hæc omnia: unum herum respicere te necessum est, ejusque jussis obtemperare. Hæc audiens Habrocomes primum quidem obstupuit, neque inveniebat quidquam quod responderet, sed lacrymabat atque ingemiscebat, secum considerans in quæ tandem mala incidisset, deinde vero Euxinum sic adfatur: sine me, here, paullisper deliberare, post ad omnia dicta tibi respondebo. Recessit tum Euxinus. Corymbus itidem Anthiæ Euxini amorem exposuerat, præsentemque necessitatem heris usquequaquam morem gerendi; multa pollicitus, legitimas nuptias, pecuniam, omniumque rerum abundantiam si pareat. At illa eadem respondit, breve tempus ad deliberandum postulans. Igitur Euxinus et Corymbus exspectabant invicem quid essent audituri, sperabant autem se illos facile esse inducturos.

XE-

XENOPHONTIS EPHESII

DE

ANTHIA ET HABROCOME

EPHESIACORUM LIBER II.

I. Habrocomes et Anthia cellam in qua habitare consueverant ingressi, dum sibi narrant quæ audiverant, humi strati plorabant et lamentabantur. O pater, exclamabant, o mater! o patria carissima! et domestici atque cognati! Tandem vero se colligens Habrocomes, eheu nos, inquit, infelices! quid demum patiemur in terra barbarorum prædonum, ipsorum injuriis objecti? Iam prædictorum initium fit: jam deus arrogantiæ meæ poenam exigit. Adamat me Corymbus, te Euxinus. O importunam utrique formam! Ad hoc igitur me tamdiu castum servavi, ut prædoni turpi cupidine flagranti me subjicerem? Quænam mihi vita reliqua est, si scortum pro viro evadam, et Anthia mea defrauder? Verum per pudicitiam juro, usque adhuc a puero mihi contubernalem, me Corymbo neutiquam memet subjecturum: mortem obibo potius, castusque reperiar esse mortuus. His dictis illacrymari coepit. Anthia vero,

ro, heu quanta, inquit, mala! cito jurisjurandi caussa ærumnis exponimur. Adamans me quidam, sperabat pellicere, et cubile meum adscendere post Habrocomen, atque una cubare, suamque cupiditatem explere; verum non ego deprehendar tam esse vitæ cupida, neque talem perpessa contumeliam solem adspicere sustineam. Decretum est, moriamur Habrocome: habebimus nos post mortem, a nemine sollicitati.

II. Atque ii quidem ita statuerunt. Inter hæc Apsyrtus latrocinii præfectus, quum accepisset rediisse cum suis Corymbum, magnasque et admirabiles opes adtulisse, ad agrum venerat, utque Habrocomen et Anthiam conspexit, eorum formam demiratus est; quam sibi magno lucro fore existimans, statim eos sibi dari postulavit; cetera vero, pecunias, supellectilem, et virgines quotquot fuerant captæ, Corymbo ejusque sociis piratis divisit. Euxinus et Corymbus inviti quidem Apsyrto concedebant Habrocomen et Anthiam, sed coacti scilicet cesserunt. Inde, illis abeuntibns, Apsyrtus Habrocomen et Anthiam famulosque duos Leuconem et Rhodam adsumptos Tyrum duxit. Spectabilis fuit illorum deductio: demirabantur omnes pulcritudinem, putabantque homines barbari, quibus numquam antea tanta visa esset venustas, deos esse quos conspiciebant, et beatum, qui talia possideret mancipia, prædicabant Apsyrtum. Hic autem illos domum perductos fido famulo tradit, curamque eorum habere jubet, quo videlicet quam plurimum lucri faciat, si eos digno pretio vendere contigerit.

III. Hoc modo se habebant res Habrocomis et Anthiæ. Paucis interjectis diebus, quum Apsyrtus alterius mercaturæ caussa in Syriam abiisset, ejus filia, cui nomen Manto, deperire coepit Habrocomen. Venusta quidem jamque viro matura erat, at multum tamen aberat ab Habrocomis pulcritudine. Hæc ex familiari cum adolescente convictu capitur, quumque se cohibere non posset, quid faceret

dubia erat; neque enim id illi audebat aperire, quem et uxorem habere sciebat, et flectere posse neutiquam sperabat, nec alii cuiquam suorum, metu patris. Quo adeo magis accendebatur, ac misere se habebat, neque amplius durare valens, constituit indicare amorem suum Rhodæ, quæ puella, æqualis, et collactanea Anthiæ erat, quamque unam sperabat cupiditatis suæ adjutricem futuram. Igitur, tempus opportunum nacta, puellam in sacellum patris domesticum adducit, rogat ne se prodat, et jurejurando accepto, amorem in Habrocomen proloquitur, supplicat ut se adjuvet, multa opitulanti pollicita. Scito, inquit, te mihi esse servam, noveris porro te iram læsæ barbaræ mulieris experturam. His dictis Rhodam dimisit. Hæc vero in difficultate inexplicabili versabatur, nam et Habrocomi rem eloqui nolebat, Anthiæ amore, et valde metuebat barbaræ iram. Commodum ergo visum est, quæ Manto dixisset, primum cum Leucone communicare, quo Rhoda inprimis familiariter utebatur, jam enim Ephesi secum consueverant. Nunc ubi eum solum deprehendit, prorsus, inquit, periimus, o Leucon: jam diutius non habebimus collactaneos nostros. Apsyrti heri filia vehementi amore Habrocomis tenetur, minitatur autem, ni potiatur, se aspere nos tractaturam: itaque quid agendum sit considera; nam barbaræ adversari periculosum est, fieri contra non potest, ut Habrocomes ab Anthia divellatur. Hæc audiens Leucon lacrymis sibi os opplevit, magnum inde infortunium exspectans. Tandem vero postquam se recepisset, tace, inquit, Rhoda, ego enim singula componam.

IV. His dictis Habrocomen adit. Huic vero jam nihil aliud curæ erat nisi amare Anthiam, et ab illa amari, cum ea loqui, et loquentem audire. Ad illos igitur accedens, quid agimus, inquit, sodales? Quid, servi, deliberamus? Pulcher videris, Habrocome, cuidam ex heris. Apsyrti filia ægritudine conficitur propter te, et aman-

amanti barbaræ virgini repugnare arduum est. Tu itaque, quemadmodum tibi videtur, deliberans, nos omnes serva, neque committe, ut herili iracundiæ subjiciamur. His auditis Habrocomes continuo ira completur, et intentis oculis Leuconem intuens, o improbe, inquit, et Phœnicibus hisce barbarior, tune talia ausus es verba ad Habrocomen loqui, aliamque puellam mihi Anthia præsente, memorare? Servus quidem sum, verum promissa servare scio. In corpus meum potestatem habent, attamen liberum animum gero. Minetur nunc Manto, si libet, gladios, laqueos, ignem, et cuncta quæ servile corpus ferre potest, nunquam certe adducar, ut volens Anthiæ sim infidelis. Ille quidem sic est loquutus, Anthia vero calamitate adflicta obstupuit, nec quidquam proloqui valebat, donec vix tandem se excitans, equidem, ait, accipio benevolentiam tuam erga me, Habrocome, atque insigniter a te amari confido, verum obsecro te, animæ dominum meæ, ne temet prodas, neve objicias iræ barbaricæ: heræ cupiditati obsequere, atque ego vobis de medio recedam, occidens me. Hoc tantum te precor, tu me ipse sepelito, procumbentem exosculare, atque Anthiæ esto memor. Omnia ista in majorem ærumnam Habrocomen adduxere, qui quis esset nesciebat.

V. Jam hi quidem in hoc statu erant; at Manto, dum Rhoda tardat, amplius jam perpeti nequit, scribitque ad Habrocomen epistolium, cui hæc verba erant inscripta: „Habrocomi formoso „hera tua salutem. Manto te amat, neque diutius ferre amorem „potest. Itaque (quod virgini quidem indecorum, amanti vero „necessarium est,) precor ne me despicias, neu contumeliosus sis „in eam quæ tuum sequitur commodum; nam si obsecundaveris, „patrem ego meum Apsyrtum inducam, ut me tibi connubio jun„gat, et quam nunc habes conjugem amoliemur. Dives eris et „beatus: quod si vero restiteris, qualia et ipse sis passurus, (ulci-

„scente se quæ despicatui sit habita,) et qualia qui tecum sunt „consociati, fastidii tui consultores, cogita." Has litteras obsignatas ancillæ cuidam suæ barbaræ tradit, mandans ut Habrocomi reddat. Qui acceptas ut perlegit, graviter tulit ea omnia quæ scripta erant; inprimis vero eum contristabant quæ de Anthia dicebantur. Et illas quidem tabellas retinet, alias autem ancillæ dat, his verbis conscriptas: „Fac, hera, quodcumque vis, et corpore „utere ut servi: sive enim occidere velis, paratus sum; seu tor„mentis excruciare, ut lubet torque: non erit ut cubile tuum in„grediar, neque ut obtemperem talia imperanti." Ubi Manto hanc epistolam accepit, indomita ira commovetur, cunctaque animo permiscens, invidiam et zelotypiam, moerorem ac metum, meditabatur quomodo poenas a fastidiente repeteret. Et sane quum Apsyrtus inter id e Syria advenisset, sponsum inde filiæ adducens, nomine Moeridem, continuo Manto fallaciam componit adversus Habrocomen, et scissa coma, laceratаque veste, patri obviam prodit, atque ad genua accidens, miserere, inquit, pater, filiæ tuæ a servo injuria adfectæ. Pudicus ille Habrocomes virginitatem meam violare conatus est, tibi vero etiam est insidiatus dum mei se dicit amantem. Tu igitur pro talibus ausis, ab eo poenas exige dignas; vel, si filiam tuam servis exponas, ego memet prius interimam.

VI. Hæc audiens Apsyrtus, et vera dicere filiam suam existimans, jam non perscrutatur rem ipsam, sed arcessitum Habrocomen sic objurgat: o temerarium et scelestum caput! tune ausus es heros tuos contumelia adficere, et, servus, virginem vitiare voluisti! Sed neutiquam lætabere, quippe ego supplicium de te sumam, servisque ceteris cruciatus tui faciam ut exemplo sint. Dixit, neque amplius ne verbum quidem audire sustinens, jubet servos vestem ejus discindere, ignemque ac flagella adferre, et cædere

ado-

adolescentem. Miserandum vero spectaculum erat: plagæ enim totum corpus obscurabant, servilium tormentorum insuetum: defluebat undique sanguis, et forma tota marcessebat. Vincula ei quoque formidolosa ignemque adhibuit, et vel maxime tormentis in eum usus est, ut filiæ sponso ostenderet quam pudicam esset uxorem habiturus. Hæc dum aguntur, Anthia ad Apsyrti genua accidens pro Habrocome deprecatur; at ille, quin etiam, inquit, tui caussa magis plectetur, quod te quoque injuria adfecit, uxorem habens, aliam adamans. Dein jubet in vincula conjectum tenebroso quodam carceri includi.

VII. Igitur hic quidem vinctus in carcere adservabatur, (gravis autem desperatio eum cepit, inprimis quod Anthiam non videbat; itaque plures mortis modos quæsivit, at nullum invenit, quoniam multi aderant custodes,) Apsyrtus vero filiæ nuptias fecit, plurimosque dies festos egerunt. Anthia tota luctus erat, et si quando posset carceris custodes flectere, clam ad Habrocomen adibat, et communes calamitates deplorabat. Quum vero jam in Syriam abire pararent, Absyrtus plurimis muneribus filiam Manto prosequutus, vestes ei Babylonicas et auri atque argenti copiam largitus est; tum etiam Anthiam cum Rhoda et Leucone dono dedit. Hæc igitur intelligens Anthia, seque in Syriam cum Manto esse abducendam, ubi in carcerem intrare licuit, Habrocomis amplexibus circumfusa, domine, inquit, in Syriam ducor, Manto donata, zelotypæ scilicet in manus tradita; tu vero, in custodia manens, misere moriere, ne habens quidem qui corpus tuum curet: attamen tibi juro per calamitates quas ferimus, manebo tua, sive vivens, sive etiam mori oportuerit. Hæc loquuta osculatur eum atque amplexatur, et amanter vincula complectens, ad ejus pedes provolvitur.

VIII. Posteaquam Anthia tandem carcere exiit, confestim Habrocomes hu-

humi se abjiciens, ingemuit ploravitque, o pater, exclamans, carissime, o mater Themisto! Ubi illa quondam Ephesi celebrata felicitas? Ubi clari illi, Anthia et Habrocomes, admirabiles, formosi? Longe gentium abscedit illa quidem captiva, ego vero vel unico hoc solatio privatus, moriar infelix in vinculis solus. Hæc dicentem corripit somnus, adestque ei somnium. Videbatur sibi videre patrem Lycomedem indutum nigra veste, terras circum omnes et maria errantem, qui, carcerem ingressus, exsolveret se vinculis, atque e custodia emitteret; se vero, in equum mutatum, per multas regiones ferri equam sectantem, eamque tandem adsequutum, rursum hominem evadere. Hæc videre sibi visus exsiluit, et paullulum bene sperare coepit.

IX. Hic interim carcere includebatur, Anthia vero cum Leucone et Rhoda ducebatur in Syriam. Manto, ubi cum suis Antiochiam venit, illinc videlicet erat Moeris, tum in Rhodam odium gerebat, tum Anthiam aversabatur. Ac sane Rhodam quidem statim cum Leucone jubet navigio alicui impositos longissime a terra Syria venum dari; Anthiam autem mancipio in contubernium dare destinabat, idque despicatissimo cuidam caprario agresti, existimans se hoc pacto poenam de ea capere posse. Arcessito igitur caprario, cui Lamponi nomen, tradit ei Anthiam, imperat uxoris loco habeat, et si recuset, vim inferre præcipit. Itaque rus abducitur ista cum caprario convictura. Quæ postquam in eum fundum devenit, ubi Lampon capras pascebat, ad genua ejus se abjicit, oratque supplex ut sui misereatur, sibique parcat: narrat porro quæ sit, pristinam ingenuitatem, maritum, captivitatem. His auditis Lampon, puellæ misertus, impollutam servaturum se pollicetur, jubetque bonum habere animum.

X. Iam hæc quidem in agro apud caprarium degebat, usque lugens Habrocomen; Apsyrtus autem cellam scrutatus, in qua Habrocomes an-

ante supplicium habitaverat, incidit in epistolium illud Mantus ad Habrocomen, literarum formas agnovit, et Habrocomen immerito puniri didicit. Igitur statim et solvi eum jubet, et in conspectum adduci. Ille, tristia et miseranda passus, procumbit genibus Apsyrti; at hic erigens eum, bono animo es, inquit, adolescens, injuste condemnavi te, filiæ dictis fidem habens: verum nunc te ex servo liberum faciam, familiam tibi meam regendam dabo, uxoremque adjungam civis alicujus filiam; neque vero præteritarum injuriarum memor sis, quippe mea sponte in te iniquus non fui. Hæc ajebat Apsyrtus. Habrocomes autem, quin potius, inquit, gratiam tibi habeo here, cum quod verum deprehendisti, tum quod continentiam meam remuneraris. Læti vero erant omnes in domo de Habrocome, et domino gratiam ejus caussa debebant. Ipse contra in summo moerore erat propter Anthiam, ac sæpe secum ipse sic cogitabat: quo mihi libertas? quo divitiæ et cura rei familiaris Apsyrti? Non me decet hanc vitæ conditionem sequi: illam modo reperiam sive vivam sive mortuam. Dum Habrocomes in administratione rerum Apsyrti versatur, meditans quando quove loco Anthiam esset inventurus; Leucon et Rhoda Xanthum, Lyciæ urbem, abducti; (remota est nonnihil a mari hæc urbs,) ibidem venditi fuere seni cuidam, qui eos apud se cum omni cura habebat liberorum loco, etenim prole carebat. Vivebant istic quidem in rerum omnium adfluentia, sed angebantur quod Anthiam et Habrocomen non viderent.

XI. Jam per aliquod tempus Anthia apud caprarium erat, quum Moeris, vir Mantus, crebro in agrum veniens, vehementi amore amare coepit Anthiam. Primum celare amorem conabatur, tandem vero aperit caprario, multaque clam habenti pollicetur. Iste Moeridi spondet quidem silentium, sed Manto metuens, eam adit, et Moeridis amorem narrat. Quæ irascens, me inquit, mulierum omni-

nium infelicissimam! quæ rivalem istam circumduco, per quam primum in Phoenice dilectus meus mihi fuit ademtus, nunc de viro periculum est. Verum haud impune Anthia Moeridi quoque pulcra videatur, ego enim ab illa, etiam ob ea quæ Tyri gesta sunt, poenas reposcam. Tunc igitur illa tranquilla quidem erat; sed postquam Moeris peregre abiit, caprarium arcessit, eique imperat, ut Anthiam in densissimam silvam abductam occidat, seque ob eam rem mercedem ei daturam pollicetur. Ille tum puellæ misericordia permotus; tum Manto veritus, Anthiam adit, et quæ in illam statuta sint narrat. Hæc vero plorare et lamentari: vah, inquit, istam formam utrique ubivis insidiosam! Ob importunam pulcritudinem Habrocomes Tyri moritur, hic ego. Iam id oro te, Lampon caprarie, qui te adhuc pie gessisti, si interemeris, leviter saltem vicina in terra conde, tuasque manus meis oculis impone, et sepeliens, Habrocomen adsidue invoca: cum Habrocome mihi funus illud felix fuerit. Hæc illa dicente caprarius ad misericordiam inducitur, considerans quam impium facinus sit facturus, si tam pulcram puellam nil commeritam occideret. Itaque puellam abducere ut interficeret non sustinuit, sed his eam verbis adloquitur: Nosti, Anthia, heram Manto mihi imperasse, ut abductam te interficerem; ego vero deos metuens, et formæ misertus, te procul ab hac terra vendere malo, ne Manto, edocta te non periisse, me potius male accipiat. Illa cum lacrymis ejus pedes amplectens, dii, inquit, atque tu patria Diana, pro istis beneficiis caprarium hunc remuneremini! postulatque venumdari. Igitur caprarius secum abducens Anthiam, in portum abiit, ibique Cilices mercatores nactus, puellam venum dedit, acceptoque pretio in agrum rediit. Mercatores puellam in navim ducunt, et nocte adventante in Ciliciam cursum dirigunt; verum adverso vento prohibiti fuere, et fracta navi, vix in quadam tabula servati ad litus non-

nonnulli pervenerunt, secum habentes Anthiam. Eo loco silva erat densa: per quam adeo nocte illi palantes, capti sunt ab iis qui cum latrone Hippothoo erant.

XII. Inter hæc servus e Syria advenerat, a Manto hasce literas ad patrem Apsyrtum perferens: „Collocasti me viro in terra ex„terna. Anthiam porro, quam cum aliis servitiis mihi dono de„deras, ob multa malefacta ruri habitare jusseram. Hanc dum „in agro adsidue videt egregius ille Moeris, amare coepit. Quod „ego quum ferre diutius nequirem, caprarium arcessivi, ut puellam in aliquo Syriæ oppido rursum vendat." Hæc intelligens Habrocomes, manere diutius non sustinuit. Igitur clam Apsyrtum atque omnes qui erant in ædibus, abit Anthiam investigaturus: quumque in agrum pervenisset, ubi cum caprario Anthia erat commorata, adit Lamponem, caprarium illum cui Manto Anthiam nuptum dederat, eumque rogat, ut sibi dicat si quid novisset de Tyria quadam puella. Caprarius et nomen, quod Anthia sit, et matrimonium, et suum in eo pium obsequium, deinde Moeridis amorem, et adversus Anthiam mandata, tum iter in Ciliciam, narrat; addit denique puellam Habrocomis cujusdem semper meminisse. Hic qui sit non eloquitur, sed diluculo surgens Ciliciam petit, Anthiam se ibi inventurum sperans.

XIII. Hippothous latro cum suis, posteaquam totam illam noctem essent convivati, postero die sacrificare instituerat. Parata erant omnia, Martis simulacra, spolia et coronamenta: sacra vero solito more fieri oportebat. Hostiam immolandam, sive homo, sive pecus esset, ex arbore suspendebant, et remote petebant jaculis. Quotquot adtingebant, eorum sacrificium accipere deus existimabatur; qui vero aberraverant, iterato sacrificio deum placabant. Hoc modo Anthia erat immolanda. Quum igitur, omnibus adparatis, suspendere puellam vellent, tum fragor in silva atque homi-

num strepitus est exauditus. Erat autem paci in Cilicia tuendæ præfectus nomine Perilaus, vir inter primarios Ciliciæ, qui cum magna manu latronibus superveniens, omnes occidit, præter paucos, quos vivos cepit: solus Hippothous, adsumtis armis, aufugere potuit. Perilaus Anthiam quoque ceperat, deque instante illi calamitate certior factus, misericordia est commotus. Ingentis sane infortunii exordium fuit hæc Anthiæ misericordia. Nam posteaquam illam una cum latronibus simul prehensis Tarsum Ciliciæ urbem deduxisset, consuetus eum puellæ adspectus in amorem induxerat ac sensim captus Anthia est Perilaus. Ut igitur Tarsum ventum est, latrones in custodiam tradidit, Anthiam vero colere coepit. Non erat Perilao nec uxor neque liberi, et divitiarum copia non exigua: dicebat itaque Anthiæ, eam sibi fore omnia, uxorem, dominam, et liberos. Principio quidem illa obsistere, deinde quid ageret nescia, urgenti acriusque incumbenti, metu ne quid violentius auderet, adnuit quidem matrimonium, obsecrat vero eum, ut paullisper, circiter per dies triginta, exspectet, atque intactam servet. Simulanti Perilaus fidem habet, juratque se illam puram a concubitu servaturum donec tempus istud præterierit.

XIV. Dum Anthia Perilao Tarsi commoratur et nuptiarum tempus exspectat, interea Habrocomes iter in Ciliciam prosequitur, nec longe ab antro latronum (nam et ipse a recta via aberraverat,) fit obvius Hippothoo armato. Qui ut illum conspexit, occurrens amice complectitur, rogatque viæ se comitem adjungat: video enim, inquit, adolescens, quicunque sis, et adspectu te esse pulcrum, et præterea strenuum; apparet etiam omnino te injuriam aliquam passum errare. Quare age, relicta Cilicia, in Cappadociam eamus et pontum Cappadocium, quem videlicet beatos homines ajunt incolere. Habrocomes de Anthiæ investigatione nil aperit quidem, ad-

adsentitur vero urgenti Hippothoo, et de mutua opera atque auxilio jusjurandum inter se dant: sperabat porro Habrocomes se latius vagando Anthiam inventurum. Itaque die illo ad antrum reversi, si quidem iis adhuc aliquid reliqui erat, sese et equum refecerunt: erat enim Hippothoo equus in silva absconditus.

XENOPHONTIS EPHESII

DE

ANTHIA ET HABROCOME

EPHESIACORUM LIBER IV.

I. Insequenti die Ciliciam relinquentes, iter egerunt Mazacam versus, Cappadociæ urbem magnam et pulcram: illinc enim Hippothous in animo habebat, collectis virentibus juvenibus, rursus prædonum agmen conficere. Amplos pagos transeuntibus omnium quæ ad vitam necessaria sunt abundantia suppeditabatur; etenim Hippothous peritus erat linguæ Cappadocum, itaque eum cuncti tamquam indigenam tractabant. Confecto decem dierum itinere,

Mazacam perveniunt ibique in domum juxta portas immigrantes, constituunt se aliquot dies ex labore recreare. Jam vero, convivantibus illis, quum Hippothous ingemiscere ac lacrymari coepisset, quæsivit ab eo Habrocomes, quæ caussa esset lacrymarum; cui ille: longa est, inquit, rerum mearum commemoratio, et tragicæ calamitatis plena. Nihilominus petit Habrocomes ut eloquatur, sua ipsius narraturum se quoque pollicitus. Ille igitur ex alto repetens (soli vero erant,) quæ sibi accidissent exponit.

II. Ego, inquit, genere Perinthius (urbs est Thraciæ vicina) atque e primariis sum illius civitatis. Audieris certe quam illustris sit Perinthus, quamque opulenti sint illic cives. Ibi, juvenis etiamdum, amore sum captus adolescentuli formosi: erat is unus ex indigenis, et nomen ei Hyperanthes. Amare vero primum coeperam colluctantem intuens in gymnasiis, et continere me amplius non quibam. Igitur quum patrius festus dies ejusque pervigilium ageretur, accedo ad Hyperanthem, atque ut mei misereatur deprecor. Hæc audiens et commiserescens adolescentulus, omnia pollicetur. Et, quæ prima in amore fieri solent, vicissim dabantur oscula, contactus et multæ meæ lacrymæ. Tandem, occasione capta, solis una esse licuit, ætatis æqualitate suspicionem amovente. Sic diuturna inter nos consuetudo intercesserat, donec, deorum aliquo nobis invidente, advenit ecce quidam a Byzantio (vicina hæc urbs est Perinthi) vir inter potentissimos illic cives, qui propter opes copiasque altos spiritus gerebat, nomine Aristomachus. Hic simul atque Perinthum ingressus esset, quasi ab aliquo deorum mihi immissus, Hyperanthem, qui mecum erat, conspicit, statimque capitur ab adolescentulo, ejus pulcritudinem, quæ adlicere quemcumque demum poterat, admirans. Non tulit is amorem moderate, sed principio verbis puerum sollicitabat, dein-

deinde his sibi neutiquam procedentibus, (etenim Hyperanthes ob benevolentiam erga me nulla admittebat,) patrem ejus, improbum hominem et pecuniæ servientem, sibi conciliavit. Qui ei Hyperanthem per speciem institutionis tradidit, ajebat enim se dicendi artificem esse. Iste, puerum adsumens, primum clausum tenuit, postea vero Byzantium asportavit. Sequor et ego, meis omnibus spretis, et quoties licebat, puerum conveniebam, licebat autem raro: itaque mihi parce osculum, et ægre colloquium contingebat, multis me custodientibus. Postremo quum diutius durare non possem, exstimulans memet, Perinthum redeo, et cunctis, quæ possidebam divenditis, collecta pecunia, Byzantium advenio, arreptoque pugione (consenserat etiam Hyperanthes,) noctu Aristomachi domum intro, et puero adcubantem deprehendo, iræque plenus mortiferam plagam Aristomacho infligo. Per silentium autem, cunctis quiescentibus, sine mora clam egredior mecum adducens Hyperanthem, et per totam noctem continuato itinere Perinthum profectus, mox, conscensa navi, omnibus insciis in Asiam navigo. Aliquandiu prospere navigatio processit, tandem quum prope Lesbum essemus, vehemens incidit ventus, et navim evertit. Natabam ego simul cum Hyperanthe, meque ei supponens faciliorem natationem reddebam; verum sub noctem, quum diutius perdurare adolescens non posset, natando fractus interiit. Mihi autem tantummodo corpus in litus subductum servare licuit atque humare, postquam exuvias multo cum gemitu et lacrymis detraxissem. Tum invento forte integro idoneo lapide, cippum sepulcro imposui, inque pueri infelicis memoriam epigramma inscripsi tunc ex tempore compositum:

Hippothous titulum fecit claro hunc Hyperanthi,
Non altum potuit dio tumulum dare civi.
Inclytus, heu! cecidit flos magni flamine venti,
Quem rapiens pelago fors funere mersit acerbo.

Exinde Perinthum redire in animo non fuit, sed per Asiam in Phrygiam majorem, et Pamphyliam iter converti, ibique cum inopia, tum ægritudine ex infelici casu pressus, latrocinio me commisi. Ac initio quidem satelles latrocinii sum factus, deinde vero ipse prædonum agmen in Cilicia comparavi, quod diu famosum fuit, donec qui mecum erant comprehenderentur, non multo ante quam te conspexissem. Hæc sors est eventornm meorum. Nunc tu, amice, tua mihi enarra, adparet enim te magna quadam accepta calamitate vagari.

III. Habrocomes Ephesium se esse ait, puellam adamasse, eamque in matrimonium duxisse, tum vaticinia, peregrinationem, piratas, Apsyrtum, vincula, fugam, caprarium, atque iter usque in Ciliciam memorat. Dum ille hæc enarrat, lamentabatur simul Hippothous, o parentes! clamitans, o patria, quam nunquam revisam! o mihi omnium carissime Hyperanthes! Tu quidem certe Habrocomes, videbis tandem aliquando atque recuperabis dilectam tuam; ego vero Hyperanthem intueri jam amplius non potero. Hæc loquutus, comam simul ostendit, et ei illacrymatus est. Postquam ambo abunde essent lamentati, Hippothous, respiciens Habrocomen, sed, inquit, est aliquid quod tibi non exponens præterii. Paullo prius quam comprehenderetur latrocinium, ad antrum palans advenerat pulcra puella, ejusdem tecum ætatis, et quæ eamdem patriam habere ajebat: ultra autem nihil didici. Hanc Marti immolare decreveramus, jamque præparata erant omnia, quum supervenerunt qui nos persequebantur. Ego quidem aufugi,

gi, at quid illa factum sit ignoro: admodum vero formosa erat, o Habrocomes, parce ornata, coma flava, oculi blandi. Adhuc illo loquente exclamat Habrocomes: meam vidisti Anthiam, Hippothoe! quonam tandem evasit? Quæ illam terra habet? Ciliciam petamus, illam perquiramus, non longe aberit a prædonum receptaculo. Næ per ipsius te animam Hyperanthis obsecro, noli me tua sponte lædere, sed eamus ubi Anthiam invenire possimus. Hippothous omnia se facturum promittit, at nonnullos ait colligendos homines ad itineris securitatem. Dum isti in hisce versantur, deliberantes quomodo in Ciliciam regrederentur, Anthiæ triginta isti dies præterierant, et nuptiæ adparabantur Perilao, et deducebantur ex agris victimæ. Magna porro aliarum rerum paratur copia. Familiares ei simul et cognati aderant: multi item e civibus convenerant ut Anthiæ nuptias concelebrarent.

IV. Eo tempore, quo Anthia latronibus erepta Tarsum advenerat, illuc, postquam in Aegyptum navigans naufragium fecisset, pervenerat senex quidam Ephesius, arte medicus, Eudoxus nomine. Circumibat iste domus nobilissimorum Tarsensium, et ab aliis vestem, ab aliis pecuniam flagitabat, narrans cuique infortunium suum: itaque etiam ad Perilaum accessit, Ephesium se et medicum esse professus. Perilaus vero eum ad Anthiam adduxit, existimans fore, ut Ephesii hominis adspectu lætaretur. Quæ Eudoxum comiter accepit, interrogavitque num de suis sibi aliquid narrare haberet. Is autem nihil se scire ajebat, quod diu jam peregrinando ab Epheso abesset. Nihilo tamen minus Anthia, rerum domesticarum recordans, eo delectabatur. Itaque jam et familiarium consuetudine utebatur, et idemtidem Anthiam adibat, commodis omnibus fruens, petebatque ab ea semper ut Ephesum transmitteretur; erant quippe ei liberi et uxor.

V. Ubi igitur Perilao cuncta fuere ad nuptias præparata, aderatque

dies

dies, convivium sumtuosum eis paratur, et Anthia nuptiali cultu exornatur. At illa neque nocte, neque interdiu plorare cessabat, sed Habrocomen semper habebat ante oculos; multa porro simul animo meditabatur, amorem, jusjurandum, patriam, parentes, præsentem necessitatem, nuptias. Igitur, adrepta facultate sola quum esset, capillos lanians, heu me, inquit, prorsus iniquam atque improbam! Quam impares Habrocomi vices rependo! Ille quidem, ut meus maneat maritus, et vincula perfert atque tormenta, imo haud dubie jam est mortuus; ego contra non modo horum immemor sum, sed et nubam infelix, canetque mihi aliquis hymenæum, et in Perilai lectum inscendam? Verum, o mihi omnium carissima Habrocomis anima, ne te adflictato mea caussa, numquam enim tibi volens injuriam faciam. Adero tibi, ad mortum usque sponsa permanens tua. Quum hæc dixisset, venissetque ad eam Eudoxus medicus Ephesius, abducit eum in remotum quoddam conclave, atque, ad ejus genua procidens, obsecrat nè cuiquam eloquatur quidquam eorum quæ esset dictura, perque deam patriam Dianam obtestatur, ut se adjuvet in omnibus quæcumque ab eo peteret. Eudoxus multa lamentantem erigit, ac bono esse animo jubet, omnia se præstiturum jurejurando pollicitus. Tum illa narrat Habrocomis amorem, datum illi jusjurandum, et initam pactionem de servanda pudicitia. Quod si, inquit, vivæ mihi liceret vivum Habrocomen recipere, vel clam hinc aufugere, de hisce rebus deliberarem, quandoquidem autem ille occidit, et fugere non datur, nec fieri potest ut instantes nuptias perpetiar; (neque enim Habrocomi promissis non stabo, neque jusjurandum spernam,) tu igitur nobis adjutor esto, medicamentum parans alicunde quod me miseram liberet a malis. Multæ tibi pro iis cum a diis tribuentur, quibus adsidue pro te ante mortem vota faciam, tum ipsa ego et pecuniam tibi dabo, et commeatum instruam, poterisque

risque antequam aliquis resciscat, conscensa navi, Ephesum navigare. Quo ubi adveneris, parentes meos Megameden et Euippen perquires, meum illis obitum nuntiabis, quæque mihi omnia per istam peregrinationem evenerunt, periisse item Habrocomen narrabis. His dictis ad ejus pedes provoluta, rogat ne sibi adversetur, utque venenum præbeat: deinde viginti argenti minas suaque monilia proferens, (omnibus enim abundabat, utpote quæ cuncta Perilai in sua haberet potestate,) Eudoxo tradit. Ille multa animo agitans, simul puellæ infortunium miseratus, et Ephesum redeundi cupidus, victus etiam pecunia et muneribus, medicamentum se daturum promittit, et adlaturus discedit. Hæc interea valde lamentari, juventutem hanc suam deplorare, adflictare sese quod immaturam esset mortem obitura, atque identidem Habrocomen quasi præsentem inclamare. Redit tum, paullum moratus, Eudoxus, medicamentum haud mortiferum adferens, sed somniferum, ut et puella nihil pateretur, et ipse, viaticum nactus, salvus evaderet. Anthia eo accepto, maximas habet gratias, eumque dimittit. Hic vero statim conscensa navi devectus est; illa contra occasionem opportunam quærebat ad medicamenti potionem.

VI. Jamque nox erat, et thalamus parabatur, quum ii, quibus id demandatum fuerat, accessere ut Anthiam educerent. Quæ invita quidem et lacrymans egreditur, venenum in manu abscondens. Et ubi prope thalamum devenit, familiares faustas nuptias precati sunt; at illa lamentabatur et plorabat. Sic, inquit, antehac sponso Habrocomi adducebar, comitabatur nos amatoria fax, et nuptiale carmen in felices nuptias canebatur. Nunc autem quid ages Anthia? Erisne injusta in Habrocomen, in maritum tui amantem, tua caussa mortuum? Non ita mollis ego sum, neque in malis ignava. Decretum est, venenum bibam, Habrocomen oportet mihi esse maritum, illum vel mortuum volo. Hæc loquuta ducitur in thalamum, et nunc ibi

sola mansit, quoniam Perilaus adhuc cum amicis epulabatur. Simulans igitur se in illo angore siti esse correptam, aliquem e famulis aquam sibi adferre jubet, tamquam si bibere vellet. Mox adlatum sumens poculum, nemine intus sibi adstante, medicamentum injicit, et lacrymans, o carissimi, inquit, Habrocomis anima, en! fidem tibi præsto, et viam ad te ingredior, calamitosam illam quidem, sed necessariam. Recipe me lubens, mihique illic beatam tecum vitam præsta. His dictis ebibit medicamentum, et continuo somnus eam complexus est, ceciditque in terram, vires quas habebat, exercente potione.

VII. Intrans Perilaus, simul Anthiam jacentem vidit, statim adtonitus clamorem edidit, inde domesticorum magnus tumultus ac promiscua adflictio, ejulatus, timor, stupor: illis, quam mortuam putabant, lugentibus, his Perilai vicem dolentibus, cunctis autem casum moerentibus. Perilaus, lacerata sibi veste, in corpus procumbens, o dilectissima, inquit, mihi puella quæ ante nuptias amatorem deseruisti, quæ paucos dies Perilai fuisti sponsa, in quem thalamum, sepulcrum scilicet, te deducemus? Felix nimirum, quicumque demum is fuerit, Habrocomes: beatus ille revera, qui tanta ab amante consequutus est munera. Hunc in modum ille lamentabatur, et totam amplexus, manus ac pedes osculabatur, infelix, exclamans, sponsa! uxor infelicior! Dein eam exornavit, plurima veste amiciens multumque aureum ornatum circumponens: quumque diutius adspectum non ferret, ubi dies advenit, Anthiam lecto impositam (jacebat illa sensibus vacua,) abduxit in vicina urbi sepulcra, ibique in cella quadam condidit, multas pone mactavit victimas, multamque vestem atque alium ornatum cremavit. Tum ille, justis peractis, a propinquis et familiaribus domum est deductus.

VIII. Anthia in sepulcro relicta, ubi ad se rediit, sensitque non leta-

letale fuisse medicamentum, gemens ac plorans, o fallax, inquit, medicamen, quod me prohibuit felicem ad Habrocomen viam inire! Frustrata sum igitur (nova mihi sunt omnia,) vel mortis desiderio; at licet utique in sepulcro manenti veneni opus fame perficere; nec enim me quis hinc auferet, nec solem adspiciam nec in lucem prodibo. His dictis obfirmato animo mortem fortiter opperiebatur. Exin sub noctem quidam latrones, qui magnifice sepultam puellam didicissent, copiosum item ornatum muliebrem cum multo auro atque argento simul fuisse repositum, ad sepulcrum accedunt, ejusque foribus effractis, intrant, ornatum auferunt, et viventem vident Anthiam; idque magno quoque in lucro esse deputantes, erigunt eam, atque abducere instituunt. Hæc vero ad pedes eorum provoluta eosque magnopere obsecrans: viri, inquit, quicumque estis, ornatum huncce omnem quidem, quantuscumque est, cunctaque mecum sepulta vobis auferte, verum corpori parcite. Duobus consecrata sum Diis, Amori et Morti: his me dare operam sinite. Per patrios vestros deos, quæso, ne me diei ostendite, quæ nocte ac tenebris dignas passa sum calamitates. Hæc illa: neque tamen flexit latrones, sed sepulcro extractam ducunt ad mare, impositamque navigio, Alexandriam devehunt; in navi vero eam curabant, et bono animo esse hortabantur. Illa reputans quibus in malis versaretur, lugens moerensque: jam, inquit, iterum latrones et iterum captiva ego! sed hoc nunc infortunatius quod sine Habrocome. Quæ me tandem terra excipiet? quos homines conspiciam? Iterumne Moerin, Manto, Perilaum, Ciliciam? sed eo jam perveniam, ubi vel tumulum solum Habrocomis videam. Talia identidem conquesta, sponte quidem nec potionem nec cibum capiebat, verum adigebant latrones. Paucis diebus cursu confecto, Alexandriam sunt delati, ibique Anthiam exposuere, eamque mercatoribus quibusdam tradere constituerunt.

IX. Perilaus, ut effractum fuisse sepulcrum rescivit, et cadaver amissum, in magno atque intolerabili dolore fuit. Habrocomes autem anquirebat et sciscitabatur, sicubi quis de captiva peregrina puella inter latrones abducta quidpiam nosset, quum nil comperiret, defatigatus rediit in diversorium. Coenam interea sibi Hippothoi sodales adparaverant, et ceteri quidem coenaverunt, at Habrocomes qui prorsus animum desponderat, postquam se in lectum abjecisset, plorans jacebat nullum capiens cibum. Accesserat ad Hippothoum loci dominus, simul anus quædam aderat, nomine Chrysiun, quæ sic narrare occoepit. Audite, inquit, hospites, casum qui non ita pridem in urbe incidit. Perilaus quidam, vir inter potentiores, qui paci in Cilicia tuendæ præfectus constitutus fuit, ad latrones investigandos egressus, comprehensos nonnullos una cum formosa virgine abduxerat, cui ut sibi nuberet persuasit; jamque omnia ad nuptias erant ornata, quum ipsa thalamum ingressa, sive quod desiperet, sive quod alium quempiam adamaret, venenum alicunde nacta ebibit, et mortua est: talis certe mortis modus narrabatur. Hæc audiens Hippothous, illæc, inquit, puella est quam quærit Habrocomes. Et Habrocomes quidem hanc narrationem audierat, verum moerore, debilitatus languescebat. Tandem tamen ad Hippothoi vocem exiliens, sane nunc quidem, ait, exploratum est occidisse Anthiam, ejusque sepulcrum isthic nimirum est, et corpus adservatur, simul his dictis vetulam Chrysium rogat, ad illius sepulcrum se ducat corpusque commonstret. Hæc autem suspirans, hoc vero, inquit, est quod miseræ puellæ infelicissimum fuit: etenim Perilaus et splendide sepeliverat eam atque exornaverat; verum de rebus una conditis quum inaudissent latrones, effracto sepulcro, ornatum non modo abstulerunt, sed et corpus subduxerunt: qua de re multam ac diligentissimam indagationem Perilaus instituit.

X. Hæc

X. Hæc intelligens Habrocomes tunicam discidit, ac vehementer deflevit Anthiam, quæ præclare quidem et caste mortem obiisset, sed infeliciter post mortem periisset. Qui tandem latro tanto amore tenebatur, ut vel mortuam te concupiverit? ut ipsum cadaver abstulerit? Ego miser te sum orbatus, et simul unico meo solatio. Igitur mori omnino decretum est; sed prius perdurabo donec alicubi corpus tuum invenero, atque id amplexatus me una sepeliam. Hæc cum lacrymis dicentem bono animo esse Hippothous hortabatur. Dein tota nocte latrones requieverunt; at Habrocomi omnium veniebat in mentem, Anthiæ, mortis, sepulcri, corporis deperditi. Quare jam sese amplius non cohibens, clam omnes (jacebant quippe vino sepulti Hippothous ac socii,) egreditur quasi quid sibi opus esset, atque omnes deserens, ad mare pergit. Incidit forte in navem Alexandriam petentem, eaque conscensa provehitur, sperans latrones, qui cuncta diripuerant, in Aegypto deprehensurum; eo tamen infelix eum spes ducebat. Dum ille Alexandriam versus navigat, Hippothous sociique, posteaquam illuxit, ablatum sibi esse Habrocomen indoluerunt, et paucos dies curantes sese, constituerunt in Syriam et Phoeniciam ad prædandum proficisci.

XI. Tradiderant latrones Anthiam mercatoribus, magna accepta pecunia. Qui eam abunde aluerunt, et corpus curarunt, requirentes usque qui justo pretio emeret. Advenerat forte Alexandriam ab India, urbem visendi et mercaturæ faciendæ caussa, quidam e regibus illius regionis, Psammis nomine. Viderat iste Psammis Anthiam apud mercatores, atque vidit, captus est, datoque mercatoribus multo argento, eam sibi ancillam adsumsit. Cui vix emtæ barbarus homo continuo vim inferre parat, quo ea abuteretur. Principio illa abnuere atque adversari, ad extremum Psammidi caussatur (superstitiosi natura sunt barbari,) se a patre, quum nasce-

nasceretur, Isidi fuisse dicatam quoad nuptiis matura foret, ajebatque ad id tempus annum adhuc esse præstitutum. Quod si, inquit, deæ sacram violaveris, irascetur illa nimirum eritque poena gravis. Fidem habet Psammis, deamque adorans, Anthia abstinet. Itaque illa jam apud Psammidem custodiebatur, quandoquidem Isidi sacra esse putabatur.

XII. Interea navis ea, qua ferebatur Habrocomes a recto cursu versus Alexandriam aberrat, inciditque in ostia Nili, atque in id quod Paraetonium vocatur, et Phoenices oram maritimam. Ejectos hosce invadunt ex iis locis pastores, qui et sarcinas diripiunt, et hominibus vincula injiciunt, tum longo per deserta itinere Pelusium Aegypti urbem ducunt, ibique alium alii vendunt. Emit Habrocomen senex miles: erat is emeritus, et Araxus vocabatur. Habebat Araxus iste uxorem foedam adspectu, voce longe turpiore, quæ omnigenam excesserat intemperantiam, nomine Cyno. Hæc Habrocomen simul ac domum est deductus amare coepit, nec jam sese diutius continuit, in amore quoque suscipiendo vehemens, et libidinem explere cupiebat. Araxus Habrocomen diligebat, et sibi adoptaverat: Cyno verbis eum ad concubitum sollicitabat, utque morem gereret rogabat, maritum sibi adsciscere pollicita, et Araxum interficere. Dirum istud quidem Habrocomi videbatur, multaque simul secum reputabat, Anthiam, jusjurandum, temperantiam, quæ sibi jam toties nocuisset. Tandem vero urgenti Cyno adsentitur: itaque illa sub noctem, ut maritum haberet Habrocomen, Araxum occidit et factum narrat Habrocomi. Qui vero mulieris improbam hanc lasciviam non ferens, domo excessit, eamque reliquit, negans se unquam cum muliere nefaria cæde polluta cubiturum. Illa, quum se collegisset, simul atque illuxit, Pelusiotarum coetum adit, virum luget, narrat a servo recens emto eum esse interfectum, et majorem in modum plangens, visa est

est multitudini credibilia dicere. Igitur comprehendunt illico Habrocomen, vinctumque mittunt ad eum, qui tunc Aegypto praeërat. Sic ille Alexandriam abducitur, poenas daturus, quod herum Araxum interfecisse putaretur.

XENOPHONTIS EPHESII

DE

ANTHIA ET HABROCOME

EPHESIACORUM LIBER IV.

I. Hippothous cum suis Tarso iter Syriam versus agentes si quid in via offenderent, id omne sibi subjiciebant: villas quoque incenderunt, multosque homines trucidarunt; atque ita progressi, Laodiceam Syriæ perveniunt, ibique non jam ut latrones, sed tamquam qui urbis visendæ caussa advenissent, commorati sunt. Hippothous istic sollicite perquirebat sicubi Habrocomen posset invenire; verum posteaquam nihil profecit, seque latrones recrearunt, iter in Phoeniciam convertunt, atque inde in Aegyptum hanc enim incursare statuerunt. Igitur, magna collecta latronum ma-

manu, Pelusium petunt, tum Nilo flumine versus Hermopolin Aegypti et Schediam navigantes, atque alveum a Menelao ductum ingressi, Alexandriam quidem præterierunt, Memphim vero Isidi sacram, indeque Mendem pervenerunt; adsumserunt vero etiam ex incolis socios latrocinii ac viæ duces. Posteaquam Taua pertransiissent, Leontopolin veniunt, aliosque pagos non paucos prætergressi, quorum plerique obscuri erant; Coptum, in vicinia Aethiopiæ, pervenerunt. Ibi latrocinari decreverunt, magna etenim transeuntium mercatorum multitudo erat, qui sive Aethiopiam sive Indiam commeare solerent. Latronum hæc manus quingentis constabat viris: itaque Aethiopiæ jugis occupatis, omnibusque rebus ordinatis, viatores expilare constituerunt.

II. Ut Habrocomes ad Aegypti præfectum venit, (quem Pelusiotæ de eo quod acciderat, Araxi videlicet nece, et quod servus talia esset ausus, literis certiorem fecerant,) iste singulis non intellectis, neque de facto quidquam ultra sciscitatus, abductum Habrocomen cruci jubet adfigi. Ille vero in tanta calamitate obstupefactus erat, attamen hoc moriturum solabatur, quod et Anthiam interiisse putabat. Igitur abducunt eum, quibus id mandatum fuerat, ad Nili ripas, (prærupta ibi rupes erat in fluminis cursum prospiciens,) et crucem erigunt, eique adfigunt, restibus manus ac pedes constringentes: namque hoc modo in cruce suffigere illi genti mos est. Abscesserunt deinde, relinquentes, quem suspenderant, utpote qui in tuto esset collocatus. Ille vero solem et Nili fluenta respiciens, o deorum, inquit, humano generi amicissime, qui Aegyptum tenes per quem et terra et mare cunctis hominibus adparent, si quid Habrocomes egit injuste, misere dispeream, suppliciumque hoc gravius, si quod est, subeam; verum siquidem me scelesta mulier prodidit, ne Nili flumen polluatur corpore injuria necato, neque tu spectaculum ejusmodi in-

intueare, hominem videlicet, qui nihil deliquit, in tua hac terra pereuntem. Precantis miseretur deus, atque repente venti turbo exoritur, inque crucem irruit, ac terreum disjicit rupis solum, in quo defixa crux fuerat. Itaque in profluentem decidit Habrocomes, deferturque nec aqua ei officiente, neque vinculis eum impedientibus, neque bestiis lædentibus, sed deducentibus ac ferentibus undis recipitur in ostia Nili in mare influentis. Ibi eum custodes comprehendunt, et tamquam qui supplicium effugisset, ducunt ad Aegypti præfectum. Qui vero magis etiam irritatus, ac penitus improbum esse judicans, rogum exstrui jubet imponique et comburi Habrocomen. Jamque parata erant cuncta, rogus juxta Nili ostia exstructus, impositus ei Habrocomes, ignisque subjectus. Jam etiam flammæ prope aberant ut corpus adtingerent, quum ille rursum paucis, quantum licebat, ab instantibus malis ut servaretur precari coepit. Hic vero intumescit Nilus, et fluctus rogo incidunt, atque flammam exstinguunt. Miraculo istud fuit adstantibus, qui prehensum Habrocomen adducunt ad Aegypti præfectum, quæ acciderant narrant, et Nili auxilium explicant. Hæc audiens, factum admiratur, et jubet eum custodiri quidem, sed curari quam diligentissime, donec, inquit, qui sit iste homo cognoscamus, et cur diis adeo sit curæ.

III. Dum ille in carcere est, Psammis, qui Anthiam emerat, redire domum statuit, omniaque ad profectionem parabantur. Oportebat autem superiorem Aegyptum peragrantem, Aethiopiam quoque adire, ubi Hippothoi agmen prædonum constitutum erat. Cunctorum præclarus erat adparatus, multi cameli, asini, equi, sarcinas bajulantes; magna vis erat auri atque argenti; copiosa vestis: simul et Anthiam deducebat Psammis. Hæc ut, Alexandriam prætergressa, Memphim advenit, ante Isidis templnm subsistens precatur: o deorum maxima: casta adhuc saltem maneo, quod

 tua

tua habeor, et inviolatum Habrocomi matrimonium servo. Hinc jam ad Indos abeo, procul quidem ab Ephesia terra, procul etiam ab Habrocomis reliquiis. Vel igitur me miseram posthac tutam præsta, vivoque restitue Habrocomi; vel si omnino fatale est nos seorsim mortem oppetere, hoc effice, ut me mortuo pudicam servem. Sic illa orabat: interim conficiebant iter, jamque Coptum prætergressi Aethiopum fines ingrediebantur, quum eos invadit Hippothous, et cum ipsum Psammidem, tum multos qui cum eo erant; interficit, res omnes et Anthiam capit, quæque adprehenderat collecta in speluncam defert ad recondendam prædam latronibus paratam. Anthia illuc quoque ingressa nec Hippothoum agnovit, nec ipsam Hippothous. Cui deinde ex ea percunctanti quænam atque undenam esset, vera non narrat, sed indigenam se Aegyptiam esse ait, nomine Memphitin.

IV. Dum illa apud Hippothoum est in latronum antro, interea præfectus Aegypti Habrocomen arcessit, quæ ad ipsum pertinebant, exquirit, facti narrationem audit, et adversam ejus fortunam miseratur, dat ei pecuniam, et pollicetur se curaturum, ut Ephesum perducatur. Ille vero maximas quidem ei gratias agit de salute sua, sed rogat, ut sibi Anthiam perquirere concedat. Itaque multis acceptis muneribus, conscenso navigio, Italiam devehitur, percunctaturus illic si quid de Anthia posset intelligere. Edoctus jam de iis quæ Araxo acc●lerant Aegypti præfectus, arcessitam Cyno in crucem sustulit.

V. In spelunca commorantem Anthiam unus e prædonibus, qui ipsam custodiebant, amare cœpit Anchialus nomine. Erat iste Anchialus ex iis, qui e Syria se Hippothoo socios adjunxerant, genere Laodicenus, et apud Hippothoum in honore habebatur, utpote animosus, et in agitandis latrociniis valde exercitatus. Hic igitur Anthiam adamans, principio verbis eam sollicitabat ut flecteret, sperans

rans se illam sermone capturum, et dono ab Hippothoo acceptu- rum. At illa prorsus recusabat, neque eam quidquam flectebat, non antrum, non vincula, non latro minax, sed Habrocomi se etiam nunc servabat, quamvis mortuum putaret, sæpiusque, si clam posset, exclamabat: unius Habrocomis oportet me uxorem manere, etiamsi mori sit necesse, etiamsi graviora his quæ per- pessa sum pati. Hæc Anchialum in majus infortunium induxere: quum enim quotidianus Anthiæ adspectus cum amore incenderet, et perdurare amplius nequiret, vim Anthiæ inferre moliebatur. Quocirca nocte quadam, dum non adest Hippothous, sed cum ceteris latrocinia agitat, consurgit, vimque puellæ afferre cona- tur. Illa in desperatis malis constituta, nudato qui prope jace- bat gladio, Anchialum ferit, fuitque mortiferum vulnus. Dum enim totus super eam se inclinat, et complecti vult atque osculari, illa, gladium subjiciens, pectus transegit. Et Anchialus quidem sat gra- ves pravæ cupiditatis poenas dedit; Anthia vero ob facinus in for- midinem venerat, et multum meditabatur; nunc quidem mortem sibi consciscere; sed de Habrocome nonnihil etiamnum sperabat; nunc vero ex antro aufugere; at hoc fieri non poterat, neque enim via illi expedita, neque dux erat itineris. Igitur in antro manere statuit, ac perferre quidquid fato placuisset. Sic noctem illam insomnem egit, multa volvens animo.

VI. Ut illuxit, Hippothous et socii redeuntes conspicantur Anchialum occisum, et Anthiam juxta cadaver. Quod factum fuerat suspican- tur, atque illam interrogantes, omnia intelligunt. Jam vero faci- nus hoc animadversione esse dignum censentes, et ulciscendam amici mortem, varia in Anthiam consuluere. Hic quidem interfi- ciendam esse suadet, et cum Anchiali cadavere sepeliendam; alius in crucem agendam; Hippothous vero, quippe qui de Anchialo doleret, majus in Anthiam supplicium constituit. Jubet igitur la-

 tam

tam profundamque fossam cavari, Anthiám injici; et duo cum ea canes, ut ita gravem poenam eorum quæ ausa esset subiret. Illi mandata exsequuntur, et Anthia ad fossam adducitur simulque canes: erant autem Aegyptii, magni ceteroquin, et adspectu terribiles. Posteaquam injecti essent, ingentia imponunt ligna, aggesta terra fossam operiunt, (parum ea distabat a Nilo,) et custodem unum e latronibus Amphinomum adponunt. Amphinomus iste, qui jampridem Anthiæ amore esset captus, tunc magis ejus misericordia commovebatur, dolebatque infelicem casum: cogitabat adeo quo pacto efficeret, ut diutius illa viveret, neque eam canes molestarent. Itaque frequenter de lignis fossæ superimpositis quædam removens, panem injiciebat, et aquam subministrabat, tumque Anthiam bono esse animo hortabatur. Canes pasti nullo jam malo eam adficiebant, sed cicures et mansueti sunt facti. Anthia vero in sese intuens, et præsentem fortunam considerans, væ, inquit, miseræ mihi! quale supplicium subeo! Fossa, et carcer, ei canes conclusi, longe prædonibus mitiores! Paria tecum Habrocome perpetior; nam et tu in simili aliquando adversa fortuna versatus es, et te in vinculis Tyri reliqui. At si quidem vivis adhuc, nihil est mali, tenebimus enim, opinor, nos aliquando; quod si vero mortem jam obiisti, frustra ego vivere laboro, et frustra ille, quicumque tandem est, infelicis miseretur mei. His dictis sine intermissione lamentabatur. Et in fossa quidem inclusa manebat cum canibus, Amphinomus vero et frequenter consolabatur eam, et canes alendo mansuefaciebat.

XE-

XENOPHONTIS EPHESII

DE

ANTHIA ET HABROCOME

EPHESIACORUM LIBER V.

I. Habrocomes ab Aegypto in ipsam quidem Italiam non pervenit, etenim ventus navim rejiciens, a recto cursu avertit, egitque in Siciliam: itaque ad Syracusas, pulcram amplamque urbem, adpulerunt. Huc quum advenisset Habrocomes, statuit insulam pervagari, ac præterea inquirere, si quid de Anthia intelligere posset, et protinus juxta mare apud Aegialeum quemdam senem, arte piscatorem, deversatur. Aegialeus pauper et peregrinus erat, atque se ex artis suæ quæstu ægre alebat. Is vero libens excepit Habrocomen, et filii loco habens, eximie diligebat. Multa inter eos intercedente consuetudine, tandem aliquando Habrocomes narravit ei quæ ad se pertinebant, Anthiam videlicet, ejusque amorem, erroresque suos; tum et Aegialeus narrationem suam incepit. Ego, inquit, fili Habrocome, nec Siciliensis nec indigena sum, sed Spartanus Lacedæmonius, ex potentioribus illic civibus, et qui opi-

opibus abundabant. Juvenis quum essem, ephéborum ordini adscriptus, amare coepi virginem civem, cui Thelxinoë nomen, atque illa me redamabat. Quum in urbe pervigilium ageretur, inter nos, deo ambos ducente, convenimus, et iis, quorum gratia congressi fueramus, fruiti sumus. Per aliquod tempus clam consuescere licuit, ac sæpe jurejurando polliciti sumus nos invicem ad mortem usque non deserturos. At invidit nimirum deus aliquis: adhuc enim inter ephebos numerabar, quum Thelxinoëm parentes desponderunt Androclei cuidam indidem adolescenti, qui jam et ipse eam adamabat. Jam puella quidem primum plures caussas prætexebat, ut nuptias proferret; ad extremum vero, quum ei licuisset in eundem mecum locum convenire, paciscitur noctu Lacedæmone mecum egredi. Itaque ergo adolescentulorum more induimur, comam vero Thelxinoës etiam ipsa nuptiarum nocte abscidi. Urbe egressi, Argos et Corinthum profecti sumus, atque inde solventes, in Siciliam navigavimus. Lacedæmonii, fuga nostra cognita, capitis nos condemnarunt. Jam isthic in penuria quidem rerum necessariarum vitam degebamus, sed hilares tamen, videbamurque nobis commodis omnibus frui, quod una eramus. Non ita pridem mortua hic est Thelxinoë, corpus autem humatum non fuit, sed mecum scilicet habeo, semperque amo, ejusque utor consuetudine. Simul his dictis Habrocomen in interius conclave adducit, eique Thelxinoën ostendit, jam vetulam quidem mulierem, at formosam etiam dum Aegialeo puellam visam. Corpus ejus conditum erat more Aegyptio, cujus quoque peritus erat senex ille. Jam cum ista, inquit, fili Habrocome, perpetuo, perinde ac si viveret, loquor, una et cubo et epulor; et si quando a piscatu defatigatus revertor, hujus me adspectus solatur; haud enim qualis nunc tibi conspicitur, talis et mihi adparet, verum recogito, fili, qua-

qualis Lacedæmone erat, qualis in fuga; pervigilia denique animo meditor. Aegialeo adhuc loquente lamentabatur Habrocomes: te vero, inquit, puellam omnium infelicissimam, quando vel mortuam inveniam? Nam Aegialeo quidem magnum vitæ solatium est corpus Thelxinoës, ac sane nunc didici, verum amorem ætate non terminari; at ego terras omnes et maria pervagor, neque inaudire de te quidquam potui. O vaticinia infelicia! O Apollo qui nobis quam tristissima vaticinatus es, miserere tandem, et prædictorum extrema perfice! Inter hujuscemodi querimonias Habrocomes, consolante eum Aegialeo, vitam Syracusis degebat, jamque etiam in arte se socium Aegialeo adjunxerat.

II. Hippothous jam magnam prædonum manum comparaverat, atque Aethiopia discedere, majoresque nunc res adgredi statuerat; neque ei sufficere videbatur si viritim prædaretur, nisi et pagos atque oppida invaderet. Igitur adsumtis sociis, cunctisque rebus suis in jumenta, quæ multa habebat, et camelos non paucos impositis, Aethiopiam reliquit, et in Aegyptum Alexandriamque est profectus, rursumque Phoenicem et Syriam adire meditabatur; Anthiam autem jam esse mortuam putabat. Amphinomus vero, is qui ad fossam custos ei fuerat adpositus, eamque adamabat, quum se a virgine divelli, simul propter illius amorem, simul propter perniciem, quæ ei instabat, non sustineret, Hippothoum non est sequutus, sed inter tot alios latuit, occultans se in antro quodam, in quo sibi cibaria collegerat. Dum Hippothous nocte ad pagum Aegypti, quem Arium vocant, accedit, diripere eum instituens, interea Amphinomus fossam aperit, et Anthiam educit, atque bono esse animo hortatur. Quæ quum etiamnum timeret et suspicaretur, ille per solem perque deos Aegyptios jurat, castam se illam, et a concubitu pu-

puram servaturum donec ipsa aliquando persuasa, adnuere velit. Jurijurando Amphinomi fidem tribuit Anthia, eumque sequitur; neque vero canes eam reliquerunt, sed, familiares facti, diligebant. Ubi Coptum ventum est, aliquot ibi dies commorari statuerunt donec Hippothous in via processisset: canes autem ut cibaria haberent, curarunt. Hippothous cum suis pagum Arium invadentes, multos incolarum interfecere, domusque incenderunt; nec eadem via, sed secundo Nilo vecti descenderunt: itaque conscensis omnibus, quæ ex interjacentibus pagis collegerant navigiis, Schediam... navigarunt, et . . . atque hinc, postquam ad Nili ripas exscenderunt, reliquam permearunt Aegyptum.

III. Interim præfectus Aegypti de iis, quæ ad Arium acciderant, deque Hippothoi prædonum agmine, quod ex Aethiopia advenire narrabatur, edoctus fuit. Quare comparatis multis militibus, iisque ducem Polyidum quemdam e cognatis suis præficiens, juvenem adspectu formosum, et ad res agendas strenuum, eum adversum latrones misit. Qui cum agmine suo prope Pelusium occurrit Hippothoo, ac protinus ad ripas fit pugna, multique utrimque cecidere. Tandem, interveniente nocte, converterunt se latrones, cunctique a militibus cæsi sunt, præter paucos qui vivi capti sunt. Solus Hippothous, projectis armis, fugæ se mandavit, et noctu Alexandriam pervenit, atque illinc, quum latere ei licuisset, inscensa navi, quæ solvere parabat, in altum est provectus. Siciliam vero cum maxime adpetebat, quod ibi præcipue et occultare sese et ali posse arbitraretur; audierat enim amplam esse insulam et omnibus copiis florentem.

IV. Polyidus autem non satis esse duxit superasse latrones illos, qui secum congressi fuerant, sed expurgandam esse Aegyptum cen-

censuit, ac pervestigandum si uspiam vel Hippothoum, vel e sociis suis aliquem posset deprehendere. Igitur cum parte copiarum et captivis latronibus, ut si quis prædo in conspectum se daret, sibi indicarent, adverso Nilo navigat, in oppidis perscrutatur, et Aethiopiam usque progredi cogitabat. Jam etiam Coptum pervenerant, ubi Anthia cum Amphinomo erat. Illa quidem domi morabatur, Amphinomum vero agnovere captivi latrones, et Polyido renuntiant; itaque capitur Amphinomus, et inquisitione habita, omnia de Anthia narrat. Quibus auditis, hanc itidem abduci jubet, et accedentem interrogat quænam atque unde esset. Illa nil veri eloquitur, sed Aegyptiam se esse ait, et a prædonibus captam. Inter hæc Polyidus quoque vehementi amore amare coepit Anthiam, (erat autem ei uxor Alexandriæ), ac principio quidem, amatoris ritu, perducere conabatur magna pollicitus; at postremo, ubi, Alexandriam descendentes, Memphim pervenerunt, Polyidus vim Anthiæ inferre adgressus est. Hæc vero effugiendi facultatem nacta, Isidis templum ingreditur, ibique supplex facta, tu me, inquit, cui sæpius opitulata es, Aegypti domina, rursum salvam præsta; et sibi etiam Polyidus temperet a me, quæ tuo auxilio me etiam castam Habrocomi servavi. Polyidus, qui simul deam metueret, simul Anthiam amaret, misericordia ex adversa ejus fortuna commotus, templum solus adit, juratque se numquam Anthiæ vim aut injuriam facturum, sed castam, quamdiu ipsa voluerit, servaturum; sat enim amanti esse videbatur, si spectaret modo et colloqueretur. Jurijurando fidem habens Anthia, e templo descendit, quumque statuissent triduo se Memphi recreare, Anthia in Apidis templum introit. Nobilissimum hoc est in Aegypto, et deus volenti vaticinatur; nam ut quis accedens oravit, atque a deo responsum petiit, ipse quidem egreditur,

Aegyptii vero templum dei circumstantes, sive soluta oratione, sive versibus futura quæque prædicunt. Igitur et Anthia, quum eo accessisset, ad Apidis genua procumbit; et, o deorum, inquit, humano generi amicissime, atque erga hospites omnes misericors, mei quoque infelicissimæ miserere, certumque mihi de Habrocome responsum redde: nam si quidem illum posthac visura sum, et maritum habitura, exspectabo vivamque; verum si ille occubuit, me pariter præstat ærumnosa hac vita liberari. His dictis lacrymans templo exit. Tum vero pueri ante fanum ludentes simul exclamavere: Anthia propediem Habrocomen virum suum recipiet. Quibus auditis alacrior facta, diis preces adhibet, et continuo Alexandriam profecti sunt.

V. Audierat Polyidi conjux puellam ab eo adamatam esse adductam, et metuens ne extranea illa se gratia superaret, Polyido quidem nihil dicit, at secum ipsa deliberabat quonam modo hanc ulcisceretur, quæ nuptiis videretur insidiari. Jam vero Polyidus præfecto Aegypti, et quæ acta essent renuntiatum iverat, et reliqua imperii sibi demandati negotia apud exercitum administrabat. Itaque eo absente, Rhenæa (hoc videlicet erat Polyidi uxori nomen,) Anthiam, quæ domi erat, arcessit, vestemque illi discindit, et corpus male mulcat. O scelesta, inquit, meisque insidians nuptiis, frustra visa es Polyido pulcra, neque enim tibi quidquam forma ista proderit. Potuisti quidem certe latrones illicere, et cubare cum adolescentibus quorum plerique erant ebrii; verum Rhenææ thalamum non temerabis unquam impune. Hæc quum dixisset, comam ei totondit, et vincula injecit, ac servo cuidam fideli, cui Clyto nomen, tradens imperat, impositam navi Anthiam in Italiam transvehere, et lenoni venumdare. Hoc enim pacto, ait, o bellula, poteris libidinem explere. Abducta igitur a Clyto Anthia, plorabat et lamentabatur. O pulchritudo, in-

inquit, insidiosa! o infelix forma! cur mihi molestæ esse perseveratis? cur mihi tot malorum caussæ estis? Non satis erant sepulcra, cædes, vincula, latrones; at nunc etiam ad cellam prostistuar, et, quam adhuc Habrocomi pudicitiam servavi, leno me coget imminuere? Sed, ó domine, ad Clyti genua simul se projiciens, ait, noli me ad illud supplicium protrudere, verum ipse me occidito: lenonem herum non feram: ad pudicitiam, mihi crede, colendam fuimus institutæ. Sic illa dum precatur, misertus ejus est Clytus. Interim hæc in Italiam abducitur; Rhenæa vero Polyido reduci narrat Anthiam aufugisse: cui ille, ob ea quæ jam acciderant, fidem habuit. Posteaquam Anthia Tarentum, Italiæ urbem, delata est, ibi Clytus Rhenæae mandata reveritus, eam lenoni vendit. Qui tali forma conspecta, qualis sibi nunquam ante visa esset, magno puellam sibi lucro futuram judicavit, eamque a navigatione et Rhenæae cruciamentis debilitatam per aliquot dies recreavit. Clytus, ut Alexandriam rediit, de iis, quæ acta fuerant, Rhenæam facit certiorem.

VI. Interea Hippothous, cursu confecto, ad Siciliam adpulerat, non tamen Syracusas sed Tauromenium, quærebatque opportunam occasionem victus sibi parandi. Habrocomen autem Syracusis, longiore procedente tempore, ingens moeror atque anxietas incessit, quod neque Anthiam reperire, neque in patriam salvus posset redire. Quare Sicilia solvere, et in Italiam adscendere statuit, indeque, si nihil eorum, quæ quærebat, invenire contingeret, tristem cursum Ephesum dirigere. Diu jam parentes eorum nec non Ephesii cuncti in magna erant ægritudine, quia nec nuntium ab iis nec literas acceperant, et quoquoversus investigatores dimiserant. Quum autem ægritudine et senio pressi utriusque parentes resistere nequirent, sese vita exegerunt.

 Dum

Dum Habrocomes in Italiam iter facit, Leucon et Rhoda, Habrocomis et Anthiæ collactanei, postquam Xanti mortuus illis esset herus, eosque heredes (ampla erat hereditas) reliquisset, Ephesum revertere decreverunt, utpote qui, jam salvis reducibus heris, satis ærumnarum in peregrinatione essent experti. Itaque rebus suis omnibus navi impositis, Ephesum petentes solvunt, et dierum non multorum navigatione Rhodum advenere. Ibi quum essent edocti, Anthiam et Habrocomen neutiquam salvos rediisse, parentes autem eorum emortuos esse, constituerunt Ephesum non adire, sed illic aliquantum commorari quoad de heris aliquid intellexissent.

VII. Leno ille, qui Anthiam emerat, post aliquod tempus eam prostare coëgit, et jam pulcra veste multoque auro exornatam abducebat, ut in pergula prostaret. Tum vero illa graviter ejulans, væ, inquit, miseræ mihi! non sufficiebant scilicet superiores calamitates, vincula latrones, nisi et corpore quæstum facere cogerer! O pulchritudo, quæ merito contumeliam pateris! nam cur nobis importune adhæres? Sed quid ego hæc lamentor, neque dolum aliquem reperio, quo usque adhuc servatam pudicitiam custodiam? Hæc dicens ducebatur ad lenonis pergulam, qui tum bono eam esse animo hortabatur, tum minas adjiciebat. Ut eo advenit et prostitit, multitudo confluxit formam admirantium, et complures quidem parati erant pretium libidinis exsolvere. At illa in summas angustias adducta, fallaciam invenit, ut effugium adsequeretur. Jam igitur in terram concidit, et, fracto corpore, comitiali morbo correptos imitatur. Præsentes autem misericordia et timor simul incessit, et a concubitus libidine sibi temperantes, Anthiæ succurrebant. Leno, intelligens quo in damno versaretur, et puellam revera ægrotare putans, domum reduxit, et lectulo compositam curare coepit. Ubi visa est

est ad se redisse, ex ea morbi caussam percunctatur: cui Anthia, jam prius, inquit, here, hanc meam calamitatem tibi narrare, quæque mihi acciderant exponere volebam, sed verecundans occultavi; at nunc, quandoquidem omnia nostra jam cognovisti, eloqui grave non est. Parvula etiamdum puella eram, quum in die festo et pervigilio a meis divisa errans, ad tumulum perveni hominis recens mortui. Ibi adparuit mihi quidam exsiliens e tumulo, et prehendere conabatur; ego vero aufugere et clamitare: (erat ille homo adspectu terribilis, habebatque vocem multo atrociorem,) tandem illucescente jam die, relinquens me simul mihi pectus feriit, ajens se mihi hunc morbum incussisse. Ab eo inde tempore aliter atque aliter ab eo morbo corripior. Jam obsecro te, here, ne mihi succenseas, quandoquidem ego hujus mali culpam non sustineo; poteris autem me vendere, nec quidquam de pretio dato amittere. Leno hæc audiens moleste quidem ferebat, at puellæ tamen ignoscebat, utpote quæ talia ingratiis pateretur.

VIII. Dum illa velut ægrotans apud lenonem curatur, Habrocomes e Sicilia provectus, Nuceriam Italiæ delatus est; sed ob victus difficultatem quid ageret inops consilii, primo quidem circumire, de Anthia inquirere, hæc enim illi et vitæ universæ et vagandi caussa erat; verum quum nihil investigaret, nam puella Tarenti erat apud lenonem, operam suam locavit lapicidis. Molestum ei accidit hoc opus, utpote qui nec corpus nec sese ipsum subjicere gravibus asperisque laboribus adsuefecisset. Itaque male se habebat, et crebro fortunam suam deplorans, en! Anthia, exclamabat, tuus Habrocomes, sordidæ artis operarius, qui corpus servitio subjeci. Quod si spem quamdam saltem haberem te inveniendi, atque in reliquum tecum ætatem agendi, hoc me omnium maxime consolaretur;

 at

at nunc sane infelix ego incassum atque inutiliter defatigor, et tu Habrocomis fortasse desiderio confecta vitam posuisti; nam persuasum habeo, dilectissima, te mei, nec in ipsa morte fuisse oblitam. Sic ille conquerebatur, et graviter labores ferebat. Anthiæ vero Tarenti per quietem somnium oblatum est. Videbatur sibi esse cum Habrocome, felix cum felice, primo illo tempore, quo se amare coeperant; tum aliam pulchram fœminam se in conspectum dedisse, quæ Habrocomen ab ipsa abstraheret; ac denique illo clamante et nomine se vocante, surrexisse, et somnium cessasse. Hæc ut visa est sibi videre, extemplo exsiluit, et lamentari coepit, vera esse judicans quæ vidisset. Heu! me miseram, inquit, quæ labores quidem omnes perfero, quæ varias, infelix, calamitates experior, et dolos, ut me pudicam Habrocomi servem, supra feminarum ingenium comminiscor; at tibi scilicet alia uspiam formosa visa est; hoc enim mihi significant insomnia. Quid est igitur cur amplius vivam? cur me adflictem? Perire sane præstat, simul ex ærumnosa hac vita discedere, et turpi hacce periculosaque servitute liberari. Quod si etiam Habrocomes jusjurandum neglexit, ne illum dii ulciscantur: ex necessitate nimirum aliquid est commissum; me vero castam mori æquum est. Hæc illa cum lacrymis questa, mortem moliebatur.

IX. Hippothous Perinthius principio ægre Tauromenii vitam degebat ob victus difficultatem: procedente vero tempore anus quædam eum amare coepit, quam ille, necessitate, ex inopia, coactus uxorem duxit; ac posteaquam aliquantisper cum ea convixisset, mortua illa, magnas divitias, cum omnium rerum copia hereditate est adeptus. Servorum magnus aderat comitatus, multa vestis in promptu erat, et magnifica supellex. Jam ergo in Italiam navigare statuit, ac servos et ancillas forma præstantes

tes coëmere, alium item adparatum, qualem habere viro opulento datur. Semper vero in memoria habebat Habrocomen, et magni existimabat, si posset eum participem facere opum et facultatum suarum. Et ille quidem in altum est provectus, atque in Italiam delatus. Sequebatur eum nobili genere in Sicilia natus adolescens, cui Clistheni nomen, qui omnium Hippothoi bonorum particeps habebatur, formosus enim erat. Ubi Anthia jam visa est convaluisse, leno quo pacto eam venumdaret cogitare coepit. Itaque jam in forum eam produxit, atque emptoribus ostendit. Sub idem tempus Hippothous Tarentum perambulabat, quærens si pulcrum quidpiam, quod emeret, inveniret. Is simul ut Anthiam conspexit, simul agnovit, eoque casu perterritus multa secum ratiocinabatur. Nonne hæc eadem est puella, quam ego quondam in Aegypto, Anchiali necem ulciscens, in fossam defodi, et cum canibus includi jussi? Quæ hæc est conversio? Quomodo servari potuit? Quale e fossa effugium dari? Unde hæc inopinata salus? Hæc loquutus, accessit ut emeret; cumque ei adstitisset, nostine, inquit, puella, Aegyptum? Nonne in Aegypto in latrones incidisti? Nonne aliud quidpiam grave in ea terra passa es? Dic sodes, nam agnosco te, quippe qui te illic viderim. Illa ubi de Aegypto audiit, et recordata est Anchiali, latronum, et fossæ, suspirare et ingemiscere; dein oculos in Hippothoum convertens, (quem tamen nequaquam agnovit,) multa, inquit, hospes, quicumque tandem es, et gravia in Aegypto perpessa sum, et in latrones incidi. Sed tu, dicito, quomodo tibi innotuerint casus mei, et undenam nosse ais me miseram? Equidem famosa et indigna sum passa, sed te prorsus non novi. Hæc audiens Hippothous, eam ex hisce dictis tanto magis agnovit, ac tum quidem tacuit, atque a lenone emptam in domum suam ducit, et bono animo es-

esse hortatur, dein quis ipse sit, quæque in Aegypto accidissent, narrat, opes item suas ac fugam memorat. Illa sibi ignoscat rogat, utque intemperantem Anchialum occiderit, simul et de fossa, de Amphinomo, de canum mansuetudine, et quomodo servata sit exponit. Misertus est ejus Hippothous, neque dum quænam sit interrogavit. Jam vero, ex quotidiano cum puella convictu, etiam Hippothoum Anthiæ cupido cepit, et consuescere volebat, multa pollicitus. Abnuere illa primum, et se herili lecto indignam esse dictitare; ad extremum vero quum instaret Hippothous, quid ageret nescia, et satius esse rata omnia ei arcana eloqui, quam datam Habrocomi fidem violare, narravit Habrocomen, Ephesum, amorem, jusjurandum, calamitates, latrones, et Habrocomen idemtidem deflebat. Hippothous, ut intellexit hanc esse Anthiam, omnium videlicet sibi amicissimi uxorem, amplexatur eam, alacri esse animo jubet, suamque cum Habrocome amicitiam commemorat. Itaque domi eam habuit, atque omnibus officiis, Habrocomen reveritus, prosequebatur; ipse vero usquequaque investigabat sicubi Habrocomen invenire liceret.

X. Habrocomes principio laboriose Nuceriæ opus faciebat; tandem autem, quod laborem ferre amplius nequiret, statuit conscensa navi Ephesum petere. Quocirca noctu ad mare descendit, et navim nactus, quæ solvere parabat, eam inscendit, ac rursus in Siciliam navigavit, ut inde Cretam, Cyprum, et Rhodum adiret, et hinc denique Ephesum adiret. Sperabat porro se inter longam navigationem de Anthia aliquid intellecturum. Igitur exiguo viatico instructus in altum provehitur, et prima navigatione absoluta, in Siciliam venit, ubi, quum veterem hospitem Aegialeum mortuum invenisset, ei inferias adtulit, eumque valde deflevit; dein iterum solvit, et postquam Cretam prætervectus esset, Cyprum

prum advenit: ubi dies aliquot commoratus est, et patriæ Cypriorum deæ preces adhibuit: inde devectus, Rhodum pervenit, ac prope portum devertit. Jam vero quum in vicinia Ephesi esset, subiit animum cogitatio rerum omnium tristium, patriæ, parentum, Anthiæ, familiarium; et ingemiscens, heu, inquit, calamitates! Solus Ephesum revertar; in parentum meorum conspectum veniam sine Anthia, et miser, inutili cursu confecto, casus meos narrabo, incredibiles fortasse, quippe qui socio eorum quæ passus sum, caream. Sed perdura Habrocome, et ubi Ephesum adveneris, tantillum modo supervive, Anthiæ tumulum excita, illam defle, eique inferias adfer, tum temet ad ipsam adige. His dictis urbem inquieto animo pervagatur, Anthia orbatus et victu egens. Per idem tempus Leucon et Rhoda, qui Rhodi morabantur, in templo solis juxta auream gravem armaturam ab Anthia et Habrocome dedicatam, columnam literis aureis inscriptam posuerant pro Habrocome et Anthia; adscripta etiam erant dedicantium nomina, Leucon scilicet et Rhoda. In hunc titulum incidit Habrocomes, venerat enim ut deo supplicaret. Quem ubi legit, atque eorum qui dedicaverant nomina, servorumque benevolentiam cognovit, juxta etiam armaturam conspexit, columnæ adsidens valde lamentari coepit. O prorsus, inquit, infelix ego! ad vitæ metam, atque in recordationem calamitatum mearum perveni. Hanc, ecce, armaturam ego simul cum Anthia dedicavi, et cum ea Rhodo profectus, nunc redeo illam non adducens. Quoniam vero hæc columna collactaneorum nostrorum donarium est pro salute utriusque nostrum, quid igitur me solo fiet? Ubi vero dilectissimos meos inveniam? Dum ille sic non sine lacrymis conqueritur, adveniunt Leucon et Rhoda de more deo supplicaturi. Qui ut Habrocomen viderunt columnæ adsidentem, et armaturam intuentem

tem, non agnoverunt quidem, sed admirati sunt, quinam esset is, qui apud aliena donaria commoraretur. Tandem Leucon, quid, inquit, adolescens caussæ est, cur donis nihil ad te pertinentibus adsidens ingemiscis ac lamentaris? Quid tu hæc curas? Quid tibi cum iis, quorum nomina hic inscripta sunt? Cui respondens Habrocomes, mea, inquit, mea sunt ista donaria Leuconis et Rhodæ, quos post Anthiam videre infelix ego Habrocomes exopto. Hæc audientes Leucon et Rhoda tum quidem obstupuerunt; post, ubi se paullatim collegere, agnoverunt eum ex habitu, e voce, ex iis quæ dixerat, ex eo quod Anthiam commemoraverat. Mox ad ejus pedes procumbunt, atque eventa sua narrant: iter Tyro in Syriam, Mantus iram, traditionem in contubernium, et se venditos in Lycia, heri obitum divitias, et reditum Rhodum. Jam vero eum domum, ubi habitabant, ducunt, eique bona sua tradunt, multaque cura famulantur, ac bono esse animo jubent. Illi autem nihil Anthia erat antiquius, sed hanc usque deflebat.

XI. Dum iste Rhodi cum collactaneis moratur, quid ageret deliberans, Hippothous decrevit Anthiam ex Italia Ephesum ducere, partim uti eam parentibus restitueret, partim ut illic de Habrocome aliquid inaudiret. Itaque jam, rebus suis omnibus magnæ Ephesiæ navi impositis, cum Anthia solvit, et admodum jucunda paucorum dierum navigatione absoluta, nocte jam instante, Rhodum adpulit, ibique ad mare apud anum quamdam, Althæam nomine, devertit, Anthiam vero ad hospitem introduxit, atque ipse seorsum ea nocte recubuit. Postridie autem solvere cogitabant, verum festum diem illum soli publica magnificentia agebant Rhodii cum pompa et sacrificiis, et in magna celebrantium civium frequentia. Aderant in ea Leucon et Rhoda, non tam ut festum una celebrarent, quam ut inquirerent, si quid de Anthia

thia comperire daretur. Inter hæc Hippothous, secum ducens Anthiam, templum erat ingressus; hæc vero defixis in donaria oculis, et præteritorum recordata, o Sol, inquit, qui cuncta humana respicis, solam me infelicem præteriisti, antehac quidem quum Rhodi essem, te fauste feliciterque adoravi, tibique cum Habrocome sacrificia feci, et tunc beata habebar; nunc contra serva pro libera, pro felice infelix captiva sum, atque sola Ephesum revertor, et in conspectum me dabo necessariis meis sine Habrocome! Hæc loquuta copiosas fundebat lacrymas, et Hippothoum rogavit, ut comæ partem sibi abscindere concederet, eamque soli dicare, et nonnihil precari pro Habrocome. Adnuente Hippothoo, resecuit illa de cincinnis quantum licebat, et, omnibus egressis, opportunam occasionem nacta, dedicavit cum inscriptione: PRO MARITO HABROKOME. ANTHIA. COMAM. DEO. DEDICAVIT. Quo facto, et precibus adhibitis, cum Hippothoo discessit.

XII. Leucon et Rhoda, qui, dum hæc aguntur, pompæ intererant, nunc ad templum advenerunt, et donum conspicati, herilia nomina agnovere, ac primum comam exosculati sunt, multumque plorarunt, tamquam si ipsam vidissent Anthiam: deinde circumierunt, si illam etiam possent uspiam invenire; jam enim populus Rhodius nomina e priore commemoratione noverat. Et eo quidem die quum nihil reperissent, reversi sunt, et Habrocomi quæ in templo invenirentur indicarunt. Ille ex inopinata re animo quidem est commotus, at in bona tamen spe fuit se Anthiam reperturum. Insequenti die rursum Anthia cum Hippothoo in templum venit, neque enim idonea navigandi tempestas erat, et donariis adsidens plorabat gemebatque. Interea Leucon et Rhoda ingrediuntur, Habrocome domi relicto, qui pariter ægritudini se dabat. Vix pedem intulerant, quum Anthiam

 con-

conspiciunt, nec dum vero agnoscunt, sed e cunctis, amore, lacrymis, donis, nominibus, et forma conjecturam faciunt. Ut eam hoc modo paullatim agnovere, tum vero genibus ejus acciderunt, jacueruntque obmutescentes. Mirabatur illa quinam essent, quidque sibi vellent, nunquam enim Leuconem et Rhodam esse sperasset. Jam ubi ad se rediere, o hera, inquiunt, Anthia, nos servi tui Leucon et Rhoda sumus, peregrinationis et captivitatis apud prædones socii. Sed quæ te fortuna huc agit? Bono animo es, hera, incolumis est Habrocomes, atque isthic superstes continenter te deflet. Hoc audito sermone adtonita Anthia, postquam se ægre recepit, eosque agnovit, brachiis collo circumdatis amplexatur, et de iis, quæ ad Habrocomen pertinebant, planissime edocetur.

XIII. Confluxit nunc omnis populus Rhodius, qui inventos esse Anthiam et Habrocomen intellexerat. Tum vero accessit etiam Hippothous, innotuitque Leuconi et Rhodæ, simul et ipse quinam essent, certior est factus. Ac de reliquo quidem inter eos commode se res habebat; hoc tamen minus, quod needum ista sciret Habrocomes: itaque confestim domum adcucurrerunt. Ille interim, postquam ex aliquo Rhodiorum acceperat inventam esse Anthiam, per mediam urbem cursabat clamans Anthia amenti similis, ac tandem ad ædem Isidis in Anthiam incidit, magna subsequente Rhodiorum caterva. Ut se invicem conspexerunt, protinus agnoverunt, (namque id sibi optabant utriusque animi,) atque inter mutuos amplexus humi sunt delapsi. Multis simul animi commotionibus urgebantur, voluptate, dolore, timore, præteritorum recordatione, futurorum metu. Prosequebatur eos ominibus optimis populus Rhodius, alteque exclamabant, magnam invocantes deam Isidem: jam rursum, ajebant, formosos illos videmus, Anthiam et Habrocomen. Hi autem ubi se recepe-

pe-

perunt, exsurgunt, atque Isidis templum ingrediuntur. Tibi, inquiunt, maxima dea, gratiam pro incolumitate nostra habemus: per te, o nobis omnium maxime veneranda, nos mutuo recuperavimus: simul ante ædes provoluti, ad aram procubuerunt. Dein vero conferunt se in Leuconis domum, quo et Hippothous res suas transferri curavit, parabantque Ephesum navigare. Postquam igitur illo die sacrificassent, essentque epulati, multæ ac diversæ narrationes de omnibus, quæ quisque passus fuerat, egeratve, utpote qui post diuturnum tempus se mutuo recepissent, convivium diu protraxerunt. Jam autem ubi nox advenit, cubitum iere reliqui omnes prout obveniebat, Leucon et Rhoda, Hippothous et formosus ille adolescentulus Clisthenes, qui eum e Sicilia Italiam petentem sequutus fuerat; Anthia vero cum Habrocome recubuit.

XIV. Interea dum ceteri omnes sopiti sunt, estque alta quies, Anthia Habrocomen amplexata flebat: o mi vir, inquit, ac domine, recepi te posteaquam terra marique diu sum pervagata, effugique latronum minas, piratarum insidias, lenonum contumelias, vincula denique, fossas, ligna, venena, et sepulcra: talis vero adsum tibi, Habrocome, animæ meæ domine, qualis primum Tyro in Syriam discessi. Nemo me, ut peccarem, inducere potuit, non Moeris in Syria, non Perilaus in Cilicia, non in Aegypto Psammis et Polyidus, non in Aethiopia Anchialus, non Tarenti herus; sed casta tibi mansi, multasque artes servandæ pudicitiæ excogitavi. Tu vero, Habrocome, num in temperantia perseverasti, an alia quæpiam formosa me gratia superavit, coëgitve te mei simul et jurisjurandi oblivisci? Hæc dicens frequenter eum exosculabatur. Habrocomes contra, juro tibi, inquit, per hunc vix tandem inventum nobis exoptatum diem, nullam mihi neque virginem visam fuisse pulcram,

 ne-

neque aliam, quam conspexerim, mulierem placuisse, sed talem recepisti Habrocomen, et tam puram, qualem Tyri in ergastulo reliquisti. Hujusmodi defensionibus tota nocte invicem usi, facile mutuam sibi fidem fecerunt, quoniam ita se habere volebant.

XV. Ut illuxit, suas res omnes navibus imponunt, ac deducente eos omni populo Rhodio, navim conscendunt et solvunt. Una proficiscebatur etiam Hippothous, cuncta sua et Clisthenem abducens: ita, paucis diebus navigatione confecta, Ephesum adpulere. Jam antea eos incolumes esse servatos inaudierant Ephesii omnes cives. Simul atque exscenderunt, confestim, quo erant habitu, Dianæ fanum adeunt, multa precantur, sacrificia faciunt, alia item inferunt donaria, atque tabulam inprimis Deæ dedicant, in qua depicta erant omnia quæ passi essent, egissentque. His peractis in urbem adscenderunt, ac monumenta suis parentibus amplissima posuerunt; nam præmortui erant senio atque ægritudine confecti. Ipsi reliquo tempore vitam simul, velut festum diem, egerunt. Leucon et Rhoda omnium participes a suis collactaneis sunt habiti. Hippothous quoque, quod supererat vitæ, Ephesi traducere statuit, mox etiam Hyperanthi sepulcrum in Lesbo magnificum exstruxit, dein Clisthenem sibi filium adoptavit, atque Ephesi ætatem egit cum Habrocome et Anthia.

Xenophontis Ephesiacorum de Anthia et Habrocome finis.

ADNOTATIONES

Jo. ALBERTII, TIB. HEMSTERHUSII,
F. L. ABRESCHII, A. E. L. B. LOCELLAE,
E. PALAIRETI, aliorum ET P. H. PEERLKAMPII

IN

XENOPHONTEM EPHESIUM.

ADNOTATIONES

Jo. ALBERTII, TIB. HEMSTERHUSII, F. L. ABRESCHII, A. E. L. B. LOCELLAE, E. PALAIRETI, aliorum ET P. H. PEERLKAMPII

IN

XENOPHONTEM EPHESIUM.

LIBER PRIMUS.

Scripsit *Xenophon Ephesius* elegantissimos Ephesiacorum libros quinque de amoribus Anthiae et Abrocomae. Librum avidis manibus arreptum non ante deposui, quam lectionem ejus plane absolvissem, adeo me ceperat et styli non contemnendi nitor, et rerum eventuumque dulcis varietas. Sunt tamen hic illic lacunae quaedam, quae adcuratiorem editionem, cujus aliqua nobis spes facta est, desiderant. [Hanc spem fecerat *Abr. Torrenius*, excitatus a *P. Burmanno.*] Laxior est interpres [*Ant. Cocchius*] etsi debita laude minime fraudandus. Ego quae inter legendum obiter observavi, pauca delibabo: plura et majora forte daturus, si repetitam lectionem post repentinam concederent graviora negotia. ALBERTI. *Xenophontis Ephesii* quinque libros amatorios, quo nuper commendatissimo munere literarum aevique vetusti studiosos homines obstrinxit *Anth. Cocchius*, evolvisse, et iterata quidem lectione, nihil erit, cur quemquam elegantiae Graecae non expertem, poeniteat. Sunt enim in hoc scriptore non solum styli inaffectati simplicitas quaedam naturalis, sic ut ad *Longi* colorem scribendi et articulos orationis intercisos prope

 acce-

accedat, sed etiam rerum morisque antiqui vestigia neutiquam pervulgata, quae cognosse non mediocriter juvet. Eam ob causam, quum prima lectione mendis haud paucis, quae Interpreti, [*Cocchio*] homini doctissimo, saepius, ne sensum perspiceret, obstiterunt, foedatum animadverterem, dignumque simul judicarem, cui medicae manus officium adhiberetur, repetita cura *Xenophontem* expolire, proque iis, quae me docuisset, gratiam ei referre, qua poteram, sum conatus: ad quam opellam eo libentius descendi, quod viri ut amicissimi, sic cunctis egregiae doctrinae luminibus ornatissimi voluntati obsecundare jucundum erat. Hinc natum mihi hoc quidquid est emendationum, quarum nonnullas saltem Xenophonti profuturas esse arbitror, opto certe. Omnia distinguendae orationis vitia [in Londinensi videlicet editione] neque indicare nec tollere fuit animus, nisi sicubi difficilius implicata, et ad deprehendendum haud ita prona, mentem scriptoris obscurare videbantur. Ceterum minime diffiteor, esse plura residua, in quibus exercendae industriae materia felicioribus ingeniis supersit. De aetate vero *Xenophontis*, et ordine totius operis ac dispositione, sive, ut Graeci vocant, *οἰκονομίᾳ*, quam prorsus concinnam omnibusque numeris absolutam nequaquam existimo, disputare nunc quidem non placuit; intra labes enim a librariis impressas operam hanc coërcere decrevi. HEMSTERHUIS.

ΕΦΕΣΙΑΚΩΝ. Scilicet *διηγημάτων*. Est enim *διήγημα*, secundum *Aphton.* Progymn. Cap. III., *ἔκθεσις πράγματος γεγονότος ἢ ὡς γεγονότος*. Quare et *Vossius* in Art. Hist. Cap. VII. fabulas has appellat *quasi veras*. Quod cur argutia non necessaria videatur *Heumanno* in Poecil. T. III. p. 432. equidem non intelligo. Graecorum auctoritate ita locutus est *Vossius*. Sic enim *Philostr.* Vit. Apoll. T. L. v. c. 14. (*οἱ μῦθοι τῶν ποιητῶν*) *ἐπειδὴ ὡς γεγονότα ᾄδονται*. *Plutarch.* de gloria Athen. p. 86. *ἃς γὰρ οἱ ζωγράφοι πράξεις ὡς γινομένας δεικνύουσι*. *Fictam rem, quae tamen fieri potuit*, cum *Cicer.* Invent. I. 19. possis interpretari. Eleganter *Cornel.* in Anth. lib. IV. p. 662. *Οὐ σε μάκαρ Κυνέγειρε τὸν ὡς Κυνέγειρον ἔγραψα.* Ephesiaca autem inscripsit auctor, quia Anthia et Habrocomes erant Ephesii. Sic et *Heliodori* Aethiopica explicem cum *Bourdelotio*, quia scilicet Chariclea, praecipua operis materies, nata erat parentibus Aethiopibus. *Longi* quoque *ποιμενικά*, in fine ejusdem codicis e quo *Xenophon* noster descriptus est, appellantur *Λεσβιακῶν ἐρωτικῶν λόγοι τέσσαρες*. Vid. *Mitsch.* in Not. Lit. de *Longo* edit. Bipont. *Suidas* duos praeter nostrum laudat *Xenophontes*, Antiochenum, qui *Βαβυλωνικὰ*, et Cyprium qui *Κυπριακὰ* scripsit. Qui juvenes suos et puellas forte natos finxerunt Babylone et Cypri. Nam quod *Coraës* in Epist. *Heliodoro* suo praemissa ait:

ait: „Erotici ποτὲ μὲν τ' ὠνόμαζον ἀπὸ τὸ ἔθνος, ἢ τὴν πόλιν, ὅπου ὑπέθετεν ὁ συγγραφεὺς ὅτι συνέβησαν τὰ ἱστορούμενα," ut non omnino a veritate alienum est, ad Ephesiaca tamen referri nollem, quum longe minima pars fabulae Ephesi agatur. Sed ita Dicaearchus contra immortalitatem animorum scripsit tres libros, qui Lesbiaci vocantur, quod Mytilenis sermo habebatur. Cicer. Tusc. Quaest. I. 33. Caeterum haec Ephesiaca de Anthia et Habrocome quinque, quos legimus, libris finiri, atque adeo esse integra, nemo non videt. An tamen haec satis idonea causa sit, cur in verbis *Suidae* Ξενοφῶν 'Εφέσιος ἱστορικός. 'Εφεσιακά. ἐστὶ δὲ ἐρωτικὰ βιβλία *ι*. περὶ 'Αβροκόμου καὶ 'Ανθίας. καὶ περὶ τῆς πόλεως 'Εφεσίων καὶ ἄλλα; cur igitur in his verbis pro *ι*, ponant *ε* viri docti, valde dubito. Suspicor equidem *Xenophontem* in aliis quinque libris, quos aeque inscripserit Ephesiaca atque hos de Anthia et Habrocome, exposuisse de urbe Epheso et de rebus amatorii argumenti, quae ibi acciderint, aut amantibus ibi natis evenerint. Nam de urbe Epheso hic nihil legimus. *Huetium* quidem *Suidam* non intellexisse mirum non est, qui Ephesiaca haec non viderit. Scribit ille in Origin. Fab. Roman. p. 69. ed. Lat. „Secundus *Xenophon* suum librum inscripsit Ephesiaca, et decem libris Habrocomae et Anthiae amores complexus est." PEERLKAMP.

Pag. 1. v. 1. 'Ην ἐν 'Εφέσῳ.] Elegans est, qua fabulam orditur, simplicitas. Sic et *Longus* I. Past. c. 1. πόλις ἐστὶ Λέσβου, Μιτυλήνη. et *Appul.* de Psyche narraturus Metam. lib. IV. p. 300. „*Erant in quadam civitate rex et regina. Hi tres filias, forma conspicuas habuere.*" PEERLK.

P. 1. v. 1. τὰ πρῶτα - δυναμένων.] Pro *homine potentiore, quique est inter magnates.* Phrasis Auctori nostro propria. Vide p. 49. v. 7. p. 53. v. 9. p. 54. v. 7. p. 69. v. 1. p. 87. v. 7. ALBERTI. Usitatior est illa apud *Herodot.* lib. VI. c. 100. ἐὼν 'Ερετριέων τὰ πρῶτα. ubi lege *Wessel.* notam. Adde *Himer.* Orat. I. p. 348. Orat. XI. p. 578. et *Aristid.* Orat. Sacr. I. V. I. p. 287. Alia vide in adnot. ad p. 49. v. 7. LOCELLA. Notavit etiam nonnulla *Tresling.* Adv. Crit. p. 33. Graecum expressit *Lucret.* I. vs. 87. *Ductores Danaum delecti, prima virorum.* Ad q. l. v. *Faber.* In hac formula τὰ πρῶτα fere accipio ut in his *Eurip.* Iphig. in Aul. v. 51. οἱ τὰ πρῶτ' ὠλβισμένοι. Aliter *Palairetus.* „Proprie, ait, formula τὰ πρῶτα δύνασθαι est elliptica, pro τὰ πρῶτα δύνασθαι φέρεσθαι. *Aristoph.* Ran. v. 424. κἄστι τὰ πρῶτα τῆς ἐκεῖ μοχθηρίας. pro καὶ ἐστι τὰ πρῶτα φερόμενος." Et ita Wolf. ad Liban. ep. 146. PEERLK.

P. 1. v. 2. 'Αβροκόμης.] 'Αβροκόμας in hujus scripti initio; [hac videlicet terminatione hoc nomen occurrit in editione Londinensi hoc loco et pag. hujus edit. 3.

v. 1 et 7. ibidemque p. 35. v. 8. nam sic quoque his in locis legitur in Cod. MS. Florentino: ac praeterea. p. 5. v. 10. in Cod. Ἀβρακόμας. [Retinuit has inconstantias Lucensis editio.] quo nomine reperitur Satraparum Artaxerxis unus. Vide *Harpocrat.* et ibi *Maussacum.* [Cui equidem non assentior lectionem Ἀβροκόμας ap. *Xenoph.* de Exp. Cyri, et ap. *Isocratem* in Panegyr. probanti.] In operis autem progressu Ἀβροκόμης semper Ionica forma. HEMSTERH. De similibus exemplis sub utraque forma frequentatis vide *Munck.* ad *Lactant. Plac.* fab. XXIX. et *Bentl.* Epist. ad *Mill.* p. 41. ABRESCH. *Herodot.* lib. VII. c. 224. Δαρείου δύο παῖδες Ἀβροκόμης τε καὶ Ὑπεράνθης. Hyperanthes etiam apud *Nostrum* lib. III. c. 2. Perinthius egregia forma juvenis, Hippothoi deliciae. Nisi nomen ipsum Persicum usurparit *Xenoph. Ephes.* ratio minus apparet cur non ubique spiritus aspersit appositus: [nam in superioribus tribus editionibus semper excusum legitur Ἀβροκόμης] ἁβροκόμης enim, ut ἁβροχαίτης, epitheton Apollinis et Bacchi, aptissime conveniret adolescenti formosissimo, cujus pulcritudo cum Apolline comparatur. HEMSTERH. Ipsum Persicum nomen usurpasse *Nostrum*, ne in somnis quidem suspicari possem. Sed cum *Palmerio* Exercit. in Auctor. Graec. p. 38. nomina filiorum Darii apud *Herodotum* l. l. ex gentili sermone ad Graecorum morem esse efficta, (vel omnino Graece conversa) pro certo habeo. Quid *Palmerius* eo loco sibi velit Valcken. ad *Herodot.* lib. III. c. 88. p. 243. ait sibi non satis liquere; et ego contra non intelligo, quas tenebras vir hic perspicacissimus in re tam clara offundi sibi sit passus. Similiter, ex parte saltem, ad Graeci nominis similitudinem efformatum esse videtur Ἀρσακόμας apud *Lucian.* in Toxari, fortasse pro Ἀρτακάμας; nam huic fere simile aliud nomen Ἀρτακάμας legitur apud *Xenoph.* in Cyrop. et de Exped. Cyri. Est porro Ἁβροκόμης epitheton Adonidis in *Hymn. Orphic.* LV. 2. Veneris apud *Nonn.* XLVIII. 356. et *Maneth.* II. 446. VI. 723. Hamadryadum in *Mariani* epigramm. in *Anal. Brunckii.* Vol. II. p. 512. v. 2. Bacchi in *Nonno* XVI. 172. et *Brunckii* Anal. Vol. II. p. 517. v. 2. Amoris ibidem p. 79. v. 4. Pallenes virginis ap. *Eurip.* Iphig. in Taur. 1099. et in Ione 920. quibus omnibus locis, praeterquam apud *Maneth.* recte cum spiritu aspero exhibetur. Ipsum nomen proprium HABROCOMES in titulo Latino apud *Gorium* Inscript. Etrusc. Vol. III. p. 42. reperitur. Igitur, quoniam satis certum est, scribi oportere ἁβρὸς, ὰ, ὸν, cum omnibus inde compositis ac pariter ἅβρα, *ancilla honestior*, quae Latinis *delicata*; non dubitavi, quin ubique in Auctore nostro Ἁβροκόμης excudi curarem. Non me fugit quidem in editionibus *Xenoph.* de Exp. Cyri inveniri Ἀβροκόμας cum spiritu leni, veluti apud *Herod.* itemque apud *Har-*

Harpocrat. Suid. Etymolog. et *Hesych.* Memini etiam pro ἄβρα saepius in MS. aeque ac typis excusis libris reperiri ἅβρα; (unde vitiosius adhuc interdum formatum est ἄυρα) sed perperam ubivis ita scribi persuasum habeo. In Cod. MS. Florent. hoc loco, et vs. 5. tum p. 2. v. 9. p. 5. v. 6. 8 et 10. p. 6. v. 4. 8 et 12. p. 7. v. 9 et 15. cum spiritu aspero exaratum est Ἁβροκόμης, deinde vero fere semper cum spiritu leni. Non multum abest ab Anthiae nostrae nomine Junonis et Veneris cognomentum Ἀνθεία apud *Pausan.* lib. II. c. 22. et *Hesych.* Bacchus item ἄνθιος apud *Pausan.* lib. I. c. 31. occurrit. Auctorem nostrum, quem tamen saepius laudat *Villois.* in Animadv. ad *Longi* Pastor. valde leviter evolvisse videtur; nam *Anthia* constanter illi est *Anthias*, *Habrocomes* vero, *Abrocome*, seu Graece seu Latine ea nomina scribat, ut adeo manifeste adpareat, eum putasse puellam *Habrocomen*, adolescentem *Anthiam* a *Xenophonte* vocari. De reliquo nollem cum *Hemsterh.* dicere Ionicam esse formam in ἁβροκόμης; imo vero Hellenica sive communis est, ἁβροκόμας vero Dorica vel Aeolica. Certe pro Dorica forma haberi debet ἁβροκόμας ap. *Eurip.* Iphig. in Taur. 1099. et Ione 920. Sic ap. eund. in choris suppl. 975. Iphig. in Taur. 1236. Iphig. in Aul. 548. in Troad. 253. et ap. *Pindar.* Olymp. VI. 71. VII. 58. legimus χρυσοκόμας; similiterque ἀκειρεκόμας aut ἀκερσεκόμας Isthm. I. 1. Pyth. III. 26. Contra ea in *Herodoti* l. l. Ἀβροκόμας non magis Ionicum est, quam Ὑπεράνθης. Quare etiam apud *Hesiod.* Theog. 946. et *Lucian.* in Gallo Vol. II. p. 721—722, χρυσοκόμης, et apud *Homer.* Il. XX. 39. *Psėudo-Orph.* de Lapid. XI. 56. XV. 5. *Coluth.* 40. et *Lucian.* Pseudom. Vol. II. p. 243. ἀκερσεκόμης aut ἀκειρεκόμης pro communibus formis habere jure possumus, propterea quod altera in ας indubitate Dorica est vel Aeolica. In epistolis *Aristaeneti* inscriptio ep. XXI. lib. II habet ΑΒΡΟΚΟΜΗΣ, et ep. III. lib. I. ΑΝΘΟΚΟΜΗι. Igitur Dorica vel Aeolica terminatio est etiam in Μελαγχκόμας, Tyranni nomen apud *Clement. Alexand.* Strom. lib. I. c. 14. p. 354. itemque nomen Athletae, quem oratione XXVIII et XXIX. celebravit *Dio Chrysost.* Neque obstat quod is Neapolitanus fortasse civis fuit; etenim Dialectum Doricam antiquitus Neapoli in usu fuisse testantur numus argenteus cum epigraphe ΝΕΑΠΟΛΙΤΑΣ caeteros ejus urbis omnes vetustate praecellens, cujus meminit Celeb. *Eckhelius* noster, cum doctrina insignis, tum integritate praestans, Doctrin. Num. Vet. Vol. I. p. 112. et lamina aenea Heracleënsis ap. *Martorell.* de Theca Calam. in Additam. p. 24, cui insculptum est ΑΡΙΣΤΟΔΑΜΟΣ — ΝΕΑΠΟΛΙΤΑΣ, quoque adeo evertitur quod ipse p. 508. verbosissimi illius, et sanae pariter et insanientis eruditionis pleni operis edixerat: *scias*, inquit, *Nea-*

poli-

politanos Dorismum angue pejus aufugisse. Neque vero mirum videatur Doricam Dialectum in vetere viguisse Parthenope, quam a Rhodiis conditam tradit *Strabo* lib. XIV. p. 967. LOCEL. Terminatio adjectivi in ας Dorica vel Aeolica, poëtis vel qui ea Dialecto utuntur, est relinquenda. *Euripides* ea imprimis delectatur. Conf. *Valck.* ad Phoenis. p. 42. Communem in ης hic recte praetulit *Locella*, ut et *Zeun.* Ὑστάσπης τῷ Ὑστάσπας in *Xenoph.* IV. Cyrop. II. §. 46. In ejusdem Exped. Cyri constans est lectio Ἀβραδόμας. PEERLK.

P. 1. v. 2. μέγα δή.] Sic reposui pro δὲ in supp. edit. suadente *Hemsterhusio*, adsentiorque *Hoogev.* Doctrin. Partic. p. 176. qui non putat esse fidendum iis, qui δὲ pro δὴ adhibitum tradunt. LOCEL. Ego hic etiam praefero δή. Caeterum δὲ saepe eandem vim habere quam δή, est certum. Vide quae notamus ad lib. I. c. 13. PEERLK.

P. 1. v. 2. χρῆμα.] Deleta distinctione [post χρῆμα et ὑπερβαλλούσῃ in supp. edd.] junge μέγα δή τι χρῆμα κάλλους. . . [exemplis illustrare satis notum hunc Graecismum ex adnot. *Hemst.* et *Abreschii* nil adtinet] ὡραιότητι σώματος ὑπερβαλλούσῃ interponitur ad augendam pulcritudinis admirationem. HEMSTERH. Ordo verborum, ut nunc legitur, valde mihi displicet, et alienus videtur a brevi et rotundo, quod habet *Ephesius*, dicendi genere. Μέγα δή τι χρῆμα κάλλους, ἔντε κ. τ. λ. jam tantam indicant pulcritudinem, ut ea interjectis verbis ὡραιότητι σώματος ὑπερβαλλούσῃ minuatur, nedum augeatur. Sensisse etiam hoc videtur *Tresling.* Adv. Crit. p. 50. qui ea, tanquam glossam, ejicienda censet. Equidem transposito parum verborum ordine et levi mutatione, sic lego. — ἐκ γυναικὸς ἐπιχωρίας Θεμιστοῦς, ὡραιότητι σώματος ὑπερβαλλούσης, γίνεται παῖς κ. τ. λ. Sic etiam laus matris praedicatur, ut patris, qui erat princeps in civitate. Et pulchra proles pulchram matrem commendat. *Long.* Past. III. p. 346. καλὴ δὲ ὡς ἐκ μητρὸς καλῆς. *Lucian.* Halcyon. T. I. p. 145. καλοῦ πατρὸς καλὸν υἱόν. *Aristaen.* Ep. XIV. lib. II. καλοῦ παιδὸς καλὴ μήτηρ. Quod nihil simile habet cum proverbio τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον, quod de ingenio tantum dicitur. Confert tamen illud cum *Aristaeneti* loco *Burman.* in Addend. ad *Valesii* Emend. p. 227. — Adde *Horat.* I. Od. XVI. *O matre pulchra, filia pulchrior.* Hinc etiam nomen μητρὸς καλλίπαιδος, qualis meminit *Liban.* Ep. 225. — Recordor olim probare hanc emendationem *Hieronym. Boschium.* Contra vir doctus in *Annal. Belg.* [vid. praefat.] non male me conjecisse censet quidem, laudat tamen explicationem. *Hemsterhusii. Palairetus*, μέγα δή τι χρῆμα cum ὡρ. σω. ὑπερ. conjungens, sic deinceps legit κάλλους τοιούτου ἐν Ἰωνίᾳ ἔντε ἐν ἄλλῃ (sc. γῇ) μὴ πρότερον γενομένου. *Si quidem talis pulchritudo*

neque

neque in Ionia neque in alia regione prius non exstiterit. Addit exempla in quibus κάλλος pro *formoso* positum est. *Charit.* lib. II. p. 28. *Heliod.* V. p. 243. X. 477. — Quae non augebo; illud tamen moneo et nos sic usurpare *eene schoonheid* et Latinos *forma.* Ut *Propert.* II. iv. 28. *Cynthia forma potens, Cynthia forma levis.* Quod cum Graeco contulit *Hemsterh.* ad *Lucian.* Dial. p. 13. Caeterum *Arnaldus* malebat κάλλους τοῦ ὄντε sq. PEERLK. Alios de eximia pulcritudine loquendi modos e *Polyaeno* lib. VIII. c. 16. s. 6. et *Themistio* Orat. XIII. p. 177. indicavit *Abresch.* Poterat tamen similiores, saltem quod ad vocabulum ὑπερβαλλούσῃ adtinet, ex *Heliod.* lib. II. c. 32. p. 160. lib. III. c. 3. p. 179. lib. V. c. 10. p. 284. adducere. LOCEL.

P. 1. v. 3. ὄντε — — πρότερον γεν.] Consueta similis argumenti scriptoribus Hyperbole. Eodem fere modo *Charit.* lib. V. c. 2. p. 108. et plane similiter *Heliod.* lib. 5. c. 9. p. 284. lib. c. 2. p. 405. Non longe abest illud *Luciani* Imag. Vol. II. p. 467. μέγα τι θαῦμα καὶ θέαμα πᾶσαν τὴν ἀνθρωπίνην εὐμορφίαν ὑπερπεπαικός. Solent etiam diis adsimilare, vel pro ipsis diis esse habitos fingere heroas suos, prout infra videbimus. LOCEL.

P. 1. v. 4. ἀεὶ μὲν καὶ.] Ut καὶ facile tolero, sic si absit, non desiderarem. Videtur ortum ex sequenti καθ' HEMSTERH. Sic *Aristid.* Vol. II. p. 370. ἀεὶ κατὰ μικρόν. et *Herodot.* lib. IX. c. 38. ἀεὶ ἀνὰ πᾶσαν ἡμέρην. Alia res est in illo *Heliodori* lib. I. p. 28. ἀεί τε καὶ νῦν. et in *Herodot.* lib. VIII. c. 142. ἀεὶ καὶ τὸ πάλαι. ABRESCH. Adde *Xenoph.* Hellen. I. iv. §. 15. ἀεὶ παρ' ἑκάστην ἡμέραν. Vulgatum tamen h. l. recte se habet. Et ita videtur *Mitscherlichio.* Nota sunt ἀεὶ καὶ μᾶλλον ap. *Joseph.* A. J. VII. 3. ἀεὶ καὶ πλέον ap. *Heliod.* VIII. p. 321. et similia. Quin etiam ἀεί τε καὶ καθ' ἡμέραν ap. *Anonym.* in *Suida* T. III. p. 34. Unde et *Palairet.* h. l. ita legit. PEERLK.

P. 1. v. 4—5. σύνηνθει—αὐτῷ—ψυχῆς ἀγαθά.] Pro αὐτῷ *Palair.* malebat αὐτοῦ, quod mihi, cogitanti quam multiplex sit usus dativ. in pronominibus non necessarium videtur. Verbum ἀνθεῖν in hac re frequens est eroticis. Noster I. p. 2. ἤνθει ἐπ' εὐμορφίᾳ. *Heliod.* I. p. 4. ἤνθει ἀνδρείᾳ τῷ κάλλει. Alia notavit *Wyttenb.* Biblioth. Crit. Vol. III. P. II. p. 75. — Et sic *Long.* Past. I. c. 11. ἡ μὲν γὰρ γυμνὸν ὁρῶσα Δάφνιν, ἐπανθοῦν ἐνέπιπτε τὸ κάλλος. Ubi forte legendum, ut jam olim conjeci, ἐπανθοῦν ἐνέπινε τὸ κάλλος *Florentem illius pulchritudinem quasi imbibebat.* Quod mox aliis verbis explicat πᾶσαν αὐτὴν ἔβλεπεν ἀπλήστως. Sic *Eustat.* de Ism. III. p. 90 ὅλην αὐτὴν τοῖς ὀφθαλμοῖς μου κατέπινον. Sed in l. l. Longi *Chardon de la Rochette* Melang. Crit. et Phil. T. II. p. 102. etiam praefert

lec-

lectionem ἐπ' ἀνθέων. — Ἀγαθὰ ψυχῆς, ut Latini *animi bona*, *ingenii bona*. Quod in *Propert.* I. 11. 6. exemplo *Xenoph.* nostri illustrat *Burman. Palairet.* laudavit *Stob.* Serm. I. p. 9 et 14. PEERLK.

P. 1. v. 5. παιδείαν — πᾶσαν.] *Studiis liberalis doctrinae. Herodian.* V. 7. πάσης παιδείας διδασκάλους μετεπέμπετο. Vocant et ὅλην παιδείαν, ut *Nicol. Damasc.* de Vita sua p. 4. et alii. Exercebatur Habrocomes iis artibus quas Graeco more scire aequum erat liberum adolescentem. Sunt eae γράμματα, μουσική, καὶ τὰ ἐν παλαίστρᾳ, *Xenoph.* Resp. Laced. II. §. 1. γράμματα, κιθαρίζειν, καὶ παλαίειν *Plat.* in Alcib. II. . 7. Quibus τὴν Γραφικὴν nonnulli adjiciebant. Conf. *Wyttenb.* Philom. L. II. p. 33. PEERLK.

P. 1. v. 6. μουσικὴν ποικίλην.] *Salvinius* vertit *la varia musica*, et *Cocchius* pariter variam musicam. Franco-Gallicae versionis auctor *Jourdanus*, Gallica levitate, plane ista verba transiluit. Quam praetermissionem quasi egregia munificentia compensaturus, ea quae sequuntur, κιθάρα δὲ αὐτῷ, καὶ ἱππασία, καὶ ὁπλομαχία, συνήθη γυμνάσματα, ita reddidit, intoleranda, hercle, licentia: *s'il jouoit de la Lyre, on le prenoit pour Apollon; s'il chantoit pour Orphée: il lançoit un javelot avec adresse, et Mars lui-même n'auroit pu dompter un cheval avec plus de grace et de fierté.* Turgida haec amplificatio eo acrius reprehendi meretur, quod ipse *Jourdanus* in praefatione cum *Fontenellio* legem interpretibus constituerat, ut veteres scriptores convertant quam fidelissime, sine ullo addito alieno verborum fuco, quippe qui antiquae simplicitati repugnet. Quo magis mirabere, virum illum nihilo minus temperare sibi nequivisse, quin hanc legem in tota versione sua ubivis impudentissime perfringeret. Haerebam hic paullisper, verteremne *variam Musicam*, an potius *varias artes liberales*, aut variam eruditionem, sed praetuli tamen priorem interpretationem ob praecedens vocabulum παιδεία, et sequens κιθάρα. Ceterum, quoniam interpretes tam saepe vocabuli μουσικὴ alteram illam potestatem non adtendisse deprehenduntur, nihil supervacanei me facturum censebam, si hac data occasione, post alios viros doctos, paullo prolixius de ea dissererem. Μοῦσα, scribit *Hesychius*, τέχνη: καὶ σοφοὺς καὶ μουσικοὺς τοὺς τεχνίτας ἔλεγον. Et paullo post: Μουσικὴν, πᾶσαν τέχνην οἱ Ἀττικοί. Hoc late nimis patens, adcuratius sic circumscribunt viri docti, ut eo vocabulo non modo *canendi musicorumque modulorum artem*, sed nonnumquam *omnes* propemodum *artes liberales*, et quas vocamus *literas humaniores*, quibus Musae praesunt, *poëticen* imprimis, significari doceant. Praecipuus in hanc rem laudari solet locus in *Aristoph.* Equit. 188. ubi manifestum est, Isciarii illud οὐδὲ μουσικὴν

κὴν ἐπίσταμαι, significare *ne humaniores quidem literas sum edoctus*: quare ad eum locum monet scholiastes, ὅτι μουσικὴν τὴν ἐγκύκλιον παιδείαν φησί. Mox ibi in *Demosthenis* responso, ἡ δημαγωγία γὰρ οὐ πρὸς μουσικοῦ Ἔτ' ἐστὶν ἀνδρὸς, vertendum est *reipublicae administratio in doctum virum jam non amplius convenit.* Ad animum excolendum pertinere μουσικὴν, quemadmodum γυμναστικὴν ad corpus exercendum, docet *Plato* lib. II. de Rep. Vol. VI. p. 246. et lib. VII. de Leg. Vol. VIII. p. 335. Conf. *Eumd.* in Amat. Vol. II. p. 31. et *Timaeum Locr.* de Mundo Vol. X. p. 28. Alius insignis locus de μουσικῇ habetur in *Plat.* Phaedone Vol. I. p. 137. quem, nisi longior esset, libenter huc transcriberem. Dicitur ibi philosophia μεγίστη μουσική, atque eo pertinet, quod tradit *Strabo* lib. X. p. 717. *Philosophiam* a Pythagoreis et Platone fuisse *musicam* adpellatam: adde quod etiam in supra indicato *Timaei* loco *philosophia musices dux sive praeses* vocatur. Sic porro *musicam*, id est *disciplinas liberales*, *eruditionem* cet. cum *philosophia* jungi videas in *Platonis* Timaeo Vol. IX. p. 428. ubi de cultura animi sermo est. Memorabilis etiam est *Platon.* locus lib. VIII. de Republ. Vol. VII. p. 192. διὰ τὸ τῆς ἀληθινῆς μουσικῆς, τῆς μετὰ λόγων καὶ φιλοσοφίας ἠμεληκέναι. ubi sine dubio μουσικῆς reponi debet pro vulgato Μούσης: cujus emendationis nuper a me certior factus praeclarus *Platonis* operum futurus restitutor *Jac. Fr. Bast*, sic quoque in optimo Cod. MS. Bibl. Caes. Vindob. Nro. CIX. inveniri mihi significavit; neque vero aliter in suo codice legisse *Ficinum*, ejus versio declarat. De *disciplinis liberalibus* intelligendum esse vocabulum μουσική ap. *Aeschin.* adv. Ctesiph. p. 637. satis liquet. Μουσικῆς ἐργαστήριον ap. *Himer.* Or. III. §. 9. pag. 440. est *liberalium artium officina*, et Orat. XII. §. 2. p. 582. μουσικοὶ δημιουργοὶ, sunt *opifices, qui liberales artes exercent.* In *Ach. Tat.* lib. I. c. 8. p. 46. ἰδιώτης μουσικῆς [γνώσεως additum legitur] est *ineruditus*, *illiteratus*. *Juliano* in Caefarib. Hadrianus imperator dicitur μουσικὴν ἐργαζόμενος, quod *Heusinger.* p. 71. recte monet verti oportere *liberalium artium exercitationibus deditus*, sive potius *literas humaniores tractans.* Pariter *Athenaeus* lib. VIII. c. 16 p. 361. Hadrianum vocat μουσικώτατον βασιλέα, id est, non ut Dalechampius vertit, *humanissimum*, vel *festivissimum*, aut *elegantissimum*, sed *eruditissimum imperatorem*: itidemque *Aelian.* V. H. lib. IV. c. 15. Hieronem et Ptolemaeum Philadelphum μουσικωτάτους evasisse ait. Nec tamen, ut hoc obiter addam, Mytilenen eodem significatu ab *Isocrate* Epist. VIII. Vol. I. p. 482. πόλιν μουσικωτάτην dici, quod vult *H. Steph.* in Thes. persuaderi mihi facile patiar. Alius locus *Aeliani* V. H. lib. II. c. 18. de Timotheo a Platone convivio excepto, ἑστιαθεὶς ἀφελῶς ἅμα καὶ

μουσικῶς, non est, ni fallor, cum Vultejo reddendus *frugali musicaque coena exceptus*, sive *nitida et munda*, vel *modica* cum Kuhnio in indice, et ibid. in voc. *proverbia;* sed de *coena inter eruditas confabulationes* intelligendus. Perspexit hoc Xylander, qui ap. *Plutarch.* de sanit. tuend. Vol. VI. p. 482. Timothei dictum de eadem Platonis coena referentem, μουσικὸν καὶ λιτὸν δεῖπνον convertit, *coenam philosophicam ac frugalem.* Verum in loco fere simili ap. Suid. in ἄθρυπτος ex *Damascio* τρυφὴ μεσὴ καὶ μουσικὴ est *victus mediocris et moderatus*, sive, ut ita dicam, *temperatus*, quod sequentia ibi de modo Dorico demonstrant. Est praeterea, ubi μουσικῶς adhibetur pro *scite*, *apte*, *concinne*, (quod καταχρηστικώτερον fieri ait *Sext. Empir.* adv. Mathem. lib. VI. c. 1. p. 356.) velut ex. gr. a *Plutarch.* in Sympos. lib. VIII. Vol. VIII. p. 862. et *Aristoph.* Ran. 897. ubi μουσικώτατα reddi commode potest *doctissime* vel *scitissime.* Hac posteriore significatione occurrit e. c. in *Eurip.* Hip. 989. μουσικώτεροι λέγειν, et ap. *Plat.* Protag. Vol. III. p. 133. ὄυτοι γὰρ δὴ λόγοι ἀμφότεροι ὂν πάνυ μουσικῶς λέγονται. Idem videlicet valet his in locis μουσικῶς, quod alibi ἐμμελῶς. Sic e. c. ap. *Plat.* de Leg. lib. VII. Vol. VIII. p. 355. Clinias ait μάλα εἰπὲς τε ἐμμελῶς. At in Protag. Vol. III. p. 147. μουσικὴ non est *concinnitas*, prout vertit *Ficinus*, sed *ars dialectica.* Alia quaedam suppeditat *H. Steph.* in Thes. De *poëtice* inprimis usurpari saepe vocabulum μουσικὴ notum est. Itaque, quod ab *Aristoph.* Acharn. 850. de Artemone dicitur, ὁ ταχὺς ἄγαν τὴν μουσικὴν, Graecitatis adprime guarus *Berglerus* vertit *extemporaneus poëta;* melius opinor quam *Brunckius*, *Frischlinum* sequutus, *expeditus arte musica;* (agitur enim de Artemone poëta lyrico, qui in ipso equuleo versus fecisse perhibetur, teste ad l. l. Scholiaste.) tametsi non sum nescius, *Terentium* aliosque poëticen ac literas humaniores, Graeco more, *musicam* vocitasse. Nobilis locus in significationem, de qua nunc agimus, stabiliendam est ille *Platonis* in Phaedone supra indicatus, propterea quod ibi Socrates secundum quietem saepius admonitus, uti musicam exerceret, eoque se ad philosophiae studia continuanda initio excitari ratus, ac tandem de poëtice (quam δημώδη μουσικὴν adpellat, quemadmodem *Aristoxenus* ap. *Athen.* lib. XIV. c. 8. p. 632. τὴν πάνδημον μουσικὴν) interpretandum esse insomnium censens, poëmata se fecisse ait in laudem Apollinis, et fabulas quasdam Aesopi versiculis inclusisse. Denique huc spectant τὰ τῆς μουσικῆς ἆθλα e. c. ap. *Isocr.* Paneg. Vol. I. p. 274. et ἀγῶνες μουσικῆς, quorum saepe scriptores Graeci meminere, in quibus poëtae epici, lyrici, tragici, comici, ῥαψῳδοὶ, histriones, pantomimi (fortasse etiam historiographi et rhetores, monente id *Luciano* in Herodoto Vol. I. p. 833. ubi

vide

vide commentt.) ipsique musici, proprie ita dicti, certabant. Inde est quod *Plato* Ion. Vol. IV. p. 178. Io Socrati respondit *πάνυ γε, καὶ τῆς ἄλλης γε μουσικῆς*, et quod in Menexeno Vol. V. p. 305. legimus *ἀγῶνας μουσικῆς πάσης*. Quare si quis in Nostro *μουσικὴν ποικίλην ἤσκει* interpretari mavelit *variam eruditionem*, sive *varias liberales disciplinas exercebat*, hoc ei solum offecerit, quod praecedat *παιδείαν πᾶσαν ἐμελέτα*; nam hoc nomine *Xenophon* musicam, cujus mox specialem mentionem facit, non videtur comprehendisse, quamvis universa *παιδείας* pars esset *ars psallendi*, *citharam pulsandi* cet. sive musica specialiter sic dicta, non minus quam aliae disciplinae liberales, grammatica, dialectica, rhetorica, poëtica, arithmetica, geometria, testibus *Xenoph.* de Rep. Laced. c. II. §. 1. et *Aristot.* Polit. lib. VIII. c. 3. qui pingendi quoque artem addit. Totus hic liberalioris doctrinae ambitus, sive *ἐγκυκλοπαιδεία* praemittebatur philosophiae studiis. Docet id *Philo* Alexandr. de Ebriet. Vol. III. p. 190. *οἱ καλοκαγαθίας ἐρασταὶ οὐ πρότερον ἐπὶ τὰς τῆς πρεσβυτέρας ἀφικνοῦνται θύρας φιλοσοφίας, πρὶν ἢ ταῖς νεωτέραις ἐντυχεῖν, γραμματικῇ, καὶ γεομετρίᾳ, καὶ τῇ συμπάσῃ τῶν ἐγκυκλίων μουσικῇ*. LOCEL. Aperte distinguit *Xenophon παιδείαν* [quod *Plato* et alii in exemplis supra laudatis vocant *γράμματα*, et *Terent. literas* Eunuch. III. II. 14 — *fac periculum in literis — Fac in palaestra in Musica.*] a *μουσικῇ*. Et per *ποικίλην μουσικὴν* intellige varia ejus genera, ut sunt *ᾄδειν, αὐλεῖν, κιθαρίζειν*. Ut adeo significatio, quam hic egregie explicavit Locella, admitti non possit. Occurrit ea etiam saepe ap. *Liban.* v. c. Ep. 607. Ep. 265. — *νέων, οὓς τῇ μουσικῇ τρέφεις*. Ubi dedit quaedam *Wolf. Musico certamini Sueton.* in Domitian. c. IV. etiam includere poësin, observant interpretes. — Et sic *Plautus* Mostell. III. 2. 40. — *Musice aetatem agere.* Quod recte explicat *Gronov.* in Lection. Plautin. p. 199. *Concinne, eleganter, sic ut in bonam partem capi possit, nam hoc interdum Graecis est μουσικῶς.* Adde *Juret.* ad *Symmach.* Epist. p. 59 — 60. Sed de vi Musices ad excolendum hominem, e sententia Platonis, egregie nuper exposuit *C. A. den Tex.* Ultr. 1816. PEERLK.

P. 1. v. 6. *κιθάρα δὲ αὐτῷ.*] Quum jam praecesserit Habrocomen variam tractasse Musicen, ineptum sit hic citharae facere mentionem. Nec cithara, pertinet ad *γυμνάσματα* corporis, qualia sunt *ἱππάσια* et *ὁπλομαχία*. Itaque credo Xenophontem scripsisse *θήρα δὲ*, ut *κι* ortum ex postrema in *ἤσκει* syllaba, primum dederit *κιθήρα δὲ*, unde deinceps factum sit *κιθάρα δὲ*. — *Θήρα* egregie convenit cum equorum armorumque exercitatione, et est juvenis liberi et ferocis *innuptae studia exercere Dianae*, qualem *Euripides* describit Hippolytum in Tragoed. ab

eo nominata v. 14. Ἀνακλίνεται δὲ λέκτρα κὰν ψαύει γάμων. — Φοίβου δ' ἀδελφὴν Ἄρτεμιν Διὸς κόρην — Τιμᾷ, μεγίστην δαιμόνων ἡγούμενος. Ideo *Ovid.* Rem. Amor. v. 199. suadet adolescenti. — *Vel tu venandi studium cole; saepe recessit — Turpiter a Poebi victa sorore Venus.* Adde locum simillimum ex *Phalar.* Epist. I. σφόδρα πάνυ γὰρ καὶ διὰ ταῦτα ἐπιζητῶ μαθεῖν, τίνα δήποτε γνώμην ἔχων, τὸ μὲν σῶμα γυμνάζεις ὅπλοις τε καὶ κυνηγεσίαις, καὶ ταῖς ἄλλαις κακοπαθείαις. τὴν δὲ ψυχὴν ἀγύμναστον ἐᾷς λόγου τε καὶ παιδείας Ἑλληνικῆς. His dudum scriptis, eandem *Higtii* fuisse cognovi sententiam, qui editioni, qua utebatur, adscripserat legendum sibi videri καὶ θήρα τε. Idem in mentem venerat *Camphuizenio*, quod cognovi ex epistola illius ad *Ruardium.* PEERLK.

P. 1. v. 6. ὁπλομαχία.] Vocabulo huic auctoritatem adjecit diligentia *Scotti* in Append. ad H. Steph. Thes. e Plat. de leg. lib. VIII. (Sic ibi corrige pro lib. II.) et ex *Athenaeo;* quibus jam praeter nostrum hunc, et *Polluc.* Onom. VII. p. 154. addi possunt alii duo loci e *Plat.* de Leg. lib. VII. Vol. VIII. p. 372. et e *Xenoph.* de Exp. Cyri lib. II. c. 1. s. 7. Idem videlicet est ὁπλομαχία, quod in *Platon.* Euthyd. Vol. III. p. 5. Gorg. Vol. IV. p. 24 et 25. Lach. Vol. V. p. 162. 166. 167. et de Legib. lib. VIII. Vol. VIII. p. 408. ἐν ὅπλοις μάχεσθαι, aut in *Lucian.* de Gymnas. Vol. II. p. 913. ἄσκησις ἐν τοῖς ὅπλοις; tamen apud scriptores de certaminibus, quos nunc quidem haec scribens festinanter inspexi, de ὁπλομαχίᾳ nihil distincte traditum reperi. Adnotari igitur meretur ex *Athenaeo* lib. IV. c. 13. p. 154. E. ὁπλομαχίαν fuisse Mantineorum inventum, primumque ejus magistrum fuisse eme am lanistam. Tamen jam Castor Herculem docuerat ὁπλομαχεῖν, si modo *Apollodoro* lib. II. c. 4. s. 9. fides haberi posset in personis fabulosis, de quibus non rarum est aliquid προληπτικῶς narrari. Conf. etiam *Theocrit.* XXIV. 123—127. qui tamen verbo ὁπλομαχεῖν non utitur. Ars ista *Sexto Empir.* adv. Mathem. lib. XI. c. 197. p. 726. vocatur ὁπλομαχητική, qua voce carent lexica. *Ars ludicra armorum* ap. *Cicer.* de Oratore II. 20. eadem haberi possit cum ὁπλομαχητικῇ. De ὁπλομαχίᾳ intelligendi sunt loci in *Plauto* Bacch. III. 3, 24. Mostel. I. 2, 73. *Ovid.* Art. Am. III. 384. et de ejus utilitate pulcre disserit Plato in Lachetis locis supra laudatis. Latine quomodo reddi optime possit nondum reperi. *Pugna*, sive *certamen armorum*, vel *in armis*, non plene satisfacit. *Coecchius* vertit *armorum tractatio*, quod non placet. Ὁπλομαχεῖν *Ficinus* in *Platone*, et *Gesnerus* in *Luciano* transtulerunt *armis pugnare:* sed *Cicero* in Verr. lib. IV. c. 25. dixit *armis exerceri*, modo ibi Graecorum ὁπλομαχεῖν significetur. Apud *Vulcat. Gallic.* in Avid. Cass c. VI. est

est *ludere armis*. LOCEL. Ὁπλομαχίαν optime Latine reddas per *armorum exercitationem*. *Sueton.* L. III. c. 13. *Equi quoque et armorum solitas exercitationes omisit*. Ubi simul τὴν ἱππασίαν expressam vides. Plurimum autem ὁπλομαχία *scutum* modo *et gladium* comprehendebat. Nam et *Plutarch.* in Caton. οὐ μόνον ἀκοντίζειν, οὐδ' ὁπλομαχεῖν, οὐδ' ἱππεύειν διδάσκων τὸν υἱὸν, ἀλλὰ καὶ πὺξ παίειν. Adde *Salmas.* ad *Sueton.* VIII. 19. Caeterum ὁπλομάχοι sunt qui *discunt armis certare* et *qui docent*, ex sententia *Casaub.* ad *Theophr.* Ch. Eth. c. v. p. 79. Consule praeterea quae de re ipsa monet *Lennep.* ad *Phalar.* Ep. p. 7. PEERLK.

P. 1. v. 7. ἀλλὰ καὶ τοῖς.] Ellipsin h. l. exemplis illustravit *Abresch.* LOCEL. Nempe οὐ μόνον ante ἀλλὰ καὶ saepe omittitur. *Palair.* laudat *Ach. Tat.* lib. VI. p. 365. κόρην ὠνησάμην καλὴν, ἀλλὰ χρῆμα τι κάλλους ἄπιστον. et *Max. Tyr.* Dissert. X. p. 113. Adde ex multis *Valcken.* ad *Eur.* Phoen. p. 501. et Hemst. ad Chrysost. in laud. Paulli p. XIV. PEERLK.

P. 1. v. 8. ἐν αὐτῷ.] Praestat ἐπ' αὐτῷ, ut in *Luciani* Somm. Vol. I. p. 4. χρηστὰς εἶχον ἐπ' ἐμοὶ τὰς ἐλπίδας. Conf. *Damasc.* ap. *Suid.* in Ὕλας. Ἐλπίδας ἔχειν ἔν τινι est *spes habere in aliquo repositas*, [c. c. in *Xenoph.* de Rep. Athen. c. II. s. 15. et in *Eurip.* Med. 1032.] quae potestas iisdem residet in ἐπί. *Dion. Halicarn.* A. R. lib. V. p. 289. μειζόνων ἐκπεσόντες ἐλπίδων, ἃς εἶχον ἐπὶ τῷ βασιλεῖ, et lib. X. p. 642. πολλὰς ἐλπίδας εἶχον ἐπὶ τῇ βουλῇ. HEMSTERH. Meminerimus nos in *Xenophonte Ephesio* versari, cujus Graecitas, quamvis proba atque elegens, non est tamen exigenda ad auream illam Xenophontis Atheniensis, Platonis, Thucydidis, Demosthenis, et similium. Exemplo sit illud *Herodiani* lib. V. c. 8. s. 3. ubi eodem, quo apud *Nostrum*, sensu legitur ἐπιῤῥεπεστέρας τοίνυν τὰς γνώμας πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον εἶχον, καὶ ἐλπίδας κρείττους ἐν παιδὶ κοσμίως καὶ σωφρόνως ἀνατρεφομένῳ. Quin et in *Aeschine* Socr. Dial. I s. 11. de adolescentibus sic dictum reperies ἐν οἷς ἐστὶν ἐλπὶς πολλή. LOCEL. Quid? quod ipse *Xenophon* Atheniensis I. Cyrop. IV. s. 25. ita scribat. — ἐλπίδας ἔχων μεγάλας ἐν αὐτῷ, ἄνδρα ἔσεσθαι ἱκανόν. κ. τ. λ. Qui locus nostro plane est similis, nisi quod *Ephesius* pro ἄνδρα ἔσεσθαι scribat ὅτι — ἔσοιτο. *Liban.* Epist. 383. et 705. *Plut.* de Educ. liber. p. 35. Apopht. p. 154. et alia, quorum tamen multa *spes in aliquo repositas* indicant. PEERLK.

P. 1. v. 8—9. προσεῖχον — ὡς θεῷ.] Sic *Eunap.* in Proaeres. p. 123. προσεῖχον — ὥσπερ θεῷ. Homer. Od. κ. 319. Τὸν νῦν ἶσα θεῷ Ἰθακήσιοι εἰσορόωσι Unde Philostr. Vit. A. T. v. 24. προϊόντα γέ τοι ἀπὸ τῆς νεὼς ἐς τὸ ἄστυ, θεῷ ἶσα ἀπέβλεπον. PEERLK.

P. I. v. 9. ἐστὶν.] Ego vulgatum in ed. Lond. ἐστὶν servavi. *Locella*, monente *Hemsterh.* edidit ἦσαν. *Mitscherl.* etiam ἐστὶν tuetur loco *Nostri* I. c. XII. οὐκ ἔστιν, ὅστις τῶν ἰδόντων παρῆλθε σιωπῶν. Ubi *Tresling.* volebat οὐδεὶς ἦν. Adv. Crit. p. 54. — Sed utuntur Graeci ἔστιν οἵτινες vel εἰσὶν οἵτινες pro τινὲς, et verbum ἐστὶ semper effertur tempore praesenti, licet reliqua oratio de re perfecta aut futura instituatur. Vid. *Hoogev.* ad Viger. C. v. §. 6. Iterum *Noster* L. v. c. III. εἰσὶ δὲ οἳ καὶ ζῶντες ἐλήφθησαν. *Xenoph.* II. Cyrop. III. §. 18. ἔστιν οἳ ἐτύγχανον. Adde *Budaeum* Comm. L. Gr. p. 1408. — Hoc loquendi genus fugere *Hemsterh.* non potuit. Itaque suspicor eum locum correxisse quod οἳ legeretur post τινὲς, nec καὶ εἰσὶν ἤδη οἵ τινες. Quod merito quis h. l. praeferat. Quomodo Latini et etiam *Hoofdius* nostras hoc imitati sint, docet *Broekh.* ad *Propert.* III. VII. v. 17. PEERLK.

P. I. v. 9—10. προσεκύνησαν — καὶ προσηύξαντο.] Superlatio haec quidem est; *Nostro* tamen non peculiaris. Conf. Charit. lib. I. c. 2. p. 5. lib. III. c. 2. p. 60. Infra pag. 5. v. 3. et pag. 21. v. 11. eamdem ὑπερβολὴν iterare gaudet. LOCEL.

P. I. v. 11. κατορθώμασι.] *Animi dotes*, sive *ingenii praestantiam*, κατορθώματα τῆς ψυχῆς dici, novum est, nisi fallor; hoc tamen loco par est lexica ditari. Quae *Corn. Nep.* in Epaminonda c. III. s. 2. *animi bona* ea *Diod.* Sic. lib. XV. c. 39. p. 32. de eodem φυσικὰ προτερήματα dixit. Adde lib. III. c. 49. p. 218. Τὰ τοῦ σώματος ἀγαθὰ pro *corporis dotibus* legimus in *Luciani* Hercule Vol. III. p. 86. et τὰ ἀγαθὰ ἐν τῇ ψυχῇ pro animi bonis in *Isocrat.* de Pace Vol. II. p. 190. Solent etiam πλεονεκτήματα vocare. Vide *Himer.* Ecl. XXXI. s. 5. p. 228. et quem ibi *Wernsdorf.* laudat *Zosim.* lib. IV. c. 54. LOCEL. Plutarch. Pelopid. c. IV. Epaminondas et Pelopidas id unice agentes ut patriam redderent quam splendidissimam — ὥσπερ ἰδίοις ἐπὶ τοῦτο τοῖς αὐτῶν ἐχρῶντο κατορθώμασι. Et sic alibi saepius. PEERLK.

P. I. v. 11. ὅσα δὴ.] Pro ὅσα δὲ in supp. edd. sic corrigi jusserat *Hemsterh.* eique adstipulatur Cod. Florent. LOCEL.

P. I. v. 12. οὐ θέαμα οὐκ ἄκουσμα.] Jungi non raro solent θέαμα et ἄκουσμα, velut e. c. apud *Herodian.* lib. IV. c. 6. s. 4. et *Plutarch.* de Liber. educ. Vol. VI. p 23. Erit fortasse qui legere malit οὐ θέαμα οὐδ' ἄκουσμα, vel οὐδὲ θ. οὐδ' ἄκ. aut οὔτε θ. οὔτε ἄκ. Sicut mox p. 3. v. 1—2. vel denique οὔτε — οὐδὲ, aut οὐδὲ — οὔτε; de qua varietate conf. *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 641. exemplisque ibi prolatis adde *Xenoph.* Cyrop. lib. II. c. 2. s. 15. lib. IV. c. 5. s. 27. Rarius qui-

quidem est ὂυ—ὂυ in duabus disjunctivis negationibus pro *nec — nec*, vel *neque— neque*, cujus adeo nullum adtulit exemplum *Hoogev.* in Doctrin. Partic. Sed nihil arbitror esse mutandum. In ista repetitione pondus quoddam gravitatemque verborum quaesivit *Noster*, qui rursum p. 68. v. 2. p. 82. v. 2. p. 116. v. 15. ea est usus. Similiter Latinis scriptoribus adhibitum fuit *non—non*, e. c. in illo Horat. Carm. III. 3. 2. et 3. et multis locis a *Cicerone*, nec non a *Tacito* Annal. lib. XV. c. 57. aliisque; tamen de isto particulae *non* usu ἐμφατικῷ nihil adnotatum est in *Turiell.* de Partic. etiam post secundas curas *Thomasii* et *Schwarzii*. LOCEL.

P. 1. v. 12—13. ἄξιον Ἀβροκόμου] Scribere potuisset αὐτοῦ. Sed elegantiam quamdam ac vim quaesivit in nomine proprio. Sic *Homer.* Il. H. 74. Τῶν νῦν ὅντινα θυμὸς ἐμοὶ μαχέσασθαι ἀνώγει—Δεῦρ' ἴτω ἐκ πάντων πρόμος ἔμμεναι Ἕκτορι δίῳ. Loquitur ipse Hector. *Cicero* ad Divers. III. Ep. 4. *Quid est, quod possit graviter a Cicerone, scribi ad Curionem, nisi de republica? Virg.* II. Aen. 540. et alia multa. PEERLK.

P. 1. v. 14. ὅτι εἷς καλός.] Cod. Florent. male exhibet ὅτι ἐνι καλός. Emendationem verissimam εἷς Cocchio, credo, debemus. Nam in versione sua habet *se unum pulcrum esse.* Contra *Salvinius* reddidit modo *se essere il bello.* LOCEL.

P. 1. v. 14—15. οὐδὲ ἐνομ. εἶναι θεόν.] Amorem Deum non putare, quippe qui maximus sit ceterisque diis superior, vituperatur ab *Eurip.* in Fragment. Auges. III. Quem locum imitatus esse videtur *Caecilius* ap. Ciceron. Tuscul. IV. c. 32. De invicta amoris vi complures reperiuntur elegantes loci; e. g. ap. *Soph.* Antig. 792. Trach. 448. *Diog. Laërt.* lib. IV. c. 26. *Heliod.* lib. IV. c. 10, p. 243. ubi conf. *Bourd.* adnot. *Eustath.* de Hysm. lib. VII. p. 312. *Pseudo-Senec.* Oct. 554. Adde *Villois.* Animadv. ad *Long.* Past. p. 93. et *Moll.* cum *Bod.* p. 160. ad eumd. Tamen etiam his contraria leguntur in personati *Senecae* Octav. 557. et ap. ipsum *Senecam* Hipp. 195. item ap. *Pseudo-Phocyl.* 182. Ait quidem Socrates ap. Platon. in Conviv. Vol. X. p. 228. omnes in eo consentire, ut Amorem magnum esse Deum fateantur; verum lepide ibi cavillatur Diotima, negans Amorem ab se et Socrate, magnum haberi Deum, qui, amborum sententia, ne Deus quidem esse judicetur. LOCEL. Notavit quaedam his non dissimilia *Tresling.* Advers. Critic. p. 40. Et vero Amor poëtis et harum fabularum scriptoribus est Deus, cui resistere nemo, ne Deorum quidem quisquam possit. *Charit.* VI. p. 101. κρατεῖ πάντων τῶν θεῶν, καὶ αὐτοῦ τοῦ Διός. *Ach. Tat.* I. pag. 11. *Anacr.* Od.

Od. 56. — Ideo poëtis merito ἀνίκητος vocatur, ut observat. *Liban.* Epist. 245. Mirum itaque non est eum irasci si spernatur, nec Deus habeatur. Amor de se ap. *Propert.* II. 22. 12. *Intereat qui nos non putat esse Deos.* Ad hanc mentem *Tibullum* optime emendavit *Waardenb.* Opusc. p. 181. *Hinc fletus rixaeque sonant. Haec denique causa — Fecit ut infamis nec Deus esset amor.* Vulgo legitur inepte *hic* pro *nec.* PEERLK.

P. I. v. 15. πάντῃ ἐξέβαλεν.] *Sed omnem amorem, qualis esset cumque, numero deorum ejiciendum esse censebat:* nisi cum interprete [Cocchio] malis adverbialiter: *sed prorsus solebat vilipendere, nullius aestimare pretii:* vel enim ἐξέβαλλεν lege duplicato λ, ut ἐνόμιζεν, vel ἐξέβαλεν est intelligendum ea virtute, quam aoristis inesse docuit *J. G. Graevius* Lect. Hesiod. c. v. [adde *Ernest.* ad *Xenoph.* Mem. Socr. lib. II. c. 4. s. 7. et *Viger.* de Idiot. c. v. s. 3. §. 11] Ἐκβάλλειν, *dignum habere qui projiciatur, atque adeo nihili ducere:* inde Heracliti [ap. *Strab.* lib. XVI. p. 131. ubi v. *Scherpez.*] Νέκυες κοπρίων ἐκβλητότεροι. HEMSTERH. Pro παντ' ἐξέβαλ. quod habent edd. Locella ad fidem Cod. Florent. reposuit πάντῃ. Idem verbum ἐξέβαλε sic usurpavit Cebes in Tab. pag. 29. ubi medicus, ad quem venit aegrotus, πρότερον καθαρτικοῖς ἐξέβαλε πάντα τὰ νοσοποιοῦντα — *solet ejicere.* Ἐκβάλλειν vox petita est a theatro. ut. v. c. *Aelian.* V. H. XII. c. 13. Athenienses Φρύνιχον ἐξέβαλον. Hinc *aliquem contemnere. Soph.* Oed. Colon. vs. 628. *Liban.* Ep. 217. quae hic adduxit. *Palairet.* Adde *Perizon.* ad Aelian. V. H. XIII. et *Abresch.* ad *Aeschyl.* p. 573. PEERLK.

P. I. v. 15. ὡς οὐδὲν ἡγούμενος.] Plane ad hunc modum *Cicero* dixit *pro nihilo ducere*, in Verr. lib. IV. c. 16. Tusc. lib. V. c. 10 et 32. Offic. lib. III. c. 5. Eadem significatione legitur in *Sophocl.* Oed. Col. 973. ἴσον τῷ μηδενὶ δοκεῖν; ap. Aristoph. Av. 576. τὸ μηδὲν νομίζειν, ap. *Demosth.* de Coron. p. 282. παρ' οὐδὲν ἡγεῖσθαι, *Lys.* Orat. VII. de Olea Sacra p. 282. περὶ οὐδενὸς ἡγεῖσθαι, *Lucian.* in Sacrif. Vol. I. p. 528. Tox. Vol. II. p. 514. et ap. *Aristaen.* lib. I. epist. 24. παρ' οὐδὲν τίθεσθαι, ubi conf. *Abresch.* p. 153. denique ap. *Heliod.* lib. VIII. c. 5. p. 409. et *Xiphil.* in M. Aur. Anton. p. 119. παρ' οὐδὲν ποιεῖσθαι. LOCEL. Neque eam loquendi rationem in Oriente fuisse inauditam, et Tragicis Graecis inprimis esse familiarem, docet *Tresling.* Advers. Critic. pag. 33—34. PEERLK.

P. I. v. 15. ὄν τις.] Sic edendum erat, monente *Locella* in Cod. Flor. spatium esse relictum inter ὄν et τις. Illius tamen editio habet ὄντις, eo quidem invito, ut etiam nostra. Conjectura, quam olim proposui in specim. Observ. pag.

pag. 25. nunc facile caremus. Scilicet ὡς ἐυχ ἄν ποτε ἐυδὲ ἐρασθείη κ. λ. PEERLK.

P. 1. v. 17. καλλίονα.] Vide infra ad pag. 7. v. 13. Mox recte in edd. legitur κάλλει, et in Cod. Flor. male κάλλους. LOCEL.

P. 1. v. 18. δυνάμει.] Interpres (Cocchius) *virtute*, ut videatur retulisse ad animi bona, de quibus p. 1. v. 7. quod vix admittunt sequentia, καὶ εἶχεν οὕτως — ἐπῃνεῖτο. Reddere malim *viribus*, *efficacia*, qua oculos in se convertebat. Aristid. Tom. I. p 441. οἱ τῶν καλῶν ἐρῶντες, τῇ δυνάμει τοῦ κάλλους ἑαλώκασιν. ABRESCH. Ratio, ob quam vir doctus rejicit interpretationem *Cocchii*, mihi non probatur, nam insequentia illa καὶ εἶχεν οὕτως, habent satis in verbis praecedentibus, κάλλει σώματος, quo possint spectare: Novimus vocabulum *virtus*, quemadmodem δύναμις, non raro pro *viribus*, *meritis*, *facultatibus*, ac *proprietatibus* rei cuidam insitis usurpari. Quidni igitur retineamus? Nihilo secius, si quaeras quid hoc loco definite distincteque significet δύναμις, fatebor mihi non satis liquere. Magis quidem eo inclino, ut *ingenii vires*, sive *animi dotes*, indicari existimem, praeterquam enim quod vocabulo δύναμις comprehenditur omnis *facultas*, *scientia*, *ars*, *dexteritas*, video ab auctore vitae Homeri (in *Galei* Opusc. Mythol. Phys. Eth. p. 283.) in ipso initio dici Homerum *aetate* quidem plurimis, *viribus* vero ingenii omnibus antecellere, χρόνῳ μὲν τῶν πλείστων, δυνάμει δὲ πάντων πρῶτον γενόμενον. Sed, quoniam in *Nostri* loco praecedit σώματος, videtur is, si animi dotes indicare voluisset, additurus fuisse τῆς ψυχῆς. At illam efficaciam, qua formosi in se convertant hominum oculos, intelligi debere, multo minus induci possum ut credam; nam si hoc voluisset Xenophon, pluribus verbis, opinor, fuisset usus ad rem paullo longius quaesitam, minus etiam congruam designandam; (haud enim hoc agit Veneris filius, ut oculos hominum *in se* retineat defixos) neque vero post σώματος statim addidisset καὶ δυνάμει, quo scilicet inducimur, ut suppleamus δυνάμει σώματος; quod tamen sensum efficeret parum aptum; nam Habrocomen jactasse se, quod puerulum Cupidinem viribus corporis superet, inscite fingeretur. Quamobrem, quum non esset cur a Cocchio discederem, *virtutis* vocabulum retinui. LOCEL. Ego primum aio omne illud — καλλίονι, καὶ κάλλει σώματος, καὶ δυνάμει, valde mihi displicere. Additum vellem voci δυνάμει aut ὑπερβάλλοντα aut simile quid. Quae tandem dicendi ratio καλλίονα κάλλει σώματος? Quum tamen in summa variorum Codicum penuria temerarium videatur hunc quidem locum conjecturis tentare, explicare deinde conemur, quâ possimus. Videtur autem Xenophon, si haec manus illius sit, hoc velle. Si

Habrocomes templum, in quo Amor Deus colebatur, tamquam δύναμιν ἔχων, aut statuam ejus pulchre et scite factam, videret, ridebat, jactans se Amori nec pulchritudine, (quae in statuis ostendebatur; ut δύναμις eo quod in templis colebatur) nec potestate cedere. Δύναμις autem Cupidinis in eo apparebat, quod omnibus, quibuscumque vellet, amorem inspiraret. Huic potestati nondum succubuerat adolescens [nondum amabat] ipse vero omnes sui amore incendebat, quod ex veneratione, qua se prosequebantur, facile videre poterat, ergo non minore, atque etiam pari erat potestate, qua Cupido. Hinc apparet quam facile superbo sit adolescenti, se majorem δυνάμει praedicare. Ac Dei quidem non impune tela (seu potestatem) Amoris spernere poterant. *Figat*, Cupido apud Ovid. I. Met. 463. — *figat tuus omnia, Phoebe. — Te meus arcus, ait, quantoque animalia cedunt. — Cuncta Deo, tanto minor est tua gloria nostra.* Nec Mars sine gravi poena βέλος ἠτίμαζ' Ἔρωτος. Anacr. Od. 45. — Nec Locella, credo, hic nodum in scirpo quaesisset, si Abreschius ita scripsisset. *Viribus, efficacia, qua oculos in se convertebat, atque adeo omnes amore succendebat.* PEERLK.

P. 1. v. 18. καταφαίνετο.] Καταφαίνεσθαι pro *conspicuum esse*, qua significatione h. l. est adhibitum, non memini me alibi legere. Paullo altius, p. 2. v. 9. pro *videri* usus est. LOCEL. Ego illud *conspicuum esse*, quo hic καταφαίνεσθαι explicat *Locella*, aliter accepi quam volebat vir doctus. [in Specim. Observ. p. 26.] Vult autem se alibi non legisse καταφαίνεσθαι pro *esse conspicuum*, *in honore esse*. Nec quisquam credo ita legerit. *Higtius* legit κατεστεφανοῦτο, *corollis ornabatur*, et comparat *Xenoph.* Oecon. V. §. 2. ἔπειτα δὲ ὅσα κοσμοῦσι βωμοὺς καὶ ἀγάλματα [sc. ἡ γῆ φέρει.] Adde ex multis *Long.* III. p. 311. ἀνεζήτησάν τε καὶ ἄνθη στεφανῶσαι θέλοντες τοὺς θεούς. et mox στεφανοῦντες τὰ ἀγάλματα. Mihi etiam καταφαίνετο corruptum videtur, pro quo si legamus καλὸν ἐφαίνετο, nihil erit, credo, quod quemquam moretur. In Codice scribi potuit καλεφαίνετο, posita supra καλ figura qua ον indicaretur. *L'abbreviation de la syllabe* ον, ait *Bastius* Lett. Critiq. p. 237. *qui consiste en un trait deux fois plus long qu'un accent grave, a donné lieu à beaucoup de méprises, et tres souvent cette syllabe a été tout à fait negligée.* Conf. *Valck.* ad *Eurip.* Phoen. p. 549. ut Observ. Miscell. T. IX. p. 107. Magna vero pulchritudinis commendatio, si viderent Habrocomen οὔτε ἄγαλμα καλὸν ἐφαίνετο, ne *statua quidem pulchra videbatur*, *prae illo sordebat.* Quod quale sit tum melius appareret, si praestantissima pulchrae antiquitatis monumenta contemplaremur. Huc pertinent quae scribit excellens femina *Montague* Lettr. T. III. p. 41. „*Quand je voyois autrefois Ovide comparer une belle*

belle femme à une statue, je trouvai cette comparaison tres desobligeante, [sed postquam viderat Alcinoum et Venerem Mediceam,] *je vois à present que c'etait la louange la plus fine et la plus sublime.*" Elegauter *Eurip.* Hecub. vs. 560. Μαστούς τ' ἔδειξε, στέρνα θ' ὡς ἀγάλματος—κάλλιστα. Conf. loca quae dedit *D'Orvill.* ad *Charit.* Anim. p. 12. *Olear.* ad *Philostr.* II. Vit. Soph. p. 612. Leviter tantum hanc rem attigit *Fregellius* de Stat. Illustr. Rom. pag. 123. PEERLK.

P. 2. v. 1. μηνιᾷ.] *Eustathio* si credimus ad Iliad. I. p. 71. v. 34. et Odyss. XXII. p. 787. v. 15. μηνιᾷν [pro μηνίειν, quo utitur *Noster* p. 72. v. 7.] vox est Atticorum. [recentiorum nimirum.] Legitur etiam apud *Aelian.* de N. A. lib. VI. c. 17. *Joseph.* A. J. lib. VIII. c. 4. § 3. et de B. J. lib. II. c. 5. §. 1. [*Long.* Past. lib. II. c. 19. p. 224. Secundum veriorem lectionem, et *Apollon.* Rhod. I. 247.] Hinc βαρυμηνιᾷν apud *Heliod.* lib. I. p. 28. quo potest augeri *Stephani* Thesaurus. ABRESCH. De ira deorum inprimis adhiberi solere μηνίειν, non est cur pluribus ostendam. Cum praepositione πρὸς constructi hujus verbi e *Synesio* exemplum dedit *H. Steph.* in Thes. Cum ἐπὶ habetur in *Plutarch.* Narr. amat. Vol. IX. p. 103. LOCEL.

P. 2. v. 1. φιλόνεικος.] Sic et *Charitoni* Amor vocatur lib. VI. c. 4. p. 138. et fortuna φιλόνεικος δαίμων lib. II. c. 8. p. 48. LOCEL. Iisdem locis utitur *Palairet.* addens *Themist.* Orat. XIII. p. 166. A. ταῖς νύμφαις μὲν λογιστέον—τῷ δὲ Ἔρωτι καὶ τοῦ φιλονείκου θεοῦ ἐπινοίᾳ. PEERLK.

P. 2. v. 2. ὑπερηφάνοις.] Non dubitavi quin ita reponerem cum *Hemst.* adsentiente etiam *D'Orvill.* ad Char. p. 207. In edd. legitur ὑπερήφανος, quod adeo ad Cupidinem retulerunt *Salvinius* et *Cocchius.* Huc facit quod apud *Plutarch.* in Amator. Vol. IX. p. 70. Amor dicitur βαρὺς τοῖς ἀπαυθαδιαζομένοις, et τῶν ὑπερηφάνων κολαστής. Saepius de Habrocomis ὑπερηφανίᾳ mentio recurret. Vide p. 8. v. 8. et 15. p. 30. v. 8. Istum locum, inquit *Abreschius*, et supra p. 2. v. 5. ubi voles contendere ad *Aristaenet.* lib. I. ep. 11. ὁ νεανίας ἐπὶ κάλλει μέγα φρονῶν, ὢν μέν τοι εἰς ὑπερηφανείαν, tum ad. lib. II. ep. 1. ἴσθα ὅσον Ἔρως ἀντιστρατεύειν τοῖς ὑπερηφανοῦσιν φιλεῖ, in eamdem cogitationem venias, in quam et ego incidebam, *Aristaenetum* hinc suos hortos irrigasse. Hactenus vir doctus. Mihi quidem hoc solum, quod adolescentum ὑπερηφανίαν notaverit *Aristaenetus* superioribus et aliis locis, velut lib. I. ep. 22. et 23. non satis probabilem redderet insimulationem imitationis, nisi hanc probabiliorem redderent alii loci, quorum mentio fiet in adnot. ad p. 4. v. 10. p. 6. v. 10. p. 14. v. 13. et p. 16. v. 15—16.

Manifestum autem plagium denuntiabitur ad p. 15. v. 10. LOCEL. Ὑπερήφανος et ὑπερηφανία nota vox est in hoc genere superbiae, quam attigit *Hemst.* ad *Propert.* I. El. I. ad explicandum *constantem fastum.* Conf. *Abresch.* ad Aristaen. II. Ep. I. p. 187. *Ach. Tat.* lib. V. 305. μισεῖ δὲ ὁ θεὸς τοὺς ἀλαζόνας. Neque id minus facit mater illius. vid. *Gaulm.* ad *Eustath.* de Ismen. Amor. p. 11. *Arnaldus* legebat καὶ ἀπαραίτητος, vel ἀπαραιτήτως. Sed nihil certius est emendatione Hemsterhusii. PEERLK.

P. 2. v. 2. ἐζήτει.] Ita legitur in Cod. Flor. atque sic corrigendum pro ἐξήτει in edd. jam admonuerat *Hemst.* similem *Longi* locum lib. III. c. 2. p. 71. adferens. Poterat etiam Nostri ipsius locum p. 103. v. 12. laudare. De permutatione ista literarum ζ et ξ consuli potest *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 223. LOCEL. Et sic ego dudum correxeram, nec effugerat *Arnaldum.* Nota sunt μηχανὴν et τέχνην ζητεῖν κατά τινος v. c. *Herodian.* III. p. 15. *Lucian.* Ver. Hist. II p. 478. *Ach. Tat.* II. p. 89. De permutatione ζ et ξ adde *Bast.* Lettr. Crit. pag. 195. Contra peccatum est apud *Polyaen.* Stratag. V. 15. ubi pro ἐζήτει *Casaub.* restituit ἐξήτει. In *ejusdem* Lib. VIII. pag. 810. etiam male legitur ἐζήτει pro ἐξήτει. PEERLK.

P. 2. v. 2. ἐξοπλίσας.] De armatura Cupidinis conf. si placet, *Achill. Tat.* lib. II. c. 4. p. 116. et quos ibi laudat *Boden.* LOCEL.

P. 2. v. 3. ἐρωτικῶν φαρμάκων.] Non haec proprie intelligenda sunt. Cupido armat se *omnibus venenis*, id est omnia tentat quibus juvenem ad amorem illicere aut cogere possit. Mox τέχνης μελετήματα vocat. Poëtae etiam memorant *tela* ejus *blando medicata veneno.* Proprie Claudian. IV. Consul. Hon. v. 292. vocat *reges septos venenis.* Φίλτρα quidem aut τὰ ἔρωτος θελκτήρια φάρμακα, *pocula quae vim habere credebantur amoris irritandi*, h. l. intelligi non possunt. *Palairet.* pro φαρμάκων legit φραγμάτων. An quis, inquit, φαρμάκοις περιβάλλεται, et iis bella movet? Sane pocula venefica ad vesanas mulierculas pertinent, sed non ad Deum amoris, qui, *Ovidio* teste, *habet sua castra.* — Sunt autem φράγματα armorum munimenta, quibus Deus amoris circumseptus, Abrocomam aggredi et debellare decrevit. Occurrit haec vox ap. *Themist.* Orat. I. pag. 2. A. Haec ille. PEERLK.

P. 2. v. 3. περιβαλλόμενος.] *Lucian.* Dial. Deor. XXIII. Vol. I. p. 273. de Cupidine dixit. δύναμιν ἐν μικρᾷ περιβεβλημένος. Verbi hujus in medio vim, qua denotat *circumponere*, *circumdare sibi*, *induere se*, et similia, non expressit *Cocchius.* Sed et ad ejusdem verbi activi significationem *circumdandi* sive *conciliandi*

liandi non videntur animum advertisse viri doctissimi, qui in *Longino* Sect. I. §. 3. in verbis: ταῖς ἑαυτῶν περιέβαλον εὐκλείαις τὸν αἰῶνα, lectionem esse mendosam rati, pro περιέβαλον reponi voluerant ὑπερέβαλον vel περιέβαλεν. Nihil est, opinor, immutandum. Vertere ad verbum non incommode liceret, *laudibus suis aeternitatem circumdederunt*. *Famam*, *gratiam*, *auctoritatem alicui circumdare* qui dixerint, lexica indicabunt. *Circumdare sibi milites* scripsit Tacitus Ann. Lib. XIII. c. 26. eoque loso se nostra tuetur Latina versio. LOCEL. Per incuriam edit. Loc. habet περιβαλλόμενος, quum tamen, ut ipse monet, Cod. Flor. edit. Lond. et Luc rectius habeant περιβαλόμενος. Differunt autem significando περιβαλόμενος δύναμιν et περιβεβλημένος. *Max. Tyr.* Dissert. VII. ἐν ἀρχούσῃ τῇ πόλει καὶ δύναμιν γενναίαν περιβεβλημένῃ, *quae habebat*. *Joseph.* A. J. Vol. I. p 279. μεγάλους πλούτους περιβέβληντο. Contra Hannibal apud *Lucian.* Dial. Mort. T. I. p. 282. illos maxime dignos laude esse putat, qui magnam adepti sunt gloriam, δι' ἑαυτῶν δύναμιν περιβαλόμενοι. *Artemid.* Oneirocr. I. 14. πολλὰ κτήσεται καὶ περιβαλεῖται χρήματα. *Diod. Sic.* XVIII. 50. περιβαλόμενος δὲ ταῖς ἐλπίσι τὴν τῶν ὅλων ἡγεμονίαν. *Qui spe quasi adepti jam sunt.* Similia h. l. dat. *Wyttenb.* Bibl. Critic. Vol. III. P. II. p. 16. Conf. *Schneid.* ad *Xenoph.* Hellen. VII. I. p. 40. Et sic ego *Longini* locum intellexerim. Ut etiam *Eurip.* Jon. v. 829. Τυραννίδ' αὐτῷ περιβαλεῖν ἔμελλε γῆς. Simplici verbo βάλλεσθαι pro περιβάλλεσθαι usus esse videtur *Anacr.* Od. XIV. Τί γὰρ βαλώμετ' ἔξω — Μάχης ἔσω μ' ἐχούσης; ubi frustra *Zeun.* in Animadv. ad *Anacr.* p. 29. legit βάλωμαι. Sic et ap. *Thucyd.* lib. I. θέμενοι τὰ ὅπλα explicat. Schol. ἀντὶ τοῦ, περιθέμενοι ἑαυτοῖς. PEERLK.

P. 2. v. 3. ἐστράτευεν ἐφ' Ἁβροκόμην.] Dicitur eleganter Cupido στρατεύειν in juvenes succumbere sibi nolentes. Praeiverat jam *Eurip.* Hippol. vs. 527. Ἔρως. Ἔρως, ὃς κατ' ὀμμάτων — Στάζεις πόθον, εἰσάγων γλυκεῖαν — Ψυχᾷ χάριν οὓς ἐπιστρατεύσῃ. *Eustath.* de Amor. Ismen. lib. X. p. 462. Ἔρως ἐστράτευσε καθ' ὑμῶν. *Aristaen.* lib. II. ep. I. dicit amorem ἀντιστρατεύειν τοῖς ὑπερηφανοῦσι. Conf. Bergler. ad Aristoph. Vesp. v. 11. PEERLK. Ἐφ' Ἁβροκόμην edidi pro ἐπ' Ἀβροκόμην in edd. quandoquidem nomen istud cum spiritu aspero excudendum esse decretum erat. Pari modo mutaui p. 8. v. 15. Reposui etiam p. 8. v. 15. καθ' Ἁβροκόμου. Caeterum librarium Cod. Flor. et cum eo scribam apographi Cocchiani, parum fuisse in his studiosos, testimonio sunt quae ad p. 90. v. 10. adnotavimus. LOCEL.

P. 2. v. 4. ἐπιχώριος ἑορτή.] Festi hujus diei nemo alius veterum meminit. Di-

versus enim esse videtur ab *Artemisiis*, tametsi haec nomine tantum e *Polluce* I. 1. 37. et *Athen.* lib. XXII. c. 12. p. 549. cognita sunt; ut taceam *Elaphebolia*, quae plane huc non pertinent. Neque vero huc spectare abitror τῆς Ἀρτέμιδος ἱερομηνίαν, de qua paucula protulit *Ach. Tat.* lib. VI. c. 3. p. 510. aut ludos Ἐφέσια vel Ἐφέσεια dictos, quorum, praeter *Polluc.* dicto loco et *Hesych.* in voce, meminit *Thucyd.* lib. III. c. 104. et fortasse *Sophocl.* in deperdito dramate *Alexandro.* Adde *Marm. Oxon.* p. 18. n. 7. et numum apud *Spanhem.* ad *Callim.* p. 371. Ad festa simul et ludos in honorem Dianae et Apollinis referendum est quod legitur apud *Dion. Halicarn.* A. R. lib. IV. c. 25. Ceterum locum hunc *Nostri* inde a verbis ἤγετο δὲ τῆς Ἀρτέμιδος ἐπ. ἑ. usque ad p. 4. v. 4. ἦρχε δὲ — Ἀνθία, et alium qui postea p. 6. v. 1—3. legitur a verbis ὡς ἦν usque ad ἔφηβοι καὶ παρθένοι, transtulit *Ang. Politian.* de pompis agens, in Miscellan. c. II. (p. 63. seq. in *Gruteri* Thes. Crit.) eamque translationem transcribere heic libet. De pompa *Xenophon Ephesius* in primo Ephesiacorum libro scribit ad hanc sententiam: „Agebatur autem, *inquit*, solemne iis locis Dianae festum, ab urbe ad „templum, quae sunt stadia omnino septem. Celebrare pompam virgines omnes „indigenas oportebat, splendide inprimis ornatas, praetereaque ephebos, Abrocomi aequales, qui tum annum circiter decimum septimum agebat, et cum ephebis aderat, velutique primas in ea pompa ferebat. Magna autem vis hominum „spectaculo intererat, vel popularium vel hospitum; siquidem mos habebat, uti „in ea celebritate et sponsi virginibus, et ephebis uxores invenirentur. Procedebat ergo ordinatim pompa, primo scilicet sacra, faces, canistra et suffimenta, „tum autem equi, canesque et venatoria arma, nonnullorum quoque bellica, sed „pleraque tamen pacalia. Faeminarum se quaeque veluti ad amatoris oculos composuerat, virginumque ordinem ducebat Anthia. *Sic utique Xenophon scribit*, „*non quidem Atheniensis ille*, *sed alter eo non insuavior*, *qui paulo post etiam* „*ita subdit.* Ut igitur peracta pompa venere in templum sacrificatum multitudo „omnis atque ibi ornatus pompae solutus omnis, et convenere eodem viri foeminaeque, ephebi et virgines." LOCEL. Solent alii quoque Erotici initium amoris a festo die repetere. e. c. *Heliod.* lib. IV. primum Theagenis et Charicleae congressum in sacris Apollineis fingit. Conf. *Aristaen.* I. ep. 15. et *Abresch.* in Lect. Aristaen. p. 97. *Huet.* Origin. Fab. Rom. p. 57. Idque recte faciunt Erotici, qui scirent quanta cura Graecae virgines domi servarentur, quas adeo juvenes non facile conspicere poterant. Festo etiam die elegantius sunt vestitae, venientes spectatum et ut spectentur. Et juvenes φιλοπάρθενοι — Ου τόσον ἀθανάτων ἀγέμεν σπεύ-

σπεύδουσις θυηλὰς — Ὅσσον ἀγειρομένων διὰ κάλλεα παρθενικάων, ut canit *Musaeus* de Her. et Leand. vs. 53. — Nullam autem hujus festi apud veteres extare mentionem, non miror. Contra non dubito quin *Xenophon* noster, in quo ut Erotico, ad vivum omnia non sunt resecanda, illud composuerit ad morem Atheniensium, quem docet Schol. *Theocrit.* II. 66. Memorat Theocritus virginem Anaxo κανηφοροῦσαν τῇ Ἀρτέμιδι, καὶ πομπὴν ἀγομένην τῇ θεῷ. Addit Schol. virgines, viro maturas, canistra in solemni pompa gestare, tamquam Deam ἀεὶ παρθένον deprecaturas, ne id succenseret, quod virginitatem essent amissurae. Conf. *Spanhem.* ad *Callim.* H. Dian. p. 127. — Sic etiam Plateënses, antequam nuptias celebrarent, Dianam cognomine Eucliam, sacrificiis placabant, quod, quum esset virgo, odisse videretur matrimonia. Hoc ex *Plutarch.* in Aristid. observat *Natal. Comes* III. Mythol. c. 18. — Quo magis festum ab Ephesio fictum credam, facit et illud, quod soluto pompae ordine, feminas quoque in templum immisit, quibus intrare vetitum erat. *Ach. Tat.* lib. VII. pag. 451. τὸ δὲ παλαιὸν ἄβατος ἦν γυναιξὶν ἐλευθέραις ὄντος ὁ νεώς. ἀνδράσι δὲ ἐπετέτραπτο καὶ παρθένοις. εἰ δέ τις εἴσω παρῆλθεν γυνὴ, θάνατος ἦν ἡ δίκη. Confer. *Reiffius* ad *Artemid.* Oneir. IV. 4. PEERLK.

P. 2. v. 4. ἐπὶ τὸ ἱερὸν.] Deleri colon post ἑορτὴ, et post ἱερὸν poni volebat *Hemst.* addens pravam distinctionem fraudi fuisse *Politiano*, (vide adn. praeced.) vel potius *Cocchio.* At vero ista distinctio hoc habet incommodi, quod, si eam admittas, ἤγετο ἑορτὴ, festus dies agebatur, inusitato more jungendum est cum ἐπὶ τὸ ἱερὸν, atque adeo interpretandum: *pompa ducebatur ad templum*, vocabulo ἑορτὴ, pro festiva pompa accepto. Reposuimus igitur comma post ἑορτὴ, et verba ἀπὸ τῆς πόλ. — ἑπτὰ, quae *Xenophon* narrationi suae interjecisse videtur, notis παρενθέσεως seclusimus. Etiam *Herod.* lib. I. c. 26. p. 12. ait, inter veterem urbem Ephesum et Dianae templum septem stadiorum intervallum fuisse. De antiquo quidem fano haec dicta sunt, nam *Herodotus* ante ejus incendium scripsit; attamen novum fanum eodem loco, inter portum scilicet et urbem, restitutum fuisse valde verisimile fit cum ex hoc *Nostri* loco, tum e *Strab.* lib. XIV. p. 949. B. qui post Herostrati incendium templum tecto fuisse destitutum tradit, quare parietes saltem fuisse servatos inde licet colligere. Ab urbe fuisse satis remotum universim perspicue intelligitur etiam ex eo quod *Strabo* pag. 50. A. de templi asylo adfert. Adde *Sponii* Itiner. Vol. I. p. 332. Sed et propius situm ejus ipse *Strabo* p. 947. C. indicat ad portum Panormum: quocum optime congruit, quod *Noster* narrat. p. 118. Habrocomen videlicet cum Anthia, statim

ut

ut Ephesum adpulsi e navi egressi sunt, templum Dianae intrasse, indeque, postquam sacrificassent, in urbem adscendisse. Alia de Dianae Ephesiae fano, si quis requirat, consulat auctores a *Fabricio* laudatos in Bibliogr. Antiq. p. 409—410. et Com. *Caylus* in Mémoir. de l'Academ. d. Inscr. Vol. XXX. p. 428—441. LOCEL. Pravam interpunctionem, qua h. l. edit. Lond. laborat, *Mitscherl.* secutus est. Verba στάδιοι δὲ εἰσιν ἑπτὰ, etiam parenthesi incluserat *Tresling.* Adv. Crit. p. 35. Ego *Locellam* sequor, quamquam magis mihi talis verborum ordo arridet. — ἑορτή. ἀπὸ τῆς πόλεως ἐπὶ τὸ ἱερὸν (στάδιοι δὲ εἰσιν ἑπτὰ) ἔδει δὲ πομπεύειν κ. λ. Si cui posterius illud δὲ displiceat, et aut ejiciendum, aut legendum censeat post ἀπὸ — [ἀπὸ δὲ τῆς πόλεως] illum moneo δὲ saepe pluribus vocibus postponi, cujus rei h. l. tamquam insigne exemplum laudavit *Bast.* Lettr. Crit. p. 127. Conjecturam, qua olim in Spec Observ. p. 26. numerum ἑπτὰ una litera fuisse indicatum suspicabar, quae scribendi ratio certe multos errores peperit, et ex ἑπτὰ, ἐνθὰ feci, nunc non magni facio. PEERLK.

P. 2. v. 7. προσήπτετο.] Solebant scilicet numerari inter ephebos quartum decimum annum agentes. Quare Habrocomes, Graeco more, dici poterat ἐπὶ διετες ἡβᾶν. Tamen diversam sententiam de anno aetatis, quo ephebis adnumerabantur Graeci adolescentes, eodem videbis loco *Harpocr.* et *Suidae* in Ἐπιδίετες, quo se nostra tuetur opinio. Adde *Petit.* de Legg. Att. p. 152. *Censorin.* de D. N. c. XIV. et Comment. ad *Polluc.* I. 57. VIII. 105. *Harpocrat.* et Suid. in Περίπολος et ἡβήσαντες. Coacervavit ad h. l. similes loquendi modos *Abresch.*, qui neque ad epheborum aetatem, neque ad verbum προσάπτομαι pertinent, quos adeo non putabam esse indicandos, praeter unicum e *Luciani* Charid. Vol. III p. 627. de Helena, quam Theseus ab ejus patre se impetraturum non sperabat, μήπω ἡλικίας ἡμμένην. Profuisset certe locus ille *Salvinio*, qui, *Nostri* φράσιν non intelligens, vertit *andavi co' pupilli.* LOCEL.

P. 2. v. 8. πολὺ δὲ πλῆθος ἐπὶ τὴν θέαν.] Observa concisum dicendi genus, quod amat *Noster.* Intellige συνῆλθε. *Charit.* lib. IV. pag. 64. Συνῆλθε δὲ εἰς ἐκεῖνον οὐ μόνον τὸ Μιλησίων πλῆθος, ἀλλὰ καὶ τῆς Ἰωνίας σχεδὸν ὅλης. PEERLK.

P. 2. v. 8. ἐν ἐκείνῃ.] Addidi praepositionem ἐν, quae facile potuit excidisse, quamque ap. *Nostrum* alibi etiam omissam fuisse credibile est. Vid. *Indic.* Moris quem hic tangit *Xenoph* meminerunt *Alex. ab Alexandro* Gen. Dier. lib. VI. c. 2. Vol. II p 423. et *L. Girald.* Hist. Deor. Synt. XII. p. 369. uterque, procul dubio, e *Politiani* loco p. praec. laudato, tacito tamen ejus nomine. LOCEL. Ex eodem fonte sua hausit *Gulielmus du Choul* in Relig. Vet. Roman. pag. 70.

„Festo

„ Festo die Dianae juvenes omnes prima florente juventa ac tenerae virgines et do-„ micellae regionis, nobiliter vestitae, templum illud cum pompa visitabant, ut „ magna solemnitate Deae festum celebrarent. Et frequenter hi juvenes et juven-„ culae inter se matrimonia inibant." Hinc colligi potest quanta fides tali antiquitatis enarratori habenda sit. Praepositionem ἐν cum *Locella* non inserui, quia credo *Xenophontem* eam omisisse. Atticam quidem non appellavero hanc ellipsin [ut fecit *Kuhn.* ad Aelian. V. H. III. c. 12. et ad *Polluc.* Onom. VIII. 107. 94.] tamen multa quae in Graecis scriptoribus invenio exempla, me dubitare non sinunt, quin praepositionem istam saepe omiserint, prudentes an imprudentes, non refert. Possis illud tribuere librariorum negligentiae uno et altero loco, non in omnibus. Itaque saepe non recte faciunt viri docti, qui hanc praepositionem ubique intrudunt. In *Nostro* quidem plerumque ἐν ante ea substantiva omissum est, ubi alii addere solent. Lib. I. c. 13. τῇ νηΐ. lib. III. c. 6. τῇ ἀγωνίᾳ. lib. IV. c. 6. τῇ τάφρῳ. Ut et h. l. ἐκείνῃ τῇ πανηγύρει. Nonne igitur mirum esset descriptorem ex negligentia semper ipsam praepositionem ἐν omisisse? Adde *Xenoph.* De Mag. Eq Offic. c. VIII. §. 9. πορευομένων ἀταξίᾳ. De Rep. Athen. c. 8. §. 5. πάσῃ γῇ. Conf. *Zeun. Joseph.* A. J. IV. 8. §. 21. τοὺς ὁδῷ βαδίζοντας. X. I. p. 513. ἀνῃρέθη τῷ ἰδίῳ ναῷ. *Ach. Tat.* lib. V. p. 311. διατρίψαντα τῇ πόλει. Ubi tamen *Abresch.* in Observ. Miscell. Nov. T. VI. p. 506. legit ἐνδιατρίψαντα, aut διατρ. ἐν τῇ πόλει. Sed et *Zosim.* V. p. 307. τοῖς περὶ τὸν Ἑλλήσποντον διέτριβε τόποις. *Sylburg.* vult ἐνδιέτριβε. Ut in omnibus fere quos adhuc laudavi locis non deëst praepositionis vindex. Idem *Zosim.* V. pag. 307. Alia vide ad I. XIII. PEERLK.

P. 2. v. 13. κατὰ στίχον.] *Hesychius* κατὰ στίχους exponit κατὰ τάξεις, sed *Albertius* non sine caussa mavult ibi legi κατὰ στίχας. Ordinem in choris vocari στίχον tradit *Pollux* IV. 108. (nam sic esse legendum pro στοῖχον docet *Spanhem.* ad Julian. Caes. p. 384.) praeterea etiam de arborum plantarumve ordinibus, sive versibus, dici novimus: idcirco scribi a *Nostro* potuisse κατὰ στίχον pro recta serie secundum ordinem, negare quidem non ausim, atque adeo vulgatam lectionem in textu reliqui; at veriorem tamen esse puto κατὰ στοῖχον, utpote magis hoc sensu usitatam. Vide e. c. *Thucyd.* lib. II. c. 102. ab *H. Steph.* in Thes. laudatum, et adde *Arrian.* de Exped. Alex. lib. V. c. 7. §. 3. Sic quoque milites dicuntur κατὰ στοῖχον τεταγμένοι. Recentioris pronuntiationis perniciosissima confusione in libris Graecis permutari inter se στίχον et στοῖχον satis constat. Sic e. c. apud *Xenoph.* Cyrop. lib. VIII. c. 3. s. 9. in quibusdam Cod. στίχοι perpe-

M ram

ram scriptum est pro στεῖχοι, et in *Aristoph.* Conc. ad meliorum Codd. fidem ἐπὶ στοίχου pro ἐπὶ στίχου v. 356. restituit *Brunck.* Relinquendum vero erat in *Ach. Tat.* lib. I. c. I. p. 10. στοιχηδὸν, quod praeter *Hesych.* in voce legitur ap. *Dion. Halic.* A. R. lib. II. c. 71. p. 388. *Dion. Cass.* lib. LX. c. 2. pag. 227. et *Apollon. Rhod.* I. 1004. Temere videlicet *Boden.* substituerat στιχηδὸν, propterea, ut ait, quod Salmasianum vocabulum sit στοιχηδὸν, nusquam locorum reperiundum. LOCEL. Multa de voce στίχος collegit *Suicer. Thes.* Eccles. Tom. II. in v. *Phile* de anseribus v. 16. κατὰ στίχους ἰέναι. q. l. dedit. *Palair.* In *Aristaen.* I. ep. 9. bene restituit *Abresch.* περιεστοιχίζετο pro περιεστιχίζετο. PEERLK.

P. 2. v. 10. τὰ ἱερὰ.] Malui vertere ut feci, *Salvinium* fere sequutus, qui reddidit *i sacri arredi*, quam aut *sacra* cum *Politiano* et *Cocchio*, aut *victimas*, quas in hac pompa non fuisse deductas ex ejus descriptione colligere licet. LOCEL. Vertit scilicet Locella. *quae ad sacra pertinebant.* Ego aut legere malim ἱερεῖα, aut ἱερὰ reddere per *victimas*, ut ista vox saepe est intelligenda, v. c. *Xenoph.* Cyrop. VIII. III. §. 34. Conf. *Salmas.* ad *Ach. Tat.* p. 712. *Xenophontem* meminisse sacrificii seu mactatarum victimarum non opus erat. Occurrunt enim in hujusmodi fabulis plurima quae quasi facta consideranda sunt. Quamquam mox cap. III. dicat. ἦλθον ἐς τὸ ἱερὸν θύσοντες. In qua θυσίᾳ victimae esse possunt quas certi homines immolaverint. Solebant victimae ordinem pompae sollemnis ducere. Sic ap. *Heliod.* lib. III. c. I. et II. et *Xenoph.* Cyrop. VIII. III. §. 11. πρῶτον μὲν ἤγοντο τῷ Διὶ ταῦροι. PEERLK.

P. 2. v. 10—11. δᾷδες — κανᾶ — καὶ θυμιάματα.] Retinui hanc scripturam [κανᾶ] edit. Londin. nam in Luc. et Vind. atque etiam in Cod. Flor. est κανὰ, tamquam a recto κανόν. Habet quidem hunc *Hesych.* Sed lectio est suspecta. Quare κανᾶ praetuli de recto κάνεον sive κανοῦν, cum ipsius *Hesychii* et *Pollucis* auctoritate, tum aliorum scriptorum; legitur enim, praeter scriptores ab *H. Steph.* in Thes. laudatos, apud *Eurip. Aristoph. Aeschin. Demosth.* et saepe apud *Alexandrinos Interpretes.* Quod si nihilo secius scripturam Cod. Flor. sequi me debuisse opinetur lector, ultro ei indicabo κανὰ bis legi in *Josepho* A. J. lib. II. c. 5. s. 3. LOCEL. Κανᾶ etiam legitur in *Aelian.* V. H. XI. V. atque alibi. Quomodo *Xenophon* scripserit est incertum, scribere certe debuit κανᾶ ut edidit Locella. Est autem κανοῦν proprie forma adjectiva ab inusitato κανεὸς, quod a κάνα seu κάννα Lat. *canna*, et significat *calatus vimine contextus.* In eo reponebantur *thus*, *liba*, *culter*, quo victimae mactarentur, et similia quae ad rem sacram pertine-

tinerent, quae *sacra* vocat Ovid. II. Met. 717. *Pura coronatis portabant sacra canistris.* Vide *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. XI. 8. et *Olear.* ad *Philostr.* V. Apol Tyan. I. 1. qui duplici ratione corrigendus est. Primum, quod κανὸν et κανοῦν idem esse cogitat, deinde quod ineptam Scholiastae ad *Eurip.* Orest. v. 195. admittit derivationem vocis ab ἔκανεν, quod est ἐφόνευσε, κανοῦν εἰς ὃ φέρεται ἱερουργικὴ μάχαιρα. Veram originem supra dedimus. Conf. *Coraës* ad *Heliod.* T. II. p. 114. et *Vossii* Etymol. in voce *canistra.* — Faces autem ferebantur a virginibus in honorem Dianae, quum Dea ipsa esset φωσφόρος seu φωσφόρος, *Lucifera.* Et multis in numis cernitur armata una aut duabus facibus. Conf. *Spanh.* ad *Callim.* H. Dian. vs. 11. — Θυμιάματα etiam memorat *Noster*, quae in templo in ara adolerent quorumque odore in pompa etiam aërem implerent. Sic et ap. *Heliod.* lib. III. c. 1. αἱ δὲ, κανᾶ πεμμάτων τε καὶ θυμιαμάτων κανηφοροῦσαι, τὸν τόπον εὐωδίᾳ κατέπνεον. PEERLK.

P. 2. v. 11. ἐπὶ τούτοις ἵπποι.] *Palairet.* inseri vult δὲ. Quod etiam laudat vir doctus in *Annal.* l. l. — Equos et canes addidit pompae, quia in venando his animalibus utebantur, ut etiam reliqua instrumenta venatoria, partim πολεμικὰ, *venabula*, *hastas* et simil. quibus occidebatur omne ferarum genus, *quod non terga fugae, sed pugnae pectora praebet*, ut ait *Ovidius*, plurima vero εἰρηνικά. Conjunxit *Virg.* IV. Aen. v. 181. *Retia rara, plagae, lato venabula ferro.* In quo versu eadem est ellipsis, quae h. l. sc. *portantur*, ut notat *Serv.* PEERLK.

P. 2. v. 12. ἑκάστη οὕτως ὡς πρὸς ἐραστὴν ἐκεκόσμητο.] Haec si loco sint suo posita deficere necesse est descriptionem chori virginei; non enim habent ἑκάστη δὲ αὐτῶν quo referantur. At si transtuleris post ἐγχωρίων, constabit aliquo modo structurae nexus: αὐτῶν sc. τῶν παρθένων. Πρὸς ἐραστὴν ἐκεκόσμητο dixit ut p. 14. v. 7. Mars πρὸς ἐρωμένην τὴν Ἀφροδίτην κεκοσμημένος. HEMSTERH. Ego quoque, nexum hujus loci non intelligens, in specim Observ. pag. 29. ante ἑκάστη excidisse suspicabar εἶτα πάρθενοι, aut simile quid. Sed difficultatem bene expediit vir doctus in *Annal.* l. l. Scilicet non satis adtendimus ad praecedentia ἔδει πομπεύειν τὰς ἐπιχωρίους παρθένους, nec ad παρῄεσαν δὲ κατὰ στίχον οἱ πομπεύοντες — vel verba πομπεύειν et πομπεύοντες sensu nimis arcto accepimus. *Faces*, *canistra* et caet. ab hominibus portata fuerint necesse est. Hi erant οἱ πομπεύοντες, et eaedem quae ἐπιχώριοι πάρθενοι. Anthia ipsa ferebat arcum, pharetram et sq. Erat ipsa in posteriore virginum ordine, quem sequebantur juvenes. Ordinem ducebant illae quae ferebant faces, canistra, et suffimenta. Harum se quaeque

 ita

ita exornaverat ἑκάστη δὲ κ. λ. Haec fere ille. In eo tamen dissentire mihi liceat, quod Anthiam non in extremo agmine fuisse credam, nam hoc non concedunt illa. ἦρχε δὲ τῆς τῶν παρθένων τάξεως Ἀνθία. Loci tamen explicatio manet eadem. Dixit ergo *Xenophon* generaliter οἱ πομπεύοντες, quo virgines etiam, et primo hic quidem loco, continentur. Faciunt hoc saepe optimi scriptores, quum non ad *sexum* sed ad πρόσωπον ἀποτείνεται ὁ λόγος. Confer. *Clark.* ad Il. V. 778. *Abresch.* Lect. Aristaen. pag. 50. et *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 153. — Particulam οὕτως quae deëst in supp. edit. ad fidem Cod. Flor. inseruit *Locella.* Et quamquam abesse poterat, multi tamen perspicuitatis caussa adjungunt. Conf. *Joseph.* A. J. VII. II. p. 363. X. VII. p. 524. et alibi non semel. Denique ὡς πρὸς ἐραστὴν ἐκεκόσμητο non bene vertunt *Politianus*, et ex eo *Cocchius* — *velut ad amatoris oculos composuerat. Locel. exornaverat.* Quum tamen Graeca haec significent. *Virginum se quaeque ita exornaverat, ut quae in conspectum amatoris esset proditura.* Et sic accepit *Hemst.* laudans similem *Nostri* locum ex lib. I. c. IX. ubi Mars dicitur ὡς πρὸς ἐρωμένην τὴν Ἀφροδίτην κεκοσμημένος. Nota est ellipsis qua ἥκειν, ἰέναι et similia omittuntur. Confer. *D'Orvill.* ad *Charit.* pag. 706 et *Oudend.* ad *Appul.* Metam. lib. VII. p. 447. Huc etiam refero *Ach. Tat.* lib. IV. p. 245. ἐκέλευσε γὰρ εὐθὺς πάντας ἐν τοῖς ὅπλοις γενέσθαι ὡς ἐπὶ τοὺς βουκόλους. Sensum loci Xenoph. expressum vides in his *Charit.* II p. 29. οὐκ ἀμελῶς σχηματίσας ἑαυτὸν, ἀλλὰ κοσμήσας ἠρέμα, ὡς ἂν ἐρωμένῃ μέλλων ὁμιλεῖν. et *Propert.* I. XV. v. 7. *Nec minus Eois pectus radiare lapillis — Quam formosa novo quae parat ire viro.* — Et ut eleganter apud Latinos poëtas puellae *se ornare, comere,* dicuntur *amanti,* sic et Graecos loqui reperio. v. c. *Plutarch.* de Fort. Rom. p 6. Ἀφροδίτην — δόρυ καὶ ἀσπίδα λαβεῖν, κοσμουμένην τῷ Λυκούργῳ. et auctor Apocal. XXI. v. 2. videbat urbem ἡτοιμασμένην ὡς νύμφην κεκοσμημένην τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς. Paulo aliter *Palairetus.* „ Κοσμεῖσθαι πρὸς τινὰ, inquit, tali modo ornari significat ut quis „ alicui placeat, ut alicujus animum pelliceat. Sic *Aeschin.* Socrat. Dial. III. v. „ 51. p. 150. ἐκεῖθεν γὰρ ἐστιν ἤδη ἡ φλυαρολογία πρὸς τὰ μειράκια διακεκοσμημένη." Cujus tamen loci alia mihi ratio videtur. PEERLK.

P. 2. v. 13. ἐγχωρίων.] Pertinet ad laudem et honestatem generis, quo orta erat Anthia. Sic supra narrat Habrocomen patri suo natum ἐκ γυναικὸς ἐπιχωρίας. Erat itaque ille γνήσιος ut olim appellabatur ap. Athenienses, qui utrumque parentem habebat Atheniensem, non νόθος, qui patrem aut matrem peregrinam. Themistocles v. c. erat νόθος πρὸς μητρὸς. *Plutarch.* in vita c. 1. Ex hoc more cum admiratione Ion *Eurip.* v. 293. rogat Creusam. Καὶ πῶς ξένος σ' ὢν ἔσχεν οὖσαν ἐγγενῆ. PEERLK.

P. 2.

P. 2. v. 14. ὑπερεβάλλετο.] Sic ed. Londin. *Locella*, nescio unde, dedit ὑπερεβάλλετο, vitiosius *Mitsch.* ὑπερβάλλετο. Pariter autem *Ovid.* II. Met. v. 726. de Herse. — *Virginibus praestantior omnibus Herse — Ibat, eratque decus pompae comitumque suarum.* Hoc est quod supra de Habrocome dixit ἐν τῇ πομπῇ τὰ πρῶτα ἐφέρετο. PEERLK.

P. 2. v. 14. ἔτη.] Sic recte in Cod. Flor. Mendose in ed. Lond. ἔτι. Maximam, hercle, partem turpissimorum mendorum, quibus corrupti sunt Graeci scriptores, praesertim in libris manu exaratis, Iotacismi barbariei deberi, fateri coguntur ii ipsi qui vitiosissimae huic pronuntiationi adsueverunt. Sunt tamen, fuerunt, semperque futuri sunt, qui, adsuetudinis suae magis, quam veritatis amore, inanibus ac frivolis argutiolis pro ista a recentioribus Graecis inducta depravatione pugnent. Habeo equidem quae his opponam, non pauca, victricia, ut spero, argumenta, praeter ea quae prolata fuere adhuc a viris doctis, qui justissimam hanc causam defenderunt; sed num aliquando ea sim publici juris facturus, θεῶν ἐν γούνασι κεῖται. Juvat hac oblata occasione insignem maculam in *Sophocl. Philoct.* v. 336. abstergere. ubi pro εἰ τέθνηχ' ὁ Πηλέως γόνος, legendum, ni fallor, est ἦ τέθνηχ' ὁ Πηλ. γόνος, id est, *quonam modo.* Nam cur denuo quaereret Philoctetes, an mortuus sit Achilles, quem modo mortuum esse audierat? Imo vero manifestum est, eum hoc nuntio ita percelli, ut Neoptolemum narrationem suam non sinat ulterius prosequi, donec prius ab eo edoceatur, quo mortis genere Pelei filius occubuerit. Itaque etiam Neoptolemi responsum ad interrogationem *quomodo* satisfacit Philoctetae. Similiter in *Sophocl.* Electr. 68. Clytemnestra mortuum esse audiens Orestem, quaerit statim e Paedagogo quonam modo perierit. Omnes quotquot mihi cogniti sunt interpretes nihil ad illum in Philoct. locum admonuisse valde miror, ne *Brunckium* quidem Codd. MS. instructum, et sagaci praeditum ingenio. LOCEL. Ἔτη quoque emendarat *Hemst.* Mox *Locel.* dedit. τεσσαρεσκαίδεκα ex Cod. Florent. quum in Edit. legatur τέσσαρα καὶ δέκα. Quod et satis usurpatum. v. c. *Lucian.* Philops. T. III. p. 566. ἦν μὲν ἐγὼ μειράκιον ἔτι, ἀμφὶ τὰ τέτταρα καὶ δέκα ἔτη σχεδὸν. PEERLK.

P. 2. v. 15. ἤνθει ἐπ' εὐμορφίᾳ.] Abresch. comparat *Heliod.* lib. I. pag. 4. et *Aristaen.* I. 18. LOCEL. *Palairetus* „crediderim, ait, librarium verbum „ἤνθει sua praepositione privasse, quam transposuit ante εὐμορφίᾳ, et legendum „ἐπήνθει δὲ αὐτῆς τὸ σῶμα εὐμορφίᾳ. Sic ap. Lucian. T. II. p. 466. ὁ δὲ πᾶσιν „ἐπανθεῖ τούτοις." Ego nil mutem. PEERLK.

P. 2. v. 16. πολύς.] An πολὺ? et *vestimentorum ornatus multum ad formam*

 con-

conferebat. [Sic in *Act. Apost.* XVIII. 27. συνεβάλετο πολύ. Conjecturae huic versionem meam aptavi.] In iis quae sequuntur, ordinem orationis immutandum arbitror: κόμη ξανθὴ, ἡ πολλὴ καθειμένη, πρὸς τὴν τῶν ἀνέμων ῥοπὴν κινουμένη, ὀλίγη πεπλεγμένη. HEMSTERH. Verum trajectiones verborum in *Nostro* non esse insolitas docebit index. Similiter fere Charicleae comam fuisse dispositam narrat *Heliod.* lib. III. c. 4. p. 182. LOCEL. Equidem πολὺ in textum recipere non dubitavi. Notum est quantum elegans ornatus pulchritudinem adjuvet. *Long.* IV. Past. p. 486. ἦν ἰδὼν μαθεῖν οἷόν ἐστι τὸ κάλλος, ὅταν κόσμον προσλάβηται. Contra de virgine *Terent.* Phorm. I. II. 54. *virgo pulchra: et, quo magis diceres — Nihil aderat adjumenti ad pulchritudinem.* Neque Anthiae κόσμος, quem similem fere finxit ei quo Diana saepe in numis conspicitur, erat πολὺς aut πολυτελής. *Palaireto* quoque nihil certius videtur emendatione *Hemsterh.* Addit *Nostri* paullo ante dictum πολὺ τὰς ἄλλας ὑπερεβάλλετο, et Act. XVIII. 27. συνεβάλετο πολὺ τοῖς πεπιστευκόσι. PEERLC.

P. 2. v. 16. συνεβάλετο.] Pronum est substituere συνεβάλλετο, quod fecit Lucens. editor, et qui totus ab eo pendet, Vindobonensis; verum tamen et aoristus, quem exhibet Cod. MS. Flor. bene stare potest. LOCEL.

P. 2. v. 16. κόμη ξανθὴ.] Flava coma in pretio erat, etiam rutila sive fulva, quam adeo a poëtis inprimis χρυσῆν vocatam legimus. Docuit *Plutarch.* Amat. Vol. IX. pag. 88. mulieres sibi medicamine quodam tingere comam consuevisse ut auri in morem fulvam redderent. Exempla flavae comae in feminis atque ac maribus laudatae videsis apud *Fr. Jun.* de Pict. Vet. lib. III. c. 9. p. 231. quibus alia non pauca addere possis, e. c. de Helena et Iphigenia ex *Euripide.* — — — Sed et χρυσῆν Ἀφροδίτην apud *Homerum*, inter alias hujus denominationis caussas, etiam ob flavam comam sic fuisse dictam, mihi non est dubium. Inter eroticos scriptores, Leucippae suae flavam comam tribuit *Achill. Tat.* lib. I. c. 4. p. 28. et *Eumathius*, sive *Eustathius* de Amor. Hysmen. lib. I. p. 38. Prudentiae, in ejus imagines descriptione: quo in loco nota verbum ὑποχρυσίζω, quod deëst lexicis, quemadmodum alia multa, quibus hicce eroticorum qui supersunt verbosissimus juxta atque insuavissimus est usus. Chaereae ξανθὸν ἴουλον tribuit *Heliod.* lib. VII. c. 10. p. 368. LOCEL. Adde *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. IX. 9. et *Broekh.* ad *Tibull.* I. v. 8. Ridiculi causa *Juvenal.* Sat. V. 118. — *flavi dignus ferro Meleagri — Fumat aper.* Alludens ad Homericum illud ξανθὸς Μενέλαος. Neque hoc semel facit *Juvenalis*, quod interpretes non semper perspexerunt. Flavum colorem capillorum majores nostri inprimis amabant, adeo etiam ut na-

naturam arte cogerent, et comam sapone inficerent. Vid. *Burm.* ad *Propert.* II. 14. v. 25. Cujus moris etiam nunc in aliquot Frisiae locis et alibi supersunt vestigia. PEERLK.

P. 2. v. 16. *ἡ πολλὴ καθειμένη— — κινουμένη.*] De Chariclea similiter *Heliod.* lib. III. c. 4. p. 182. Ante *ὀλίγη* suspicabar olim excidisse articulum: nunc diu postea video idem sensisse *Treslingium* Adv. Crit. p. 36. LOCEL. Ego contra non desidero articulum. Ante *πολλὴ* abesse nequit. Πολλὴ est *multa*, *ἡ πολλὴ plurima*, ut notum. Si quid esset mutandum legerem *ἧς πολλὴ καθειμένη.* Sic *Maxim. Tyr.* Dissert. IV. *πολλὴ μὲν τῆς ὁδοῦ τραχεῖα, ὀλίγη δὲ εὐπετής.* *Xenoph.* Cyrop. VI. II. §. 26. *πολλὴ γάρ ἐστι τῆς ὁδοῦ ἄοινος.* *Magna pars viae.* Et cum articulo ap. Thucyd. VI. 105. *ἡ πολλὴ τῆς γῆς.* *Plurima pars terrae.* Confer *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 135. — Cum verbis *πρὸς τὴν τῶν ἀνέμων φορὰν κινουμένη* *Pelairet.* comparat haec *Charit.* III. p. 47. *πρὸς τὰς τῶν κυμάτων φορὰς εἰκῆ φερόμενος.* Adde *Lucian.* Imag. T. III. p. 281. *ὡς συνεστάλται μὲν, ὅσα χρὴ, διηνεμῶσθαι, δὲ τὰ πολλά.* *Κόμας ἠνεμωμένας* appellavit *Mich. Psellus* de Op. Daem. ubi notat quaedam Gaulmin. p. 135. — Caeterum libens ego amplecterer transpositionem *Hemsterh.* nisi verum esset quod observat *Locella*, frequentes scilicet in Nostro esse verborum trajectiones. De qua re ex aliis etiam scriptoribus monuerunt *Abresch.* in Lect. Aristaen. p. 41. et *Jens.* Lect. Lucian. p. 319. Ex hac ratione explicandus est locus *Callistrati*, non intellectus *Oleario.* Scribit ille *Stat.* VIII. p. 899. [in Oper. *Philostr.* ed. *Olear.*] *Δαιδάλου μὲν ἐξῆν ἰδεῖν, τοῦ περὶ Κρήτην, πιστεύειν θαύματα, κινούμενα μηχαναῖς τὰ ποιήματα.* Vertit. *Daedali quidem Cretensis videre erat, quae fidem fere superarent, machinis quibusdam mobilia opera.* Sed talia opera non fecit Daedalus. Credebat vulgus eum facere *ἀγάλματα δι' ἑαυτῶν πορευόμενα*, quia scilicet faciebat ea *διαβεβηκότα*, alii *συμβεβηκότα*, *junctis pedibus.* Conf. *Palaeph.* Incred. p. 45. et *Kuster.* ad *Suid.* in *Δαιδάλου ποιήματα.* Enimvero locus sic legendus ac distinguendus est. *Δαιδάλου μὲν ἐξῆν ἰδεῖν τοῦ περὶ τὴν Κρήτην, καὶ πιστεύειν θαύματα κινούμενα μηχαναῖς, τὰ ποιήματα.* *Spectare quoque licebat Daedali Cretensis opera, eaque crederes esse imagines machinis motas.* Sunt enim *θαύματα simulacra lignea*, *quae nervis vel fidiculis praestigiatores movebant et quasi animabant.* Vocem eximie illustravit *Rhunken.* ad *Timae.* in voc. et paucis attigit *Fischer.* in Indice *Theophr.* Char. Eth. in voc. PEERLK.

P. 2. v. 18. *ὀφθαλμοὶ — σώφρονες.*] Proxima sunt haec *Aristaeneti* lib. I. ep. 10. p. 42. *ὀφθαλμοὶ φαιδροὶ μὲν ὡς καλοί, φοβεροὶ δὲ ὡς σώφρονες.* *Xenophontis*

locus

locus paene persuadet refingendum esse ὡς καλοῦ et σώφρονος; nihil tamen in *Aristaeneto* temere mutavero. HEMSTERH. Emendationem istam, ab aliis quoque probatam, in suam *Aristaeneti* editionem recepit *Abreschius* p. 22. eamdemque etiam in Cod. Bibl. Caes. Vind. Nro. CCCX. a secunda manu superscriptam legi, admonnit me Cl. *J. Fr. Bast.* Simile quid habet *Heliod.* lib. II. c. 35. p. 166. et lib. VII. c. 10 p. 368. Ὄμμα γοργὸν ἐν ἡδονῇ. quaesito acumine dixit *Ach. Tat.* lib. I. c. 4. p. 28. Quanto elegantius in *Anacr.* XXIX. 12. Μέλαν ὄμμα γοργὸν ἔστω — Κεκερασμένον γαλήνῃ? Conf. *Fr. Jun.* de Pict. Vet. lib. III. c. 9. p. 243. LOCEL. Locum *Anacreontis*, ut non semel alias facit, ante oculos habuit *Eustath.* de Hysm. lib. III. pag. 69. ὄμμα μέλαν γοργὸν καὶ μάλα φαιδρόν. Conf. *Bourdel.* ad Heliod. p. 59. *Oculos cum venustate terribiles* vocavit *Ammian. Marcellin.* lib. XV. p. 53. *Stat.* Silv. II. VII. — *blandique severo — igne oculi.* *Anacreon* autem sic oculos Bathylli voluit pingi, ἵνα τὶς τὸ μὲν φοβῆται — τὸδ' ἀπ' ἐλπίδος κρεμᾶται. Et sic oculi erant Anthiae φαιδροὶ ὡς κόρης qui ad amorem illicerent, φοβεροὶ ὡς σώφρονος, quos audax etiam juvenis vereretur. Eadem fere de Atalanta *Aelian.* V. H. XIII. 1. δύο δὲ εἶχεν ἐκπληκτικὰ, κάλλος ἀμαχὸν, καὶ σὺν τούτῳ καὶ φοβεῖν ἐδύνατο. Ne quis ergo putet ὀφθαλμοὺς φοβεροὺς potius convenire militi. Caeterum etiam ap. *Eurip.* Phoen. v. 149. Parthenopaeus dicitur ὄμμασι γοργός. Ubi dat nonnulla *Valcken.* PEERLK.

P. 2. v. 18. ἐσθὴς — καθειμένος.] Male in edd. sic distinguitur, ἐσθὴς χιτὼν ἁλουργὴς, εἰς γονὺ μέχρι βραχιόνων καθειμένος, quod adeo fraudi fuit interpretationibus *Salvinii* et *Cocchii.* Meliorem distinctionem et interpretationem suggessit *Hemst.* qui etiam admonuit videndum esse *Callim.* H. in Dian. v. 11. ibique *Spanh* et *Achill. Tat.* lib. VIII. p. 511. Confer praeterea, si placet, *Chariton* lib. VI. c. 4. p. 138. *Long.* Past. lib. I. c. 2. p. 24. et *Eustath.* de Hysm. lib. I. pag. 16. LOCEL. Nempe in nummis Diana conspicitur ζωστὸς εἰς γόνυ, et brachiis fere nudis. Qua re etiam puellae quaerebant decorem. Conf. *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 361. ubi nec hujus loci Xenophontis obliviscitur. PEERLK.

P. 2. v. 9. τόξα, ὅπλα, ἄκοντες φερόμενοι.] Non bene Interpretes, *arma et hastilia ferebat.* Ego de conjectura mea locum sic edere ausus fui. ὅπλα, γωρυτὸς ἀνημμένος, τόξα, ἄκοντες κ. λ. *Arma illius erant pharetra suspensa, arcus, tela.* Sic paullo ante primum occurrit ἐσθὴς, sequitur quaenam essent vestes. Eadem fere constructionis ratio in his *Ovid.* III. Met. 52. — *Tegimen, direpta leoni — Pellis erat, telum, splendenti lancea ferro.* Elegans dicendi brevitas, qualis haec *Achill. Tat.* lib. II. p. 99. τὰ θυμιάματα, κασσία καὶ λίβανος καὶ κρόκος. τὰ ἄνθη,

ἄνθη, νάρκισσοι καὶ ῥόδα καὶ μυῤῥίναι. *Xenoph.* Cyrop. I. 11 §. 8. *Philostr.* Ep. 66. τά τε ἄλλα, καὶ ἐπιστολῇ τῷ μήλῳ κέχρημαι. *Utor praeter alia malo etiam epistolae vice.* Quod non cepit Interpres reddens — *utor* — *epistola mali vice. Heliod.* I. Aeth. p. 54. ed. Com. ὥσπερ θανάτῳ κακῷ βεβλημένην. Interpres Polonus — *Sed mala veluti morte ictam.* Qui error forte est operarum. Nam in ed. *Bourdel.* p 52. recte legitur *malo.* — Caeterum verborum, quam in Xenophonte feci, transpositio, placet viro docto in *Annal.* l. l. eamque jam proposui in Spec. Observ. p. 31. PEERLK.

P. 2. v. 20. ἐπὶ τοῦ τεμένους] Cocchius minus bene, *in luco. Dianae Ephesiae fanum* legitur apud *Livium*, *J. Caesarem* et *Ciceronem.* Sed et *Noster* p. 3. v. 8. p 9. v. 11. p. 118. v. 2. ἱερὸν vocavit. Post Dianae templum lucus fuit, si quidem fides haberi potest *Ach. Tat.* lib. VIII. c. 6. p. 466. LOCEL. Τέμενος est *agri pars*, *resecta et separata ab usu communi*, [ut indicat origo, quaerenda in τέμνειν docente *Vossio* ad *Pomp. Melam* lib. II c. III.] *Deoque consecrata.* Talis locus arboribus consitus erat ἄλσος, quod indicare videtur Schol. *Theocrit.* Eid. II. 66. ubi explicat ἄλσος — τέμενος — εἰς τὸν ἀνατεθειμένον αὐτῇ (Dianae) τόπον. ἄλσος δὲ λέγει αὐτὸν, ὡς δενδρώδη ὄντα. Quia vero et templa in sacris istis locis exstruebantur, τέμενος etiam pro ipso *templo* usurpari coeptum est, ut in scriptoribus, quomodo vox vertenda sit, saepe dubitari possit. Vide e. c. *Gronov.* ad *Arian.* I. VII. In *Apollodori* Bibliotheca saepe occurrit hujus illiusve Dei τέμενος, quod modo *fanum*, modo *lucum* reddiderunt, quum non semel *campum sacrum*, oporteret. Alia de voce habent *Periz.* ad *Aelian.* V. H. VI. 1. *Kuhn.* ad *Polluc.* Onom. T. I. v. 5. et *Koppiers.* Observ. Phil. p. 96. — Argumenta quibus utitur *Locella* ad probandum suam versionem *fanum*, me quidem non movent. *Livium* atque alios dixisse *fanum Dianae Ephesiae*, idem est ac si dicerem apud eosdem inveniri *lucum. Xenophontem* ter vocasse ἱερὸν, id ipsum dictis Locellae contrarium est. Nam si et h. l. voluisset intelligi *templum*, etiam ἱερὸν, non ambiguam vocem usurpasset. Malui igitur h. l. servare *lucum.* Si quis praeferat *in area circa templum*, non intercedo. PEERLK.

P. 2. v. 20. ὡς Ἄρτεμιν.] Pari modo Callirrhoën pro Dea habitam narrat *Charit.* lib. c. 14. p. 28. Tum etiam Dionysius ibidem lib. II. c. III. p. 36. Callirrhoën im templo visam pro Venere habuit, atque itidem Statira. lib. V. c. 9. p. 124. Apud *Heliod.* lib. I. c. 2. pag. 19. latrones Chariclcam putarunt esse Dianam vel Isidem. Adde *Theod. Prodr.* I. 9. Habrocomen et Anthiam pro diis fuisse habitos narrat iterum *Noster* p. 32. v. 13. LOCEL. Saepe illud accidit,

N ut



ut qui insigni forma excellerent, a plebe Dei esse putarentur. Apposite *Appulej.* lib. VI. Metam. p. 300. *Psychen — ut ipsam prorsus Deam Venerem religiosis adorationibus venerabantur. Liban.* Ep. 374. φανεῖσαν τὴν κόρην ἐκπλῆξαι τοὺς θεατὰς, τῇ τε ἄλλῃ καὶ τῷ κάλλει τῶν ὀμμάτων, ὡς ἶναι τοὺς λέγοντας. Ἀρτέμιδι ἰκέλη. Conf. *Xenoph.* Cyrop. VIII. III. 14. *Charit.* I. pag. 3. *Coraës* ad *Heliod.* p. 6. *Gaulm.* ad *Eustath.* de Hysmen. p. 7. Et vero nihil magis imperitam plebem movebat quam pulchritudo. Constat etiam fuisse qui propter formam in Deorum numerum relati essent. Cujus rei exempla sunt apud *Spanhem.* de usu et Praest. Num. p. 627. PEERLK.

P. 2. v. 22. ἄλλην τινὰ.] Incuria *Cocchii* deëst τινὰ in edd. Id nunc e Cod. Flor. supplevi. Habuit certe in suo apographo *Salvinius*, qui vertit *una tale.* LOCÉL. Τινὰ etiam suppleverat ex cod. Cod. *D'Orvill.* ad. *Charit.* pag. 18. Pro ἄλλην *Palairet.* malebat ἄλλων. PEERLK.

P. 2. v. 22. περιπεποιημένην.] Nihil occurrat prius quam περιπεποιημένην, vel περιπεποιημένην, sed illius verbi potestatem, *acquisitam* vel *servatam*, respuit hic locus. An περιποθουμένην? Rarius est hoc quidem verbum, attamen a genio linguae, quo minus usurpari possit, certe nihil obstat: περιπόθητος inde deductum frequentatur. Magis placet, atque adeo verum videtur, περιεπομένην, *dilectam, in honore habitam. Origen.* Contra Celsum lib. II. pag. 86. τὸ ὑπὸ τῶν πολλῶν περιεπόμενον ζῆν. et alibi saepius. Περιέπειν et περισφῦναι *Herodoto* familiarissima. HEMSTERH. Amplexus erat initio *Abreschius* in Miscel. Observ. ad d. l. conjecturam *Hemsterh.* περιπεποιημένην, accipiens pro *adfabre* et περινοίᾳ τινὶ πεποιημένην; quomodo ὄργανον περιπεποιημένον in *Theophr.* Hist. Plant. lib. VIII. c. 3. exponit *Bud.* in Comm. p. 424. Sed postea in Misc. Observ. nov. Vol. VI. p. 511. magis eo inclinabat, ut legeretur παραπεποιημένην, *ad similitudinem et imitationem factam;* quomodo ap. *Polyaen.* lib. I. c. 5. habetur παλλάδιον παραπεποιημένον. Favisse quidem huic conjecturae video *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 209. at mihi propterea non adridet, quod παραποιέω non memini adhibitum nisi in malam partem *de falsariis*, vel saltem de *immutationibus minus probatis.* Conf. *Lennep.* ad *Phalar.* Ep. CVII. p. 312. Venit in mentem παρωμοιωμένην, quod solum e *Polluce* IX. 131. habet *Steph.* in Thes. sine alia auctoritate; quam et *Scottus* non reperit, quamvis verbo illo sit usus *Euseb.* Demonstr. Euang. lib. V. c. 4. ubi quum docuisset posse etiam Deum filium vivam Patris imaginem dici, quod sit Patri simillimus, addit. καὶ δι' ὅλου σώζει τοῦ μόνου θεοῦ τὴν ἔμψυχον καὶ ζῶσαν νοερὰν εἰκόνα, κατὰ πάντα τῷ Πατρὶ παρωμοιωμένην. Erit fortasse qui, hac apud

Nos-

Nostrum emendatione admissa, durius esse judicet subaudiri debere ἑαυτῇ; cui equidem non valde repugnaverim: tamen, ut aliquis saltem in latinis sibi constet verborum sensus, verti *sibi adsimilatam*, hanc conjecturam sequutus. In Vind. editione editor docte sibi visus est facere, clandestine intrudens περιπεποιημένην. LOCEL. Conjecturam suam παραπεποιημένη memorat etiam *Abresch.* Lect. Aristaen. p. 160. ubi, memoria lapsus, scribit παραπεποιημένη ὑπὸ τῆς Ἀφροδίτης. Neque enim h. l. per Deam [τῆς θεοῦ] intellexisse eum Venerem credam. *Palair.* probabat περιπεπομένην, *Tresling.* Spec. Adv. Crit p. 36. παραπεποιημένην. *Cocchius* cum *Politiano* vertit *a Dea sociam assumtam.* Quam ille sibi lectionem finxerit, conjiciendo non assequor. Ego, si Criticus essem, cujus res bene excogitatas verba statim sequerentur, in eadem essem opinione quam proposui in Spec. Observ. p. 32 — 33. — et verterem *aut virginem aliquam cujus formam Dea induerat.* Cui significationi quum apta hic nondum vox succurrat, amplectamur rationem qua *Coraës* ad *Heliod.* p. 6. locum ita explicavit. „Verisimile est *Xenophontem* „pro communi temporis, quo scripsit, consuetudine, περιπεποιημένην scripsisse „sine augmento et repetita prima verbi consona. Deinde et verbum περιποιεῖσθαι „est secundum recentiorem Graecismum, qui et media et passiva vi usurpant. „Aliquis περιποιεῖταί μέ, i. e. περιέπει seu φιλοφρονεῖταί με, et περιποιοῦμαι ἀπὸ „τὸν δεῖνα, *ab aliquo magni aestimor, amor.*" Haec ille. Putabant ergo Ephesii Anthiam aut ipsam Dianam esse, aut Nypham aliquam, a dea valde dilectam, ejusque comitem. Tales Nymphas habebat Diana, ut notum ex poëtis. Confer *Ovid.* II. Met. 416. *Miles erat Phoebes: nec Maenalon attigit ulla — Gratior hac Triviae.* et lib. V. 619. ait Arethusa, *fer opem — Armigerae Diana tuae, cui saepe dedisti — Ferre tuos arcus inclusaque tela pharetrae.* — Tales ergo sunt ὑπὸ τῆς θεοῦ περιπεποιημέναι. PEERLK.

P. 2. v. 23. γονεῖς — ἐμακάριζον.] Beati praedicabantur parentes, qui tantae pulchritudinis filiam genuissent. Sic apud *Petron. O beatam matrem quae te talem genuit. Musaeus* de Herou. et Leand. v. 138. — Γονεῖς non tam Attice dictum quam γονέας ex *D'Orvill.* ad *Charit.* pag. 210. hic observat *Locella.* Lego tamen ap. *Xenoph.* Atticum de Offic. Mag. Eq c. IX. §. 3. ἱππεῖς ξένους. Et loca a *Bachio* ad ejusdem Agesil. c. II. §. 3 laudata probant ἱππεῖς non adeo abhorrere ab usu atticorum. *Zeun.* ad Cyrop. I. 1. §. 2. credit formam contractiorem esse a librariis, et in Hieron. c. III. §. 7. restituit γονέας pro γονεῖς. *Schneid.* autem in Hellen. III. 4. §. 14. et alibi ἱππῆς pro ἱππεῖς. *Noster* lib. I. c. 5. utitur ἱερέας. PEERLK.

P. 2. v. 24. ὡς δὲ — ὡς δὲ.] Vix est ut mendo careat, pro ὡς μὲν — ὡς δὲ, nam hoc loco alterum alteri opponitur: quod nisi esset, mihi suspicionem non movisset, ut qui sciam Auctorem nostrum particula δὲ nimis delectari. Alia ratio est e. c. apud *Xenoph.* Cyrop. lib. V. c. 1. §. 4. ὡς δὲ ἀναστῆναι αὐτὴν ἐκελεύσαμεν— ὡς δὲ ἡμῶν ὁ γεραίτερος εἶπε, ubi cum nulla est oppositio, tum longe plura verba intercedunt. His jam tribus abhinc annis scriptis, rursum nunc video mecum facere *Tresling.* Adv. Crit. p. 36. Conf. Adnot. ad p. 33. v. 6. LOCEL.

P. 2. v. 24. οὐδεὶς ἄλλο τι ἢ Ἀνθίαν ἔλεγεν.] *Palairet.* legit οὐδὲν ἄλλο τι ἢ Ἀνθίαν ἔλεγον. Laudat *Lucian.* Tom. II. p. 582. εἶχον — οὐδὲν ἄλλο ἢ ὅπλα. *Arrian.* in Epict. lib. III. c. 19. οὐδὲν ἄλλο ταραχῆς — αἴτιον ἐστιν, ἢ δόγμα. Sed non opus est emendatione. PEERLK.

P. 2. 25. ὡς δὲ Ἀβροκόμης — τοὐνθένδε.] Locum huic similem praebet *Charit.* lib. VIII. p. 128. Καλλιῤῥόης δὲ φανείσης, οὐδεὶς ἔτι Χαιρέαν ἐπῄνεσεν, ἀλλ' εἰς ἐκείνην πάντες ἀφεώρων, ὡς μόνην οὖσαν. — Τοὐνθένδε se alibi legere non meminerat *Tresling.* Adv. p. 37. reprehensus idcirco a *Locella* ad h. l. Et vero memoria eum fefellit. Nam legit sine dubio apud *Eurip.* Med. v. 1167. Hecub. v. 725. et alibi. — Praeterea comparandus cum h. l. est *Xenoph.* VI. Cyrop. IV. . 11. οἱ δὲ ἄνθρωποι καλοῦ ὄντος τοῦ θεάματος τοῦ Ἀβραδάτου καὶ τοῦ ἅρματος, οὐ πρόσθεν ἠδύναντο θεάσασθαι αὐτὸν, πρὶν ἡ Πανθεία ἀπῆλθεν. Qui locus neque *Abreschium* Lection. Aristaen. pag. 46. effugerat, observantem eum inserviisse Ephesio. PEERLK.

P. 2. v. 27. βοῶντες — λέγοντες.] *Cocchius* et *Locella* illud λέγοντες in versione omiserunt. *Tresling.* non dissimulans difficultatem, quomodo βοῶντες et λέγοντες inter se connectantur, conjecit καὶ λέγοντες. Et sic *Palairet.* Usus Xenophonteus mihi postulare videtur — ἐπ' αὐτὸν, βοῶντες, ἀπὸ κ. λ. Solet participia ἀσυνδέτως collocare, quem illius morem observat etiam *Villois.* ad *Long.* p. 127 et 143. — Pro ἀπὸ τῆς θέας ἐκπεπληγμένοι *Palair.* volebat ὑπὸ, quia hoc verbum nusquam cum ἀπὸ invenerat, plurima autem cum ὑπὸ. Ut *Aelian.* V. H lib. I. c. 13. *Philostr.* Vit. Apoll. Tyan. lib. VI. p. 270. et alia. Male in Ed. Lond. legitur παρθένων. Emendat L. ex Cod. Flor. παρθένους. PEERLK.

P. 2. v. 28. οἷος οὐδὲ εἷς.] Non intellexerunt *Salvinius* et *Cocchius* hanc ῥῆσιν, neque animadverterunt jungendam esse cum sequentibus. Plus valet quam εἴ τις ἄλλος, si quis alius. Formula οὐδὲ εἷς respondet fere Latina *nemo unus*, quae aliquoties occurrit apud Livium. Alia hujusmodi est apud *Long.* Past. lib. IV. c. 10. p. 432. χρηστὸς ὡς οὐδεὶς ἕτερος, ut nemo alius. LOCEL. Atticorum esse

pro

pro ὀυδεὶς scribit *Gregor*. de Dialect. p. 22. ubi v. *Koen*. Alio sensu *Demosth*. de Pace p. 51. ὀυδὲ ἕις γὰρ ἦν — *non unus erat* (sed plures). Malim autem haec verba jungere cum praecedente καλὸς quam cum sequentibus. Sunt enim longe plures καλοὶ quam μιμήματα Apollinis. PEERLK.

P. 2. v. 28. καλοῦ μίμημα θεοῦ.] *Apollinis formosissimi exactum simulacrum*. Ita capio. Anthiam cum sorore comparaverat: uterque autem κάλλιστοι τῶν θεῶν teste *Luciano* Dial. Mer. X. HEMSTERH. Simile est illud ap. *Eurip*. fragm. inc. No. CCXXVII. σῶμα μίμημα δαιμόνων. Hinc apud *Petron*. c. 109. *Phoebo pulcrior et sorore Phoebi*. Ceterum crebrum hoc eroticis scriptoribus, ut forma praestantes Diis assimilent. *Aristaen*. lib. I. ep. 1. διὰ πάντων ἔμψυχος τῆς Ἀφροδίτης εἰκὼν. [ubi vide not. *Abresch*. p. 325.] et epist. 15. κόρη ἐκ τῆς Ἀφροδίτης κοσμηθεῖσα. Adde *Heliodor*. lib. I. pag. 12. *Achill Tat*. lib. IV. p. 221. *Long*. *Pastor*. lib. II. p. 30 [*Charit*. lib. II. c. 2. p. 35. lib. IV. c. 7. p. 102. *Theod*. *Prodr*. I. 276.] *Petron*. c. 126. *mulier omnibus simulacris emendatior*, ubi vide not. *Herodian* in Macrino p. 503. ἀπείκασεν ἄν τις τὸ μειράκιον Διονύσου καλαῖς εἰκόσιν. ABRESCH. In pictis videlicet fictisve simulacris, quum humana major pulcritudo effingi soleret, docente *Junio* de Pict. Vet. lib. c. 1. pag. 3. his quempiam adsimilare summa laus erat. LOCEL. Recte *Hemsterh*. Nam et μίμημα idem est saepe quod ἄγαλμα, εἴκασμα. Pollux Onom. T. I. pag. 7. ubi pro μιμητὰ τυπώματα, servanda erat lectio MSS. μιμήματα. De comparatione pulchri hominis cum statua conf quae notavimus ad lib. I. c. 1. PEERLK.

P. 2. v. 31. τέως ἀνέραστος.] De usu adverbii τέως videri potest *Ruhnken*. ad *Tim*. lex. pag. 256. Ἀνέραστος, ait *H. Steph*. in Thes. adhiberi pro *inamabilis*, *invisus*, nullam adjiciens auctoritatem; alterius vero significationis, qua occurrit pro *amoris expers*, ab amore alienus, plane non meminit. *D. Scottus* quidem postea suppeditavit scriptorum locos quosdam, sed significationes non distinxit. Ad priorem spectat ille e *Luciano* in Tim. Vol I. p. 141. cui adde alios ibid. p. 124. et de Merced. cond. p. 662. Dial. Mort. VI. v. 350. XXVI. pag. 434. et ap. *Long*. Pastor. lib III. p. 77. quem laudat *Abresch*. Lect. Aristaen. p. 59. Ad posteriorem referendi sunt, quos *Scottus* protulit ex *Aelian*. V. H. lib. III. c. 9. et *Lucian*. Dial. Deor. X V. V. I. p. 239. quibus adde *Moschum* Id. VI. 7. *Heliod*. lib. II. c. 35. pag. 166. et *Aristaen*. lib. I. ep. 10. *Lucian*. Navig. Vol. III p. 276. *Plutarch*. Amat. Vol. IX p. 74. et 32. (quem posteriorem *Abresch*. d. l. male ad priorem significationem retulit) et alios duos in indice Plutarcheo *Reiskii* indicatos. Utraque significatione accipi potest locus, quem

adfert *Scottus* e Plutarcho de Discrim. adul. et am. Vol. VI. pag. 225. Denique tertiam quamdam significationem reperies in *Lucian.* Dial. Meretr. VII. Vol III. p. 298. ubi meretrix ab amatoribus vacua dicitur *ἀνέραστος μένειν.* Verbi autem ἀνερᾶσθαι, quo carent lexica pro simplici ἐρᾶσθαι usurpati, exemplum habes in Andocide de Myster. p. 62. LOCEL. Ἀνέραστος, ait *Th. Magister.* ὁ μὴ ἐρῶν, καὶ ὁ μὴ ἐρώμενος. Similia adjectiva passivae et activae significationis ita in ἀδίκτος, ἄμεμπτος, ἀπρονόητος, ἀσύνετος, ἄφθονος et alia. Neque Latinis talia sunt ignota. Vide *N. Heinsii* Adv. lib. II. c. VII. p. 262. Duplicem vocis ἀνέραστος significationem expressit *Juvenalis* Sat. XII. 130. *nec amet quemquam nec ametur ab ullo. ἔιη ἀνέραστος.* PEERLK.

P. 2. v. 33. *θύοντες — πλῆθος.*] De numero plurali cum πλῆθος, δῆμος, λαὸς, βουλὴ, et similibus jungi solito res nota est, cetera vocabula ista, ut ait *Longin.* Sect. XXIII. τοῖς τύποις ἑνικὰ, τῇ δυνάμει κατὰ τὴν ἀναθεώρησιν πληθυντικὰ εὑρίσκεται. Conf. *H. Stephan.* Animadv. in lib. de dialect. p. 30. et *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 380 et 415. Hanc synthesin imitatos esse etiam Latinos scriptores, post Steph. docuit *Vechner.* Hellenol. lib. I. p. 2. c. 15. 253. LOCEL. *Palair.* in Observ. Philol. p. 201. praeter h. l. *Xenophontis*, laudavit *Polyaen.* lib. IV. p. 293. lib. VIII. p. 793. et in MSS. observationibus *Dionis. Cass.* lib. XXXIX. p. 119. τὸ πλῆθος ἅμα φοβηθέντες — — κατεψηφίσαντο. De simili structura τοῦ στρατοῦ, lectu digna habet *Wyttenb.* Bibl. Crit. Vol. III. pag. 11. p. 37. De Latinis conf. *Oudend.* ad *Appul.* Metam. II. 164. PEERLK.

P. 2. v. 35. *ἀλλήλους.*] Vitiose in Lond. ἀλλήλοις: recte tamen in Cod. Flor. Primos conspectus congressusque amantium in templis, aliave solemni celebritate, locum habuisse fingi solet a scriptoribus τῶν ἐρωτικῶν διηγημάτων. V. *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 208. et adde *Aristaen.* lib. I. ep. 15. lib. II. ep. 2. LOCEL.

P. 3. v. 1—2. *ἀπαλλαγῆναι — οὐκ ἐδύνατο.*] *Abresch.* adscripsit locos *Aristaen.* lib. II. ep. 2. et *Ach. Tat.* lib. VI. p. 371. Poterat similiores adferre ex lib. I. c. 4. p. 30. lib. VIII. c. 12. p. 708. LOCEL.

P. 3. v. 2—3. *διέκειτο — πονήρως.*] Hoc saepius est in Xenoph. *amoris morbo graviter laborare.* Vide p. 8. v. 11—12. atque insolentiore structura p. 27. v. 5. et p. 35. v. 8—9. HEMSTERH. *Abreschius* comparat *Ach. Tat.* lib. II. p. 91. *Lucian.* in Toxar. p. 90. *Joseph.* A. J. lib. VII. c. 8. s. 1. et de B. J. lib. VII. c. 8. s. 4. Quibus addere potes *Charit.* lib. V. c. 9. p. 125. Hanc ῥῆσιν etiam de animi aegritudine extra amorem adhibet *Noster* p. 26. v. 10. et p. 102. v. 4. LOCEL.

P. 3.

P. 3. v 3. ὅλοις — ὀφθαλμοῖς — κάλλος εἰσρέον δεχομένη.] *Abreschius* rursum contendit *Achill. Tat.* lib. I. p. 19. (similiores loci sunt p. 54. et p. 28—30. ubi vide *Carpzov.*) lib. III. p. 175. *Aristaen.* lib. II. ep. 18. *Lucian.* Nigr. p. 24. et ibid. p. 32. Adjungere poterat *Max. Tyr.* Diss. XXV. p. 7. Communis istorum fons haberi potest *Plato* in Phaedro Vol. X. p. 330. δεξάμενος γὰρ τὴν τοῦ κάλλους ἀποῤῥοὴν διὰ τῶν ὀμμάτων. Adde quod Socrates εἰρωνευόμενος apud *Eund.* in Cratylo Vol. III p. 204. τὸν ἔρωτα ab εἰσρεῖν dictum esse ait. Ab amoris per oculos influxu (de quo conf. *Valcken.* ad *Eurip.* Hippol. p. 224.) occasionem adripuit *Heliodor.* lib. III. c. 7 et 8. p 190—191. de fascinatione, et icteri medela per avem χαραδριὸν disserendi. Ceterum, quod modo ajebam, Socratem εἰρωνεύεσθαι, id pervidere non potuit *Ric. Payne* (*Analyt. Essay on the Greek Alphabet* p. 44.) quare, quum, se judice, nulla prorsus εἰρωνείας species deprehendatur in Cratylo, absurdissimis licet originationibus referto, fieri non posse ait, quin lectori suspicio incidat, somniantem interdum Platonem scripsisse. Nimirum talia temere in chartam conjicere multo est facilius, quam veram Platonicorum scriptorum mentem attenta repetitaque lectione scrutari, ac tandem adsequi. Dissimulare aliquandiu Socratem in Platonis Cratylo veram suam opinionem, aliamque initio simulate prae se ferre, jam bene viderat *Garnierius*, exposueratque in egregia Disputatione de Platonis Cratylo, Vol. XXXII. *Mém. de l'Acad. des Inscr. et B. L.* p. 190—211. Ac mihi sane olim hunc dialogum adtentius perlegenti, faceta illa atque lepidissima dissimulatio, qua Socrates tam saepe apud Platonem utitur, quamque *Cicero* dilaudavit, jucundissima fuit, statimque manifeste adparuit, irrideri ab eo Etymologiae sectatores, *Prodicum* in primis, ipsum ver haud serio sic sentire, quemadmodum initio opinari se simulat, videlicet ab hominibus nomina rebus fuisse imposita, ex eorum natura petita atque conformata, non ex arbitrio. Ut de multis locis nonnullos saltem indicem, quibus irrisoris ac dissimulatoris partes ibi agit Socrates, vide modo Vol. III. p. 257. v. 4. p. 276. v. 12. sqq p. 278. v. ult. p. 282. v. 13. p. 283. p. 285. v. 11—12. p. 286. p. 293. p. 295. v. 11—12. p. 296. v. 1. p. 299. v. 12. p. 315. 316. 317. v. 2. p. 321. v. ult. p. 322. v. 1. Vera Socratis sententia inde a p. 331. demum declaratur. LOCEL. Hanc κάλλους ἀποῤῥοὴν similibus locis jam illustraverat *Tresling.* Adv. pag. 38. *E Platone* quoque profecit *Liban.* Op. T. I. p. 257. οὗτοι [ὀφθαλμοὶ] γὰρ πρῶτοι — — ἐδέξαντο τὸ κάλλος δι' αὐτῶν εἰσρυέν. Ab ὅλοις τοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν non multum differt alterum πολλοῖς τοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν, *tam anxie et cupide spectare quasi multis oculis species, ac tui non sufficiant.* Et sic explico *Heliod.* lib.

lib. V. pag. 229. ed. cor. ἤ πού με νῦν πολλοῖς τοῖς ὀφθαλμοῖς περισκοπεῖ, neque ibi legendum puto cum *Corae* ὅλοις. Conf. *Abresch. Lect. Arist.* p. 165. Eleganter in quemdam, qui ἀστὴρ nominabatur, ludit *Plato* in *Anthol. Lubin.* lib. III. p. 437. Ἀστέρας εἰσαθρεῖς ἀστὴρ ἐμός. εἴθε γενοίμην — Οὐρανὸς, ὡς πολλοῖς ὄμμασιν εἰς σὲ βλέπω: quod Latine reddidit J. Tollius in Fortuit. p. 219. PEERLK.

P. 3. v. 4. πρεπόντων.] Retinui hanc supp. edd. lectionem, quam in Londinensem ex conjectura *Cocchii*, (qui adeo vertit *quae virgines decent*) fuisse invectam credibile est; nam, quod in Cod. Flor. legi adscriptum est in margine exemplaris *Cocchii*, παρόντων, videtur quoque scripsisse *Salvinius* in suo apographo, quo, iterum descripto, usus est *Cocchius*, ejusque editionis typothetae. Nempe verba: ἤδη δὲ καὶ τῶν παρθένοις παρόντων καταφρονοῦσα, sic transtulit *Salvinius: e le maniere omai della fanciulle proprie, sprezzando;* παρόντων illud, utcumque licebat, reddens Quod si fidissimus hic interpres πρεπόντων habuisset, convertisset, opinor, *e le maniere omai alle fanciulle convenevoli sprezzando.* Quidquid sit, mihi πρεπόντων adeo genuinum est visum, ut id loco moveri debere numquam judicassem, nunc vero eo minus existimo, quod in Cod. Flor. re ipsa παρεπόντων legi me docuit Cl. *Weigel.* LOCEL. Anthia modestiam, quae virginem decebat, neglexit. Alta enim voce locuta est, ut Habrocomes audiret. Idem fere modestiae genus violare cogitur Chariclea ap. *Heliod.* I. p. 36. ἐκβαίνειν ἀναγκάζομαι τοὺς ἐμαυτῆς τε καὶ παρθένων νόμους, καὶ πρὸς τὴν πεῦσιν τοῦ κρατοῦντος ἀποκρίνασθαι περὶ γάμου, καὶ ταῦτα ἐν ὁμίλῳ τοσούτων ἀνδρῶν. Sed etiam corporis quasdam partes nudavit, quas videre quidem non erat nefas, non autem virgini decorum nudare. Theodota dicitur ap. *Xenoph.* Mem. Socr. III. xi. 1. pictoribus ἐπιδεικνύειν ἑαυτῆς ὅσα καλῶς ἔχοι, *quae pudor ostendere permisit.* Nisi quis ibi faciat cum *Hindeburgio* in Animadv. ad *Xenoph.* M. S. p. 151. vertentis *quaecumque haberent pulchritudinis commendationem.* PEERLK.

P. 3 v. 4. ἐλάλησεν ἄν τι.] Sic esse scribendum, bene, ut solet, viderat *Hemst.* pro ἀντὶ, in ed. Lond. et mox ἂν τὰ δυνατὰ in supp edd. Utramque emendationem confirmat Cod. Flor. Adtulit praeterea *Hemsterh.* locum similem ex *Aristaen.* lib. I. ep. 27. p. 122. ἕτερα δὲ τοῦ σώματος ἐγύμνωσε μέρη τὰ δυνατά. Video quidem *Bosium* in Ellips. Graec. pag. 515. in τὰ δυνατὰ agnovisse ellipsin praepositionis κατὰ, sed exemplis non stabilivisse. Duobus hisce tertium addere potes e *Lucian.* Conviv. Vol. III. p. 450. ἐπεμελεῖτο δὴ τὰ δυνατά. Neque alia plura deerunt, si quis congerere volet. Infra apud *Nostrum* p. 112. v. 12. ἀποτεμοῦσα τῶν πλοκάμων ὅσα ἐδύνατο. *Abresch.* interpretatur ὅσα ἐξῆν, quantum licebat,

bat, et per decus poterat. LOCEL. Pro αὐτὰ τὰ δυνατὰ in ed. Lond. *Palair.* legebat κατὰ τὰ δυνατά. Vocula ἂν male cum aliis vocibus coalescens, saepe errorum caussas dedit. Conf. *D'Orvill* ad *Charit.* p. 290. et 685. Eodem pertinentia lege in *Musaeo Helvet.* Part. XIII. p. 7. quae sunt *S. Battierii.* Caeterum ἐλάλησεν ἂν — ἐγύμνωσεν ἂν vertit *Locel. locuta fuerit libenter — — denudaverit*, quum tamen pateat Anthiam haec fecisse, non facere tantum voluisse. Sic *Noster* I. v ἐστέναξεν ἄν ποτε. *Subinde ingemiscebat. Heliod.* I. pag. 14. καί ποτε καὶ ἐφίλησεν ἂν προσελθοῦσα. *Long.* Past. IV. p. 414. ἔκλαυσε δ' ἄν τις καὶ ξένος ἐπιστάς. *Xenoph.* Cyrop. VII. 1. 14. In quibus et similibus ἂν saepe indicat actionem verbi repetitam, de qua re monuit *Locel.* p. 146. et *Wyttenb.* in Bibl. Crit. V. III. P. IV. p. 33. Τὰ δυνατὰ, *quantum poterat*, et ex sensu addere licet, *quantum poterat per pudorem.* Δύνασθαι, *decere*, *convenire*, attigit etiam *Abresch.* ad *Aeschyl.* p 544. PEERLK.

P. 3. v. 8. ἐπιστρεφόμενοι καὶ ὑφιστάμενοι.] Ut solent, qui ab amicissimis discedunt. Sic Andromache Il. z. 495. — οἶκονδε βεβήκει — Ἐντροπαλιζομένη. Appul. II. Met. p. 101. *quam invita discederet, vultu prodidit; denique saepe retrorsa respiciens subsitit.* — Neque id praeteriit suavissimus *Xenoph.* VI. Cyr. IV. 10. in discessu Abradatae. PEERLK.

P. 3. v. 8. προφάσεις — ηὕρισκον.] Fortius paulo dictum ηὕρισκον quam, quod vulgo usurpatur, ἐζήτουν. Ut *Liban.* ep. 302. ζητῆσαι μυρίας εἰς βραδυτῆτα προφάσεις. *Tibull.* I. III. 15. *Ipse ego solator, quum jam mandata dedissem — Quaerebam tardas anxius usque moras.* Alterius verbi exempla adscripserat *Pa-lairet. Aeschin.* Socrat. Dialog. III. pag. 144. ἀεὶ λύπης πρόφασιν εὑρισκόμενον. et *Zosim.* lib. II. pag. 211. — Et εὑρίσκειν usurpari etiam de excogitatione ingeniosa, non tantum de inventione fortuita, docet ad h. l. *Tresling.* Spec. Adv. p. 40. PEERLK.

P. 3. v. 9. ἦλθον — — παρ' ἑαυτόν.] *Suam quisque domum.* Sic apud Lucam. XXIV. 12. ἀπῆλθε πρὸς ἑαυτόν. q. l. illustravit *Heuman.* Poec. T. I. p. 86. in eo tamen deceptus, quod idem esse statuat καθ' ἑαυτὸν ἀπιόντα ap. *Aelian.* V. H. III. 19. quod ibi et aliis locis notat *seorsim abire.* Meliora docuit *Alberti* Observ. Phil. pag. 293. Saepius binas formulas male miscuerunt interpretes. PEERLK.

P. 3. v. 9, οἱ κακῶν.] Ne quis fallatur, accentus [recte positus in Cod. Flor.] est mutandus: [Lond. enim et Luc. habent οἷ.] οἷ κακῶν, *quo malorum fuissent prolapsi*, velut p. 100. v. 8. [et apud *Eurip.* Med. 1306. Conf. si tanti est,

D'Orvill. ad *Char.* p. 406. Invenitur etiam ἐν κακοῦ cum verbo εἰμὶ, e. c. apud *Demosth.* in Aristocr. p. 671. et ἐν κακῶν apud *Lucian.* in Tox. Vol. II. p. 524.] Idem usus est ἵνα. *Sophocl.* Oed. Tyr. 421. et 375. HEMSTERH. Adde Ai. Flag. 386. Legitur quoque ποῖ κακῶν e. c. in *Eurip.* Orest. 510 in edit. Vindob. h. l. et p. 100. v. 8. Graeculi mangonis artificio repositum est ἵνα. LOCEL. Ex multis addo *Heliod.* VIII. p. 423. οἱ κακῶν ἦσαν συνιέντες. et *Abresch.* Observ. Misc. Nov. T. III. p. 23. Reperi etiam ἐνταῦθα ita usurpatum a *Liban.* ep. 395. τῷ ἐνταῦθα ὄντι κακῶν. PEERLK.

P. 3. v. 10. ἀνεκαίετο.] Ita rescribere non dubitavi pro ἐνεκαίετο in edd. suadente *Hemsterh.* Vide p. 11. v. 3. p. 33. v. 11. et *Charit.* lib. VI. cap. 7. p. 144. Non aliter ἐκκαίειν ad amorem inflammare p. 16. v. 13. p. 26. v. 9. p. 82. v. 7. dici animadvertit idem vir doctus. Adde iterum *Charit.* lib. V. c. 9. p. 125. LOCEL.

P. 3. v. 13. ὁ Ἀβροκόμης.] In edd. deëst articulus. quem in Cod. Florent. exstare adnotavit Cl. *Weigel.* LOCEL.

P. 3. v. 13. λαβὼν — ἐσθῆτα.] Usurpaverit aliquis, quod quidem rarissimum est, simpliciter σπαράττειν τὴν ἐσθῆτα, quemadmodum in Asino, quem *Luciani* ferunt, p. 132. παρθένον κατεσπαραγμένην τὴν ἐσθῆτα καὶ τὴν κόμην, [et *Basil.* Vol. II. p. 67. E. τὴν ἐσθῆτα κατασπαράττειν] nusquam certe Noster, qui p. 38. v. 8. in utraque phrasi accurate solemnem loquendi morem observet, σπαράξασα τὰς κόμας, καὶ περιῤῥήξαμένη τὴν ἐσθῆτα: neque aliter pag. 60. v. 12. [et 65. v. 5. Sic quoque *Charit.* lib. III. c. 10. p. 82. lib. V. c. 2. p. 108. lib. VII. c. 1. p. 152. ad quae loca vide *D'Orvill.* et adde *Appian.* B. C. lib. V. c. 71. pag. 806.] Deinde λαβὼν τὴν κόμην, quod nihil aliud est quam *arrepta coma*, per se sententiae non satisfacit, nisi fuerit adjunctum καὶ σπαράξας, isque est usus, tum apud alios, tum imprimis apud *Xenophontem* familiarissimus hoc in participio; ut fere supervacuum sit, quamdam agendi vim ac festinationem, haud secus ac φέρων et ἄγων, tantummodo significans, atque aliud omnino verbum requirat, quo nitatur, sensus absolvendi gratia. pag. 19. v. 1. φιάλην λαβὼν καὶ ἐπισπένδων ηὔχετο. In his autem loquutionibus dixeris, ut p. 46. v. 12. λαβεῖν καὶ φονεῦσαί σε, an λαβόντα φονεῦσαι σε, et p. 47. v. 4. λαβόντες τὴν Ἀνθίαν — ἦγον. (quomodo et p. p. 59. v. 12. p. 79. v. 3.) an ἔλαβον τὴν Ἀνθίαν καὶ ἦγον, omnino nihil interest. [Similiter p. 32. v. 9. 10. p. 47. v. 2.] Vide p. 34. v. 9 — 10. p. 67. v. 4. Quin imo nonnunquam participium alterum huic λαβὼν sic adnectit *Noster*, ut nullam interjiciat copulam, velut pag. 37. v. 9. p. 45. v. 12 — 13. quod in aliis par-

participiis etiam solet. Vide p. 11. v. 4. p. 60. v. 12. Haec me movent, ut, revocato quod errore librariorum interiit verbo, ita supplendum existimem: λαβὼν δὲ τὴν κόμην. Ἀβροκόμης καὶ σπαράξας, περιῤῥηξάμενός τε τὴν ἐσθῆτα. HEMSTERH. Maxime probabilem istam, vel potius certam emendationem in textum recepi, ita tamen ut uncinis includerem. *Salvinius*, tamquam si ita in suo apographo legisset, (quamquam in Cod. Florent. nil plus reperitur, quam quod exhibent edd.) vertit *svellendosi adunque la chioma Abrocome, e strappandosi il vestito.* Sed *Cocchius*, nescio qua de caussa, transtulit, *Abrocomes correpta discissaque veste*, quasi vero in sua editione τὴν ἐσθῆτα legeretur pro τὴν κόμην. De more lacerandi vestes in luctu qui commentati sint plures recenset *Fabric.* Bibl. Antiquar. c. XVIII. p. 864. LOCEL. Opinio *Hemsterhusii* admodum blanditur *Mitscherlichio.* Forte tamen omne vitium negligentiae Nostro ipsius est tribuendum. Σπαράττειν, quamquam raro, dici de *coma*, docent exempla supra laudata. Lucian. simile est illud *Appul.* IV. Met. p. 289. *crines cum veste sua lacerantem.* Et λαβὼν τὴν κόμην aeque est animi dolore oppressi indicium atque σπαράξας. Sic attonitus Ajax apud *Sophocl.* Ai. Flag. 310. sedit, κόμην ἀπρὶξ ὄνυξι συλλαβὼν χερί. Illud autem λαβὼν καὶ σπαράξας τὴν κόμην expressum est his veteris poëtae in cupidinem. *Quum me saevus amor prensum sursumque capillis — Excitat.* Ubi *saevus* est vera lectio. *Anacreonti* Ἔρως χαλεπὸς Od. VII. Et non semel ille Anacreontica ante oculos habet. Legitur epigr. in Anth. Burm. T. I. pag. 642. PEERLK.

P. 3. v. 15. παρθένῳ δουλεύειν.] *Achill. Tat.* I. p. 25. δοῦλος ἐρωτικῆς ἡδονῆς. *Tibull.* IV. 6. — *ulli non ille puellae — servire aut cuiquam dignior illa viro.* conf. *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 197. PEERLK.

P. 3. v. 17. πονηρός.] Sic excudi curavi [πόνηρος] retracto accentu, pro πονηρὸς, quod exhibent edd. ne quis putet Hab ocomen se *malum* sive *improbum* vocare, sicuti *Salvinio* accidit. De significatione vocabuli πόνηρος, et accentus sede, si cui minus cognitum sit, consulat *Ammonium*, *Suidam*, *Hesychium*, *Etymologum*, *Moschopulum*, *Scholiasten* ad *Aristoph.* Plut. 220. *Spanhem.* et *Hemsterh.* ad eumd. v. 265. et *Reitz.* ad *Lucian.* de Merc. cond. Vol. I. p. 678. et ad Alexandr. Vol. II. p. 224. LOCEL. Adde *Duker.* ad *Thucyd.* lib. VIII. p. 97. ed. bip. Ex sententia nempe Grammaticorum πονηρὸς est *improbus*, πόνηρος autem *miser.* Ego accentum retinui, quia jam praecedit δυστυχής. Et recte Habrocomes hic se vocat πονηρὸν, ut deinceps ἄσωτον, abreptus magno doloris affectu. — Quod sequitur rationem inter et amorem certamen, elegans est. Adolescentibus

tibus non inutile erit nec injucundum comparare cum *Ephesio Charit.* II. p. 28. τότ' ἦν ἰδεῖν ἀγῶνα λογισμοῦ καὶ πάθους. Frustra autem amorem vincere studuit Dionysius. Ἔρως enim ἐφιλονείκει βουλευομένου καλῶς, καὶ ὕβριν ἐδόκει τὴν σωφροσύνην τὴν ἐκείνου. Idem more suo, hoc est affectato, tractat *Ach. Tat.* II. p. 75. et *Theod. Prodrom.* lib. II. p. 67. cujus inepta oratio emendatur eleganti versione ligata *Gaulmini.* Omnium vero elegantissime *Ovid.* VII. Met. v. 9. sq. e quo haec notanda. — *Et luctata diu, postquam ratione furorem — Vincere non poterat. Frustra, Medea repugnas — Nescio quis Deus obstat, ait. — Excute virgineo conceptas pectore flammas — Si potes infelix. Si possem sanior essem. — Sed trahit invitam nova vis: aliudque Cupido — Mens aliud suadet.* PEERLK.

P. 3. v. 17. γεννικός.] Edd. habent γεννικῶς, Cod. Flor. teste Cl. *Weigelio*, γενικός, unde effectum est quod edidi. De commutatione vocum γεννικὸς et γενικὸς adnotavit quaedam *Hemsterh.* ad *Lucian.* Somn. Vol. I. pag. 9. et ad Contempl. Vol. I. p. 510. LOCEL. Γεννικός etiam emendaverat *Tresling.* Advers. p. 40. De permutatione vocis adde *Valcken.* ad *Eurip.* Phoen. p. 715. PEERLK.

P. 3. v. 17. καλλίων.] Recte supra p. 2. v. 15. Ἔρωτος παντὸς καλλίονα, *omnibus Cupidinis simulacris formosiorem;* hic tamen mihi persuadeo sensum postulare κρείττων, *non ero superior Amore? Eone jam sum redactus, ut illi, quem despicatissimum habui, succumbere nunc cogar?* HEMSTERH. Dissentit *Abresch.* et καλλίων h. l. etiam, velut supra, pro *formosiore* vult esse capiendum. At mihi neque priori neque hoc loco καλὸς videtur usurpatum pro *formoso*, sed, quemadmodum non raro solet, pro *bono*, *praeclaro*, *laudabili*, *praestanti:* itaque, quum de homine dictum, ad animi aeque ac corporis bona referri possit, καλλίων in ambobus locis verti *praestantior.* Certe p. 2. v. 15. καλλίονα κάλλει σώματος, nisi vertas, ut feci, sed *pulcriorem pulcritudine corporis*, erit tautologia vix ferenda: hoc autem loco ineptissime, si quid mei judicii est, diceret Habrocomes, *non ero pulcrior Amore?* etenim hortatur sese, ut forti sit animo ad Cupidinem superandum, fateturque jam, et Anthiam se esse pulcriorem, et Cupidinem deum esse adpellandum. LOCEL. *Palair.* conjicit. οὐκ ἔσομαι κρατῶν Ἔρωτα, docens ex *Suida* κρατεῖν pro νικᾶν etiam cum accusativo construi. Mihi interpretatio *Abreschii* videtur simplicior. Valde tamen arridet *Hemsterh.* κρείττων, meliusque cohaeret cum sqq. νῦν οὐδὲν ὄντα θεὸν νικῆσαί με δεῖ. Eadem ratione jactat Araspes in Cyrop. V. I. 8. sq. se κρείττονα εἶναι ἔρωτος, sed lib. VI. 1. 31. succumbit *Achill. Tat.* I p. 21. μὴ κρείττων εἶ τοῦ θεοῦ? *Tune Apolline, qui amori succubuit, es fortior? Heliod.* II. Aeth. p. 107. γίνεται δὴ κἀμοῦ κρείττων πολ-

πολλάκις. Sed nota est loquendi ratio; et illustrata praeterea a *Valck.* ad *Eurip.* Hippol. p. 294. PEERLK.

P. 3. v. 18. οὐδὲν ὄντα.] *Hemsterh.* legi vult οὐδὲ ὄντα, respiciens ad p. 2. v. 12. οὐδὲ ἐνόμιζεν εἶναι θεὸν, hoc sensu. *nunc, qui ne existat quidem (ut ante opinabar) deum vincere me oportet*, habetque sibi adsentientem *Abreschium.* Infra certe pag. 64. v. 3. pro οὐδὲν ἐν reponi debuit οὐδ' ἐν, ac saepe fuisse permutata οὐδὲν et οὐδὲ abunde notum est; at mihi tamen, respicienti ad mox ibi p. 2. v. 12. dictum, ὡς οὐδὲν ἡγούμενος, et ad praesentem μονολογίαν, ubi statim praecessit καὶ θεὸν Ἔρωτα καλῶ, visum est relinqui debere οὐδὲν, neque post δεῖ notam interrogationis adponi, quod *Hemsterhusio* placebat. Οὐδὲν εἶναι est usitata illa loquendi formula, cui opponitur τί εἶναι, quaque designatur *homo nihili*, sive *qui*, (ut ad verbum in *Cicerone* legitur) *nihil est, homo nullius pretii.* Inspiciant quibus opus est, *Sophocl.* Ai. Flag. 1248. *Eurip.* Herc. fur. 157. et 229. Cycl. 638. *Herodot.* lib. X. c. 58. p. 719. *Platon.* Theat. Vol. II. p. 120. Conv. Vol. X. p. 260. *Demosth.* in Mid. p. 574. Paullo aliter *Rhinton* apud *Ciceronem* ad Attic. lib. I. ep. 20. οἱ μὲν παρ' οὐδέν εἰσιν, οἷς δ' οὐδὲν μέλει. Dicitur quoque μηδὲν εἶναι, e. c. apud *Sophocl.* Ai. Flag. 778. *Platon.* Apol. Socr. Vol. I. p. 96. et non semel apud *Lucian.* Conjungit utrumque *Eurip.* in Jone 594. LOCEL. Vulgatum etiam defendit *Palairet.* qui conferendus est in Observ. Phil. p. 289. et *Tresling.* Adv. p. 24. PEERLK.

P. 3. v. 18. τί δέ.] Si lectio sana est, idem fere valet quod τί δαί? quid tandem? et sic verti. Reliqui vero notam interrogationis, quae comparet in edd. tametsi in Cod. MS. non reperitur; nam non existimabam eam esse removendam, ponendamque post Ἀνθία, quemadmodum est apud *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 206. LOCEL. Τί δὲ ita occurrit ap. *Xenoph.* Cyrop. I. IV. 27. ubi vir quidam doctus frustra malebat τί δαί. lib. III. 1. 35. restituit *Zeun.* pro τί δέ. conf. porro *Hemst.* ad *Aristoph. Plut.* v. 906. PEERLK.

P. 3. v. 19. εὔμορφος Ἀνθία, ἀλλ', ἐὰν θέλῃς, οὐχὶ σοί.] Vocabulum εὔμορφος, quod jam habuimus p. 2. v. 10. iterumque occurret p. 16. v. 12—13. jejune in lexicis comparere adnotat *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 206. quamvis eo sint usi *Herodotus*, *Plato*, et alii in omnibus gradibus. Praeter *Aeschylum* a commentatoribus ad *Thom. Mag.* in Εὐπρεπής p. 391. laudatum, neminem e veteribus, qui adhibuerint, se novisse ait *Piers.* ad *Moerid.* pag. 150. Atqui occurrit in fragmentis *Sapphus* apud *Hephaest.* p. 37. et in fragmentis incertis *Eurip.* n. CLI. et *Sophocl.* ex Aload. n. XI. Apud recentiores vero, praeter *Ammonium*, et ex

eo fortasse *Eustathium* ad Iliad. III. p. 259. invenias in *Manethone*, VI. 317. *Plutarcho*, *Pseudo-Phocylide*, *Charitone* lib. II c. 2. p. 35. lib. VI. c. 6. p. 143. *Achill. Tat.* lib. VI. c. 1. p. 504. Quae sequuntur ἀλλ᾽, ἐὰν θέλῃς, οὐχὶ σοὶ restituta sunt e Cod. Flor. Pulcherrimus hicce locus in Lond. ed. ex apographorum *Salvinii* et *Cocchii* absurdissima depravatione sic legitur: ἔυμορφος Ἀνθία, ἄζυγος, (in Luc. et Vindob. ἄζυγος) καὶ θῆλυς. οὐχί σοι δεδέχθω ταῦτα — — κρατήσει. Quare Salvinius vertit *Come? a tuoi occhi, Abrocome, vaga è Anzia, senza marito, e tenera? Non aver tu questi pensieri:* et Cocchius pariter: *Quid vero? Anthia adeo tuis oculis formosa, o Abrocome, innupta est. Apage, ne hoc ineas consilium.* Varie postmodum Graeca verba corrupta tentata fuere: leviter ab *Albertio*, acrius et diligentius ab *Hemsterhusio;* quorum conjecturis describendis supersedere nunc licet. Ceterum φιλοσόφως, atque e Stoicorum disciplina, haec ab Habrocome sunt dicta. Disjunxit videlicet, sensuum παθήματα a mentis συγκαταθέσει. Fatetur quidem Anthiam placere oculis suis, sed an menti quoque sit placitura, ita ut amori locus detur, nec ne, hoc nimirum est, quod in sua potestate vult esse positum. Sapienter est illud de forma dictum ab *Euripide* in fragment. altius indicato: ου γὰρ ὀφθαλμὸς τὸ κρῖνόν ἐστιν ἀλλὰ νοῦς. LOCEL. Ἔυμορφος saepius etiam ap. *Artemidor.* Oneir. ut vel ex indice *Reiffii* apparet. Fallitur autem *Coraës* in Epist. ad Alex. Basil. p. 15. numerans inter κατάχρησιν, qua non semel laborat Ephesius, ἔυμορφος, ἀντὶ τοῦ καλός. Locum autem vexatum jam ex Cod. Flor. restituerat *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 15. in quo ita legitur, τί δὲ τοῖς σοῖς ὀφθαλμοῖς, Ἀβροκόμη, ἔυμορφος Ἀνθία? ἀλλ᾽, ἐὰν θέλῃς, οὐχὶ σοί. Unde, mutato σοί in σοῖς, sensum elicias satis probabilem. *Cur vero oculis tuis formosa est Anthia? Imo, velis modo, non tuis. Pulchra est, non nego. Sed alteri pulchra sit, non tibi.* Sic *Achill. Tat.* lib. VI. p. 385. καλὴ ἔστω Μελίττη. *Philostr.* Ep. 19. ἄλλοις καλὴ, ἐμοὶ δ᾽ ὑπερήφανε. Anthol. Lub. lib. VII p. 965. Τί στενάχεις? φιλέω. τίνα? παρθένον. ἦρά γε καλήν? — Καλὴν ἡμετέροις ὄμμασι φαινομένην. Elegantissime Tibull. IV. 13. *Tu mihi sola places, nec jam, te praeter, in urbe — Formosa est oculis ulla puella meis. — Atque utinam possis uni mihi bella videri — Displiceas aliis, sic ego tutus ero!* Nec male ad hanc rationem *Waardenburg.* Opusc. p. 275. explicat *Propert.* III. 23. 1. *Olim oculis nimium facta superba meis.* Ubi frustra quidem alii *elegis* pro *oculis*, alii *tuis* pro *meis* legunt. Lepide Olympias dicebat de juvene quodam, qui formosam uxorem, sed male audientem duxerat. ὄυτος ὀυκ ἔχει λογισμόν. ὀυ γὰρ ἂν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἔγημε. — Haec quamquam bonum ordinem et sensum efficiant, acu-

acutior tamen et elegantior videtur explicatio *Locellae*. Sic ap. *Matthaeum*. c. VI. v. 23. *τὸ φῶς τὸ ἐν σοὶ*, lumen quod est in te, in mente tua, opponitur oculo. Plurima ad h. l. congessit. *Wetsten. Heliod.* II. p. 108. *ἐπὶ πολύ τε τοῖς σώματος ὀφθαλμοῖς τοὺς τῆς ψυχῆς ἀντιστήσας, ἀπῆλθον τὸ τελευταῖον ἡττηθεὶς, καὶ πάθος ἐρωτικὸν ἐπιφορτισάμενος.* Illud etiam, *ἐὰν θέλῃς*, dictum est ex disciplina Stoica. Cujus rei unum nunc testem adducam, *Epictet.* Enchir. c. XIII. *νόσος σώματός ἐστιν ἐμπόδιον, προαιρέσεως δὲ οὔ, ἐὰν μὴ αὐτὴ θέλῃ.* — Secutus igitur sum *Locellam*, quod et fecit editor Bipontinus, servata tamen *Cocchii* versione, quae male Graecis, ut nunc sunt, respondent. PEERLK.

P. 3. v. 19. *δεδόχθω ταῦτα.*] *Haec rata sunto. Lucian.* Tim. p. 35. D. *Δεδόχθω δὲ ταῦτα καὶ νομοθετήσθω.* p. 86. C. p. 87. A. *Ἴτω. ταῦτα ἡμῖν δεδόχθω.* In *Aristaeneto* restituit elegantissimus *Mercerus* I. Ep. 21. HEMSTERH. Legebatur scilicet in *Aristaeneto* *ἔστω δὲ μέχθω.* Eamque emendationem jam laudarat *Hemst.* ad Lucian. Tim. p. 123. ed. min. PEERLK.

P. 3. v. 20. *εἷλκεν ἀντιπίπτοντα.*] *Palair.* comparat *Avienum* in Anthol. Lat. T. I. p. 508. — *Cogit amor, perque ardua vinctum — Luctantemque rapit.* Adde *Philostr.* Ep. 49. *ἕλκεις με ἀπὸ τῶν ὀμμάτων, καὶ σύρεις μὴ θέλοντα.* Ut et in Nostro sequitur, *καὶ ἄγουσα μὴ θέλοντα.* PEERLK.

P. 3. v. 21. *οὐκέτι δὲ καρτερῶν.*] Delectatur *Noster* hac ῥήσει et similibus, *οὐκέτι φέρειν δυνάμενος, οὐκέτι ἐνεγκών.* Vide p. 8. v. 12. p. 10. v. 5. p. 26. v. 13. p. 33. v. 12. p. 36. v. 15. p. 37. v. 2. p. 47. v. 15—16. p. 48. v. 2. p. 55. v. 6. p. 56. v. 3. p. 70. v. 14. p. 82. v. 7. LOCEL. Pag. 54. *οὐκέτι μετρίως κατεῖχε τὸν ἔρωτα.* PEERLK.

P. 3. v. 21. *νενίκηκας.*] Ita diu luctatus, animo tandem prorsus demisso, exclamat. *Achill. Tat.* V. p. 277. *νενικήμεθα.* Ovid. XIV. Met. V. 416. *Non tulit impatiens longi tormenta doloris — Iphis, et ante fores haec verba novissima dixit — Vincis Anaxarete.* PEERLK.

P. 3. v. 22. *τρόπαιον — ἐγήγερται.*] Figurate etiam *Philostr.* Vit. Apoll. Tyan. lib. VII. c. 11. *τρόπαιον κατὰ φιλοσοφίας ἐστήξει.* Incertus auctor ap. Stob. Serm. I. p. 19. *στήσεις τρόπαιον κατὰ πενίας. Plutarch.* de Fort. Alex. Or. II. p. 58. *Ovid.* Heroid. IV. 65. *Ponite de nostra bina tropaea domo.* Scriptum autem est *τρόπαιον* more communi, quum sit Atticorum *τροπαῖον.* vid. *Duker.* ad *Thucyd.* I. 46. ed. bip. PEERLK.

P. 3. v. 23. *ἄσωτον, σόν.*] Restitue *ἱκέτην ἔχεις: σῶσον τὸν ἐπὶ σε κατ.* Pag. 35. v. 10. *σῶσον ἡμᾶς ἅπαντας, καὶ μὴ περιΐδῃς* etc. perinde ut hoc loco etiam sequi-

sequitur *μή με περιΐδῃς*. Nisi potius videatur *σῶσον σὸν, ἐπί σε καταπ.* Serva jam tuum. Infra p. 80. v. 1. *λογιζομένη σῃ*. Erit forte qui praeferat *ἱκέτην ἔχεις ἀλωτὸν σὸν*, supplicem habes captivum tuum; sed mihi priora placent. HEMSTERH. Articulo forsan emendationi viri docti addito scripserat *Noster σῶσον τὸν σὸν, ἐπί σε κ. Aristoph.* Vesp. 392. *Ἐλέησον καὶ σῶσον νυνὶ τὸν σαυτοῦ πλησίχωρον*. ABRESCH. Ingeniosae sunt istae emendationes: sed mihi vulgata lectio satis commode stare posse videtur, et duplici quidem sensu; nimirum ut *ἄσωτος* intelligatur is, *de cujus salute nulla spes restat* (quemadmodum ap. *Aristot.* Problem. s. XXXIII. p. 830. A. et ap. *Plutarch.* Quaest. nat. Vol. IX. p. 635. ubi *ἀσώτως ἔχειν* est *desperato morbo laborare*) vel potius, ut usitato magis significatu *ἄσωτος* sit non modo *luxu perditus* seu *luxuriosus*, (prout ex Epicuro *ἄσωτος* vertit *Cicero* de finib. lib. II. c. 7.) sed latius patente vocabulo, *lascivus*, *incontinens*, *intemperans*. Ac profecto post verba illa, *magnum tibi tropaeum excitatum est de Habrocomis temperantia*, adposite sequitur *supplicem habes*, *intemperantem*, *tuum*, etc. LOCEL. Juvenis ille ferox, *ἀνέραστος* et *σώφρων* olim, quem nunc Amor duris pedibus premit, vocat se *ἄσωτον*, *perditum*, *lascivum*, abreptus ira et dolore. Proprie non erat *ἄσωτος* qui honesto amore captus esset. Judice *Orellio* in supplem. Not. ad *Nicol. Damascen.* p. 12. vim vocis h. l. optime explicuit *Locella*. Conf. *Herald.* ad *Arnob.* Adv. Gent. p. 273. et de *ἀσωτίᾳ Spanhem.* ad *Julian.* Caes. p. 467. Festive *Martial.* IV. Ep. 9. *Sotae filia clinici Fabulla — Deserto sequeris Clitum marito — Et donas et amas*, *ἔχεις ἀσώτως*. — Elegantissima autem est *Hemsterhusii* conjectura *σῶσον τὸν* sq. Nam erat eorum, ad quos confugerant supplices *σώζειν*. Ut *Plutarch.* Themist. c. 28. *σώσεις μὲν γὰρ ἱκέτην σόν*. *Heliod.* IV. p. 164. *σῶζε — ξένους καὶ ἀπέλιδας ἱκέτας*. Eurip. Orest. 383 — 384. — Altera *Hemsterhusii* conjectura, *ἀλωτὸν* habet etiam quo se commendet. Ante jam dixerat *Xenophon*, Habrocomen etiam Amori videri *δυσάλωτον*, et apposite *Lucian.* in Asino T. III. p. 351. *ἐπεί με, τὸν πάλαι ἀδαμάντινον, ὡς ἔλεγον αἱ γυναῖκες, ἐς μηδεμίαν γυναῖκα τὰ ὄμματα ταῦτα ἐρωτικῶς πότε ἐκτείναντα, συλλαβοῦσα τῇ τέχνῃ ταύτῃ, αἰχμάλωτον ἔχεις, ἐρωτικῷ πολέμῳ ψυχαγωγοῦσα*. PEERLK.

P. 3. v. 23. *τὸν*.] Sic edi curavi e Cod. Flor. In edd. est *τῶν*. LOCEL.

P. 3. v. 24. *ὑπερηφάνουν*.] Verbum istud non probat *Pollux* IX. 146. verum tamen legitur in *Homero*, et aliis quos laudat *H. Steph.* in Thes. quibus addere potes *Joseph.* A. J. lib. II. c. 4. s. 5. IV. 3. 1. VI. 3. 4. et de B. J. lib. I. c. 19. s. 6. *Aristaen.* lib. II. ep. I. Occurrit rursum apud *Nostrum* p. 38. v. 5. Ad-

Admonuit *Hemsterh.* in Londin. edit. satis illa quidem mendosa, excusum esse ὑπερεφάνουν: tamen recte legitur in Cod. Flor. Error iste religiose custoditus fuit in mendosiore etiam Lucensi edit. et auctus adhuc in φαυλεπιφαυλοτάτῃ Vindobonensi, ubi legitur ὑπερεφάνην. V. 8. Cod. Flor. male Ἀνθίας. Nasutus vero Vindob. editor mox dedit μόνῳ pro μόνον, emendare scilicet cogitans. Deinde v. 9. in Cod. Flor. recte exaratum εὐεργέτης, at in ed. Lond. excusum est εὐεργήτης, quamquam talia monere, ut *Hemsterhusius* addit, vix est operae pretium. De particula καὶ in similibus loquendi modis post ἀλλὰ subaudienda v. *Zeun.* ad *Viger.* p 506. et *Xenoph.* Mem. Socr. lib. I. c. 6. s. 2. LOCEL. Plene scilicet in sqq. dixisset μὴ πικρὸς ὂν μόνον, ἀλλὰ καί. In priore ergo parte omissum est ὂν, ut apud Latinos *non.* Sic saepe *Cicero* v. c. Orat. I. in Catil. — Nihil cogitas, quod ego non modo audiam, sed etiam videam. conf. *Muret.* V. L. lib. X. c. VII. In posteriore parte omittitur καί. Et ita *Cicero* de Orat. lib. II. c. 89. *non modo tibi ignoscimus, sed te deligimus.* PEERLK.

P. 3. v. 27. εἰσπράξασθαι.] Cod. Flor. vitiose τὸ πράξασθαι. Quod edidimus habent edd. videturque fuisse sic emendatum inter scribendum a *Salvinio* in ejus apographo, ad cujus fidem descriptum est exemplar, quod sequuti sunt typothetae in Londin. ed. Mox v. 12. addidi articulum ante Ἀνθίᾳ, qui deëst in edd. at in Cod. Flor. reperitur, teste Cl. Weigel. LOCEL.

P. 3. v. 27. διέκειτο — πονήρως.] Amoris morbo graviter laborabat. Supra jam illustrarunt interpretes. Et sic *Plato* in Conviv. ὡς δεινῶς διάκειται ἔρωτι τοῦ δυομαστεὶ γινέσθαι. Ubi non necesse est legere cum *Tollio* ad *Cicer.* Orat. pro Arch. p. 82. δεινῷ. In *Josepho* quidem A. J. I. 11. nescio an praeferendum sit δεινὸς εἶχεν αὐτὸν γενέσεως ἔρως, quod habent nonnulli, pro δεινῶς. Quamquam in similibus adverbia saepe pro adjectivis usurpantur, cujus rei multa exempla dedit *Jensius* Lect. Lucian. p. 212 — 213. PEERLK.

P. 3. v. 27. φέρειν — δυναμένη.] Plurima Graecorum et Latinorum verba activa ponuntur quasi sint neutra. Substantivum ergo pro ratione sensus est intelligendum, ut hoc loco ἔρωτα, πάθος aut simile. *Charit.* lib. III. p. 40. Διονύσιος δὲ ἀποτυγχάνων τοῦ Καλλιῤῥόης ἔρωτος, μηκέτι φέρων. *Herodian.* I. 12. τιτρωσκόμενοι καὶ μὴ φέροντες, ἐς φυγὴν ἐτράπησαν. Ex Graeco, ut plurima, habet *Terent.* Eunuch. At. I Sc I. v. 9. *iudicans — te amare et ferre non posse.* Quod corrupit *Heuman.* Poec. T. II. p. 476. emendans — *te amorem ferre non posse.* Neque hanc ille conjecturam probaverit *Bentleio*, cui eam proponit, homini Graecae scientissimo. Praeterea ex hoc loco *Terentii* patet optime dici Latine *aliquid non ferre*

 posse,

pro quo vulgatius est *aliquid non ferre.* Bene ergo *Lactant.* Argum Metam. Ovid. VII. 26. *Cum ejus absentiam ferre non posset.* Hunc locum male culpat *Munker.* ad Hygin. p. 314. credens meliores pro eo dicturos fuisse *cum non ferret.* Ut autem alii *ferre*, sic *Virgil.* Ecl. X. 53. *pati* absolute posuit V. et *Gronov.* ad *Senec.* Thyest. v. 470. PEERLK.

P. 3. v. 26. ἐπεγείρει.] Hoc loco ἐπεγείρειν translato sensu est *excitare*, *suscitare.* Ista potestate legitur e. c. apud *Eurip.* Herc. fur. 1048. *Lucian.* de Saltat. Vol. II. p. 316. et in *Act. Apost.* XIII. 50. XIV. 2. *Salvinius* minus recte *risveglia se stessa*, nec *Cocchius* melius *experrecta;* oportet enim fuisse jam experrectam, quae dicitur, aegritudine pressa perferre eam amplius nequivisse. Infra p. 36. v. 6. eodem sensu est ὀψὲ δὲ — αὐτὴν ἐγείρασα. LOCEL. Ego valde dubito an *Cocchius* hoc sensu voluerit intellectum illud *experrecta.* Nam et Latinum *expergisci* eadem translatione ad animum pertinet qua Graecum ἐπεγείρειν. v. c. *Terent.* Adelph. IV. iv. 22. *nunc porro Aeschine expergiscere.* Simplex ἐγείρειν legitur ap. *Lucian.* Asin. T. II. p. 394. ἄγε συ — ἔγειρέ μοι σεαυτόν. *Ach. Tat.* VI. p. 397. Nero etiam apud *Sueton.* Vit. Ner. c. 49. segnitiem suam his verbis increpabat. οὐ πρέπει Νέρων, οὐ πρέπει. νήφειν δεῖ ἐν τοῖς τοιούτοις. ἄγε, ἔγειρε σεαυτόν. PEERLK.

P. 3. v. 29. παρ' ἡλικίαν.] Idem valet quod e. c. apud *Joseph.* A. J lib. VI. c. 9. s. 2. οὐ καθ' ἡλικίαν. Minime autem insolens, sed solitum potius fuisse, ut in Jonia puellae quatuordecim annorum nuberent, maxime credibile est, quemadmodum id hodieque in Asia fieri consuevit. Quocirca mirari subit, cur Anthiam amore capi παρ' ἡλικίαν esse significet *Noster*, qui tamen eam non multo post, ut videtur, Habrocomi nupsisse narrat, sexdecim aut septemdecim annorum adolescentulo, et vero, quod ad hunc attinet verius παρ' ἡλικίαν. Animadvertisse hoc videbis ipsum *Xenophontem*, p. 28 — 29. Intra vicesimum annum feminae notitiam habere adolescentem vetabant Pythagoraei, teste *Jamblich.* Vit. Pythag. c. XXXI. p. 172. Similiter et *Ocell. Lucan.* de Mundo c. IV. Apud *Achill. Tat.* lib. I. c. 3. p. 24. pater Clitophontis, decimum nonum aetatis annum egressi, nuptias ei in annum sequentem parasse narratur. Novimus praeterea *Hesiodum* Op. et D. 695—698. maribus tricesimum fere aetatis annum feminis decimum quintum, sive, ut eum locum volunt intelligi, decimum nonum ad matrimonia ineunda praescribere; *Platonem* de Rep. lib. V. Vol. VII. p. 26. et de Leg. lib. IV. Vol. VIII. p. 195. feminis vicesimum, maribus tricesimum; *Aristotelem* autem de Rep. lib. VII. c. 16. feminis duodevicesimum, maribus duntaxat tricesimum septimum

timum annuum praefinire; attamen leges *positivas*, ut dicimus hac de re, nisi apud Lacedaemonios, constitutas fuisse non adparet, (vide *Xenoph.* de Rep. Laced. c. I. §. 6.) Quod canit Ascraeus poëta consilium est, non lex: et quae apud duumviros philosophos leguntur ad mentem legum Lycurgi scripta, politica tantummodo praecepta esse videntur ad robustiorem sobolem procreandam. LOCEL. Παρ' ἡλικίαν occurrit ap. *Plutarch.* Vit. Them. c. 2. Lys. Orat. II. c. 2. *Artemid.* I. c. 16. τὰ γὰρ παρὰ τὴν ἡλικίαν μοχθηρὰ πάντα. Dictum autem ex persona Anthiae elegantissime est. Nesciebat virgo quid esset amor, deque eo audierat tantum. Jam vero captam se esse, id vero novum et maturum videbatur. Amare se Habrocomen, ignosci sibi posse — modo non esset παρ' ἡλικίαν. Fluctuat pudorem inter et amorem. Pudor fingit causas, ut amor quasi crimen videatur. Sic ingeniosissimus poëta *Ovid.* Medeam secum de Jasone fecit loquentem VII. Met. 11. sqq Proprie itaque παρ' ἡλικίαν non est intelligendum. Neque locus, quem laudat *Locella* p. 28—29. huc facit. Dicit nempe ibi Euxinus latro ad Habrocomen. τί δέ σοι γυναικὸς δεῖ νῦν καὶ πραγμάτων? τί δὲ ἐρωμένης, τηλικῷδε ὄντι? Quae, ut a latrone, optime et ad rem dicta sunt. Voluit scilicet persuadere juveni, ut turpi, quo flagrabat Corymbus, amori succumberet, nec florem aetatis mulieri impenderet. Eadem persuadendi ratione, ab aetate ducta, utitur ille apud *Ach. Tat.* lib. I. p. 31. — μηδὲ τὸ ἄνθος πρὸ καιροῦ τῆς ἥβης ἀπολέσῃς. Non ignorabat *Locella*, quam saepe in veterum scriptis verba alicujus non auctori sint adscribenda, quasi et ipse ita sentiret. Quod ne in poëtis faciant adolescentes, utilia monuit *Plutarch.* de Aud. poët. c. III. — Ceterum mature puellas in Graecia nupsisse patet etiam exemplo uxoris Ischomachi, cui illa ἔτη οὔπω πεντεκαίδεκα γεγονυῖα nupsit. Xenoph. Oecon. VII. s. 5. Ac narrat alicubi *Villoisonus* in Fragment. de Graecia hodierna, virgines in insula Stampalia domum duci, natas annos undecim vel duodecim. Caeterum *Homerus* eumdem, quem Xenophon Anthiae, pudorem tribuit Nausicäae Odyss. Z. 66. PEERLK.

P. 3. v. 31. παρθένος ἐγὼ φρουρουμένη τίνα βοηθὸν λήψομαι? τίνι πάντα κοινώσομαι?] Reminiscentiam horum verborum deprehendisse mihi videor ap. *Aristaen.* lib. II. ep. 5. p. 80. πολεμεῖ παιδισκάριον — ἔτι φρουρουμένην — δέδοικα σύμβουλον προσλαβέσθαι — ἐγὼ δὲ οὐδὲ βουλὴν — οἷα τέ εἰμι — ἐξευρεῖν.. Versu 5. ἑαυτῶν est pro ἀλλήλων. V. adnot. ad. p. 20. v. 7. LOCEL. Magna scilicet cura apud veteres Graecos virgines servabantur, atque adeo in thalamis concludebantur, unde et κατακλειστοὶ dictae. Hinc *Lucian.* Tim. p. 109. ὁ δὲ μήτε αὐτὸς προσάπτοιτο ἀκμαίας καὶ καλῆς παρθένου, μήτε ἄλλῳ προσβλέπειν ἐπιτρέποι, ἄγονον δὲ καὶ στεῖ-

ραν κατακλείσας παρθενεύει. conf. ibi *Hemst.* e. min. Elegans *Thucydidis* dictum memorat *Plutarch.* de Mulier. Virt. T. II. p. 263. *καθάπερ τὸ σῶμα καὶ τοὔνομα τῆς ἀγαθῆς γυναικὸς οἰόμενος δεῖν κατάκλειστον εἶναι καὶ ἀνέξοδον.* Alia notat *Abresch.* Lect. Aristaen. pag. 212. Vim vocis minime intellexit *Jani*, eam usurpans ad explicandum *Horatii devium scortum* II. Od. 11. 21. — *Παρθένου τηρουμένης* meminit *Ach. Tat.* I. p. 33. ubi vulgo male editur in ed. *Salmas.* *ἐρωμένης*, quod monet ille p. 552. Conf. *Hesiod.* Op. et. D. v. 520. Quae vero agebant et discebant virgines in thalamis, futurae matri familias utilia, ad nostri quidem temporis rationem, erant exigua. Optime rem cognosces ex *Xenoph.* Oecon. Cap. VII. ubi Ischomachus ad Socratem. Quid uxor mea didicerit? *ἣ ἔτη μὲν οὔπω πεντεκαίδεκα γεγονυῖα ἦλθε πρὸς ἐμὲ, τὸν δ' ἔμπροσθεν χρόνον ἔζη ὑπὸ πολλῆς ἐπιμελείας, ὅπως ὡς ἐλάχιστα μὲν ὄψοιτο, ἐλάχιστα δ' ἀκούσοιτο, ἐλάχιστα δ' ἔροιτο.* *Lysias* Or. II. loquens de puellis quibusdam *αἳ οὕτω κοσμίως βεβιώκασι ὥστε καὶ ὑπὸ τῶν οἰκείων ὁρώμεναι αἰσχύνεσθαι.* Non probat hunc morem *Xenoph.* de Repub. Laced. I. §. 3 *τὰς μὲν οὕτω τρεφομένας πῶς χρὴ προσδοκῆσαι μεγαλεῖον ἄν τι γεννῆσαι?* Neque vero aliter esse potuit quin *Xenophon*, homo integri et acerrimi judicii perspiceret, quantum feminae adferre possent ad augendam in vita communi humanitatem, si societati et conviviis virorum adessent; inprimis si, ut virgines Romanae, artibus liberalibus instruerentur, quod suadebat Cleobulus apud *Diog. Laërt.* p. 63. dicens, *δεῖν συνοικίζειν τὰς θυγατέρας, παρθένους μὲν τὴν ἡλικίαν, τὸ φρονεῖν δὲ γυναῖκας. ὑποδεικνὺς ὅτι δεῖ παιδεύεσθαι καὶ τὰς παρθένους.* ubi conf. *Casaub.* Not. p. 22. Idem tractavit *Musonius εἰ παραπλησίως παιδευτέον τὰς θυγατέρας τοῖς υἱοῖς*, cujus scriptum edidit *Wyttenb.* in Philomath. lib. I. p. 157. Virgines autem Graecas, uxores et matres factas, etiam in interiore aedium parte vivere, neque ad convivia virorum adhiberi, notum est, legi tamen meretur *Muret.* V. L. VII. 11. PEERLK.

P. 3. v. 33. *τὰς ὄψεις τὰς ἑαυτῶν.*] Si servanda sit lectio, *ἑαυτῶν* pro *ἀλλήλων* sumendum est, quod bene dici Graece, atque etiam esse Atticorum affirmant *Hesychius*, *Suidas*, *Priscianus*, frustraque negat *Eustathius* cum aliis, quos refellunt *Abresch.* ad *Nostri* p. 10. et *Tresling.* Advers. Crit. pag. 44. laudans *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. I. 21. et *Alberti* Observ. Philol. p. 389. Adde *Coraëm* ad *Heliod.* T. II. p. 7. qui pariter dixerat *τολμᾶν ἑαυτοῖς παρεκελεύοντο*, pro *ἀλλήλοις.* in sqq. jungenda sunt *τὰς εἰκόνας ἀλλήλων*, cum Hemsterh. — Quod nisi facias, verba sunt ambigua. Et hoc me olim movit ut proponerem in specim. Observ. p. 36. transpositionem *ὄψεις ἀλλήλων — ψυχῆς ἑαυτῶν.* Ea nunc facile care-

caremus, et sic sentiet credo, vir doctus in *Annal. Belg.* qui eam vocat felicissimam. PEERLK.

P. 3. v. 34. *τὰς εἰκόνας — ἀναπλάττοντες.*] Loca παράλληλα in *Aristaen.* lib. II. ep. 11. *Ach. Tat.* lib. II. p. 91. lib. V. p. 307. comparavit *Abresch.* (quibus adde sis *Charit.* lib. IV. c. 2. p. 89. et lib. VI. c. 4. p. 138. ubi est ἀναζωγραφῶν καὶ ἀναπλάττων) admonetque his locis ἀναπλάττειν vix differre a φαντάζεσθαι, qua item notione ait poni a *Luciano* de Electro p. 525. et forma media in Navig. p. 678. LOCEL. Translatio ab artificibus qui ex argilla aliave materia imagines fingunt. Elegans est locus Xenophontis Attici Sympos. Cap. IV. s. 21. *ἢν δὲ μὴ ὀνομάζω, ἧττόν τι με δίει μεμνῆσθαι αὐτοῦ? οὐκ οἶσθα ὅτι οὕτω σαφῶς ἔχω εἴδωλον αὐτοῦ ἐν τῇ ψυχῇ, ὡς εἰ πλαστικὸς ἢ ζωγραφικὸς ἦν, οὐδὲν ἂν ἧττον ἐκ τοῦ εἰδώλου ἢ πρὸς αὐτὸν ὁρῶν, ὅμοιον αὐτῷ ἀπειργασάμην.* Ad hanc rationem emendari posse mihi videtur *Claudian.* Epithal. Hon. et Mariae v. 6. de amante Honorio. — *Non illi venator equus, non spicula curae — Non jaculum torquere libet. mens omnis aberrat — In vulnus quod fixit amor.* Sic edidit *Heins.* Alii Codices habent. *In vultus quos fixit amor.* Unde conjicio *In vultus quos finxit Amor.* Ut *Meleag.* in Anthol. Lub. lib. VII. pag. 940. Ἐντὸς ἐμῆς κραδίης τὴν εὔλαλον Ἡλιοδώραν — Ψυχὴν τῆς ψυχῆς ἔπλασεν αὐτὸς ἔρως. *Eustath.* de Hism. lib. IV. p. 154. νοῦς γὰρ ἔρωτι τρωθεὶς ὅλον καθ' αὐτὸν ἀναπλάττει τὸν ἔρωτα. *Th. Prodrom.* lib. VIII. v. 362. Ὃς ζωγραφεῖν ὤμνυτο τὴν ἐμὴν θέαν — Μέσῳ πρὸς αὐτῷ καρδίας πινακίῳ. Alia dedit ad h. l. *Tresling.* Adv. p. 44 PEERLK.

P. 3. v. 35. *ἥει δὲ ἡ.*] Sic scribi vult *Abreschius* pro ἥει ἡ in supp. edd. habetque sibi me ita plene adsentientem, ut particulam textui inserere non dubitaverim. De nexu inter μὲν et δὲ apud Nostrum alibi etiam neglecto, sed restituendo, consule indicem. LOCEL. Ego Locellam secutus fui, quod et fecit Mitschr. PEERLK.

P. 4. v. 2. *τὸ βλέμμα — ἠλλαγμένοι.*] Similia iterum *Idem* (*Abreschius*) contulit loca *Luciani* in Abdic. pag. 810. de Dea Syria p. 887. *Aristaen.* lib. I. ep. 10 et 13. et *Joseph.* A. J. lib. VII. c. 8. s. 1. quae indicanda solum, et non etiam ad verbum esse transcribenda putabam: atque hanc parsimoniam plerumque a me fuisse adhibitam, praesertim in adnotationibus *Abreschii*, et meis, non improbabunt, spero, eruditi lectores. LOCEL. Ego contra in meis hanc mihi parsimoniam non esse adhibendam judicavi. Nam, ut tironibus inprimis utile est et jucundum loca conferre similia, sic magna pars hujus utilitatis et jucunditatis perit, si quis nuda tantum loca indicet. Pauci enim ipsa verba in scriptoribus

quaerunt, et, quamvis hunc laborem non defugiant, pauciores possident omnes fere Graecorum auctorum editiones, nedum Eroticorum. PEERLK.

P. 4. v. 2. *καὶ τοῦτο ἐπιπολὺ ἐγίνετο, καὶ πλέον οὐδὲν αὐτοῖς ἦν.*] *Salvinius recte: e questo fu per un pezzo, e non veniva loro alcun prò.* Contra ea *Cocchius* pessime: *et haec omnia in pejus; nec profuit in templo interdiu morantibus se mutuo spectare*, adnectens etiam, quae cum praecedentibus jungi non debent, verba *ἐν τούτῳ — ἐνεώρων ἀλλήλοις.* Pro *diu* ἐπιπολὺ (sic enim conjunctim scribi etiam solet quando adverbii more usurpatur) legitur e. c. apud *Thucyd.* lib. II. c. 64. *Lucian.* Navig. Vol. III. p. 250. et aliquoties apud *Arrian.* de Exped. Alex et *Herodian.* Supra p 8. v. 7. occurrit pro *nimium*, *valde*; ibique divisim scriptum reliquimus, quoniam perinde est. LOCEL. Ante *Locellam* eadem ratione locum jam bene constituerat *Tresling.* Advers. pag. 45. *Mitscherl.* putat haec verba sede sua esse excussa, collocandaque post *αἰδούμενοι.* *Alter alterius aspectu fruebatur; diuque nihil amplius inter ipsos intercedebat commercii.* Ego non video cur ab explicatione Locelliana recedamus. PEERLK.

P. 4. v. 3. *πλέον οὐδ'. αὐτ. ἦν.*] Est hic satis obvius loquendi modus, de quo, si cui minus cognitus sit, plura subministrabit *Villois.* ad Longum p. 102. LOCEL. *Tresling.* laudat *Heliod.* VIII. p. 382. *Ach. Tat.* lib. II. p. 91. et *Boden.* ad eumdem p. 139. Et sic in *Anthol.* Lub. lib. VII. pag. 982. *Δεινὸς ἔρως, δεινός. τί δὲ τὸ πλέον, ἢν πάλιν εἴπω — Καὶ πάλιν οἰμώζω πολλάκι, δεινὸς ἔρως.* *Quid juvat?* male interpres, *quid tum postea.* *Sophocl.* Antig. 268. PEERLK.

P. 4. v. 3. *ἐν τούτῳ ἐν τῷ ἱερῷ.*] Deësse nonnihil videtur ad implendam narrationem. HEMSTERH. Forte dederat: *καὶ πλέον οὐδὲν αὐτοῖς ἦν ἐν τούτῳ, ἢ ὅτι ἐν τῷ ἱερῷ*, aut etiam propius insistendo vestigiis literarum, quas habemus, *καὶ πλέον οὐδὲν αὐτοῖς ἦν, ἢ ἐν τούτῳ, ὅτι ἐν τῷ ἱερῷ.* ABRESCH. Non erat omnino cur haererent hic dumviri Graece tam docti. Sciebant illi certo certius *ἐν τούτῳ* non raro significare *interim*, *interea*, sed humani quidpiam sunt passi: quam veniam eo lubentius damus, quo magis ea nobis ipsis opus esse intelligimus. Salvinius recte *in questo;* tamen *Cocchius*, *Salvinii* popularis, quique, procul dubio, versionem ejus Italicam legerat, antequam Latinam suam ederet, velut si illud *in questo* non intellexisset, aut non probasset, verba *ἐν τούτῳ* plane omisit, quemadmodum paullo supra in adnotatione ad p. 9. v. 11. ubi ejus translationem istius loci culpavimus, animadvertere licuit. Vix oculis meis fidem habui, ubi primum legi quae *Hemsterh.* et *Abresch.* ad planissimum hunc

hunc locum adnotarunt; nam formula ἐν τούτῳ, vel ἐν τούτοις, apud tot alios scriptores, et Atheniensem inprimis *Xenophontem* saepissime obvia, persaepe etiam ipsum *Nostrum* usum fuisse memineram. Vide p. 21. v. 2. p. 25. v. 6—7. p. p. 25. v. 5—6. p. 39. p. 13. p. 47. v. 11. p. 63. v. 1 et 4. p. 81. v. 2. p. 91. v. 14. p. 93. v. 11. p. 104. v. 13. p. 108. v. 14. p. 109. v. 13. p. 113 v. 10. p. 114 v. 10. LOCEL. Vera sunt, quae scribit *Locella*. Adeo, quae exigua sunt, magna interdum ingenia fugiunt. *Abreschius* autem volebat similem fere structuram illi ap. *Long.* III. Pastor. p. 300. Χλόῃ μὲν ἦν οὐδὲν χρηστὸν ἦν, ὅτι μὴ τῆς ἐπιούσης ἡμέρας ὀφθησόμενος ὁ Δάφνις. *Palairet.* etiam locum habens corruptum, legebat τοσοῦτο μὲν — — — — — τοσοῦτο δὲ ἀνεστέναξέ ποτε εq. PEERLK. "

P. 4. v. 3—4. ἐνεώρων ἀλλήλοις.] Hoc loco ἐνορᾷν non valet solum *spectare*, quemadmodum reddidit *Cocchius*. *sed oculos defigere.* Multo minus recte *Salvinius*, interpretatus est, *facevano agli occhi dire il vero*, τὸ ἀληθὲς ex sequentibus perperam immiscens. Ἐνορῶ σοι ait *Stephan.* in Thes. dici a *Xenophonte* Atheniensi, sed locum non indicat, qui est in Cyrop. lib. I. v. 4. s. 27. Occurrit aliquoties apud *Plutarch.* Legitur quoque apud *Aelian.* de N. A. lib. XVII. c. 13. et in confictis illis epistolis *Themist.* ep. XIX. s. 27. LOCEL.

P. 4. v. 4. τοσοῦτο δὲ ἐστέναξεν ἄν ποτε.] Nihil intricatius, si uno ordine conjungas. Difficultatem expedit comma loco positum: τοσοῦτο δὲ, ἐστέναξεν ἄν ποτε, *tantum vero, hoc unum vero, nec quidquam amplius, pudore deterritus, audebat, quam ut dolorem gemitu et lacrymis proderet.* Ea vis est in τοσοῦτο vel τοσοῦτον δέ. Structura paullum diversa p. 36. v. 11. p. 56. v. 4. *Long.* Past. lib III. p 99. ἴσθι μόνον ὦ Δρύα, τοσοῦτον. HEMSTERH. Vereor ut locus aliquis proferri possit, ubi τοσοῦτον ita nude atque absolute positum sit, quemadmodum in hoc loco adhibitum vult vir doctus. Equidem non memini me *isto sensu* legere, nisi cum verbo aliquo conjunctum, a quo igitur non potest commate disjungi. Exemplis ex *Auctore nostro* et *Longo* indicatis, iisque quae *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 427. subministravit, plura addere supervacaneum foret. In talibus nimirum τοσοῦτο valet τοῦτο, vel τοσοῦτο μόνον, quod interdum sic plene reperitur, velut e. c. apud *Xenoph.* Cyrop. lib. VII c. 1. s. 2. et Latina commode vertitur: *hoc solum*, *hoc saltem*, *hoc tantum*, vel *eatenus*, *hactenus.* Est etiam, ubi solo adverbio *tantum* reddi debet, i. e. pro ratione loci, aut *tantillum*, aut *tantopere.* Cum subsequente ὅσον, vel ὥστε constructum vertitur *adeo*, *ut*, vel *tamquam.* Denique τόγε τοσοῦτον, quod dici videtur pro κατὰ τόγε τοσοῦ-

τον

τον μέρος, converti fere semper potest: *quod ad hoc quidem adtinet, hac quidem in parte, eatenus,* sive *hactenus quidem.* Solet autem haec formula vel in fine periodi poni, prout in exemplo ab *H. Steph.* in Thesauro prolato. cui adde *Platon.* de Leg. lib. VII. Vol. VIII. p. 373. vel ante verbum, ad quod spectat, prout e. c. apud *Lucian.* Tim. Vol. I. pag. 158. ἢ τόγε τοσοῦτον παρανομήσομεν, ubi non satisfacit Scholiastae explicatio. Apud *Eumd.* vero in Hermot. Vol. I. p. 702. τόγε τοσοῦτον ἴδια, idem modo valet quod simplex τοσοῦτον. i. e. τοῦτο μόνον. Haec denuo inculcanda esse putabam, cum propterea, quod interpretes Latinos saepius variam vim vocis τοσοῦτον non cepisse deprehendi, tum vero, ut adpareat in *Nostro* loco de quo agitur, quamvis ea potestate, qua vult *Hemst.* positum non credamus, tamen cum verbo ἐστέναξεν, inusitato quodam modo junctum, reddi non posse *hoc solum*, sed videri adhibitum esse pro *tantummodo*, quod Latine etiam solo vocabulo *tantum* potest significari. Porro ἐστέναξεν ἂν verti *ingemiscere solebat*, non modo propter notam illam Aoristi vim, de qua ad p. 2. v. 12. verum etiam propter particulam, ἂν in repetitis actionibus significandis addi solitam. Vide *Vauvill.* ad Sophocl. Philoct. Vol. II. pag. not. 44. et *Brunck.* ad Eumd. v. 290. LOCEL. Non desunt tamen loca, in quibus τοσοῦτον aut, quod idem est, τοσαῦτα absolute posita videantur, ut verbum aliquod sit intelligendum. v. c. *Eurip.* Jon. v. 164. τοσαῦτα. κεὐτυχοῦμεν ὦ ξέν' ἐν πέρα. Scilicet εὐτυχοῦμεν. Sic τοῦτο καὶ μόνον ap. *Heliod.* IV. p. 164. ἡ μὲν Χαρίκλεια, τοῦτο καὶ μόνον, εἰς γῆν τε νεύουσα. Similiter fere *Achill. Tat.* lib. IV. pag. 235. τοῦτο πρῶτον, Μενέλαε, σβέσον τὸ πῦρ. Neque desunt ap. Latinos. *Virg.* II. Aen. v. 690. *Hoc tantum.* sc. *peto.* Sueton. Vit. Calig. c. 44. *Nihil amplius.* sc. *fecit.* ad. g. l. vid. interpretes. — Ceterum illud inusitatum, quod dicit *Locella*, τοσοῦτον sc. jungi cum ἐστέναξεν non perspicio. Cur non aeque rectum est, atque illud p. 36. τοσοῦτον σου δεήσομαι, et p. 56. τοσοῦτον ἠδυνήθην τὸ σῶμα διασῶσαι. Adde *Mercer.* ad Aristaen. Ep. 16. lib. I. et *Valcken.* ad Eurip. Hippol. p. 250. PEERLK.

P. 4. v. 5. προσεῖχετο, τῆς κόρης ἀκουούσης ἐλεεινῶς.] Gravius haec sunt adfecta, ubi nec verbi ratio, nec sententiae ullo modo consistit. Dum certius aliquid extundatur, tentavi: καὶ προσεῖχέ τε vel τοι τῇ κόρῃ κωκυούσῃ ἐλεεινῶς, *et animum tamen attendebat virgini gementi miserabiliter.* Ita p. 2. v. 4. προσεῖχον ὡς θεῷ τῷ μειρακίῳ. 'Ανακωκύειν vero καὶ ἀνοδύρεσθαι plus semel apud *Nostrum* leguntur. *Lucian.* in Catapl. p. 438. D. δακρύσασα ἐπ' ἐμοὶ, κωκύουσα etc. Attamen suspicari me non diffiteor, aliud quiddam latere in προσεῖχετο, cum quo con-

connecti debeat ἐλεεινῶς, interjectis illis, τῆς κόρης ἀκουούσης, *audiente virgine*. Hoc quum felicior hora detexerit, statim, opinor, patebit vera Xenophontis manus. HEMSTERH. Quum post propositam conjecturam, vir perspicacissimus suspicetur aliud quid vitii latere in προσείχετο, coepi cogitare sitne forsitan legendum προσεύχετο, *lamentabili voce preces demurmurabat*, ὀυ γεγωνίσκων λόγους, quomodo Orest. ap. *Eurip.* Electr. 809. neque ut verba Anthiae essent ἐξάκουστα, prout Megamedem precatum legimus infra p. 19. v. 1. Favet pag. 10. v. 3. Vide de more tacite et cum murmure vota faciendi V. D. ad *Petron.* c. 85. ABRESCH. Longe probabiliorem *Abreschii* quam *Hemsterhusii* conjecturam sequutus ex parte sum in mea versione, ut justus saltem aliquis verborum sensus ederetur. LOCEL. Mihi, quum melius nihil habeamus, visum fuit prorsus sequi *Abreschium*. Neque ἐλεεινῶς jungi potest cum ἀκουούσης. PEERLK.

P. 4. v. 6. ἔπασχε μὲν τὰ αὐτά.] Ex palmaria et verissima Cl. viri emendatione sequitur haec verba vertenda esse. *Anthia autem faciebat eadem*, hoc est, *Anthia preces quoque fundebat*. Solet πάσχειν pro ποιεῖν occurrere. *Aelian.* V. H. lib. IX. c. 27. *Ariston.* ap. *Stob.* Serm. 77. p. 456. πάσχουσιν, ὅπερ νεώνητοι κύνες. Hinc appositissime *Schol.* ad *Aristoph.* Nub. V. 233. τὸ δὲ πάσχειν ὀυ μόνον ἐπὶ τῶν πασχόντων τι λέγεται ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν ποιούντων. PALAIR.

P. 4. v. 6. συμφορᾷ.] Hoc loco *morbum* (animi scilicet) designat prout pag. 10. v. 11. morbum corporis quod nec *Salvinius* nec *Cocchius* in loco animadverterunt. Infra p. 10. v. 12. ab sacrificulis τὸ δεινὸν vocatur, et p. 11. v. 13 et 14. in oraculo νοῦσος. Apud *Lucian.* in Lexiph. Vol. II. p. 343. συμφορὰν rectius, opinor, *morbum* vertisset *Gesnerus*, quam *calamitatem*. LOCEL. Vox etiam ita occurrit ap. Lysiam Orat. II. p. 25 et 26. ubi senex queritur se victum hoc animi morbo, seu libidine, ἀισχυνόμενος τῇ συμφορᾷ. Araspes in Cyrop. VI. 1. s. 17. amorem suum vocat συμφορὰν. Νόσος quoque et Latinorum *morbus* frequenter de *amore* ponuntur. Vide *Verheyk.* ad *Anton. Liber.* cap. 34. PEERLK.

P. 4. v. 6. ἐις 'Αβροκ.] Praepositionem hic necessariam, cum *Hemsterhusio* inserunt *Locel.* et *Mitsch.* quos fui secutus. PEERLK.

P. 4. v. 8. λυπουμένη.] Comparat hic *Abreschius* parum utiliter locum *Longi* Past. lib. II. c. 2. p. 134. Idem fecit *Villois.* ad *Long.* pag. 78. *Nostri* locum adferens. LOCEL.

P. 4. v. 8. μὴ παρευδοκιμηθῇ.] Verbum frequentatum hujus generis scriptori-

bus. Rursum eo utitur *Noster* p. 95. v. 12. p. 117. v. 4. Vide sis *Long.* Past. lib. I. c. 2. p. 32. lib. IV. c. 24. p. 490. *Heliod.* lib. II. c. 8. p. 104. *Achill. Tat.* lib. V. c. 22. p. 476. lib. VIII. c. 8. p. 672. *Charit.* lib. V. c. 3. p. 109. bis. lib. VI. c. 8. p. 146. *Aristaen.* lib. I. ep. 27. *Alciphr.* lib. I. ep. 39. Ante μὴ erit forte qui καὶ requirat, sed participia ἀσύνδετα *Nostro* esse familiaria admonuimus p. 141—142. in adnot. ad p. 7. v. 7—8. Neque desunt apud optimos Graecos scriptores hujusmodi exempla. Vide adnot. ad pag. 37. v. 9. LOCEL. Adde quae de verbo παρευδοκιμεῖν notavit *Bergler.* ad *Alciphr.* lib. I. ep. 39. *Philostr.* Ep. 33. In *Longi* quidem loco laudato I. p. 11. lego ὥς γε ὑπὸ τῆς οἰὸς παρευδοκιμηθῆναι δεδοικυῖα. pro vulgato ὥστε quod non placet *Villoisono* legenti ὥσπερ. PEERLK.

P. 4. v. 9. εὐχὰς—λανθάνοντας.] Male verterat *Cocchius. Vota quidem apud Deam uterque eadem insciens faciebat.* Hac enim significatione verbum λανθάνειν aliter solet construi. Verte: *clam vota faciebant. Locella* monuit nihil quidem, bene tamen eum intellexisse ex eo patet quod reddidit *vota tacita.* Nota est hominum consuetudo qui aperto voto agere non audebant. Gravissima sunt quae ex *Athenodoro* adfert *Seneca* Ep. X. „Tunc scito te esse omnibus cupiditatibus „solutum, cum eo perveneris, ut nihil Deum roges, nisi quod rogare possis „palam. Nunc enim quanta dementia est hominum? Turpissima vota Diis insu„surrant, si quis admoverit aurem, conticescent, et quod scire hominem nolunt, „Deo narrant." Ex multis addam *Charit.* lib. III. p. 56 Διονύσιος μὲν οὖν πάντων μὲν ἀκουόντων εἶπε τὴν εὐχὴν, Καλλιῤῥόη δὲ μόνη ἐθέλησε πρὸς τὴν Ἀφροδίτην λαλῆσαι. PEERLK.

P. 4. v. 10. τὸ σῶμα πᾶν ἠφάνιστο.] *Jam ipsi corpus totum defloruerat, et pallore ac macie sic erat foedatum, ut aliud plane videretur, neque ullae pristini vigoris amplius apparerent notae.* Infra p. 39. v. 8. ἅτε γὰρ βάσανοι τὸ σῶμα πᾶν ἠφάνιζον, *tormenta corpus deformabant, ejusque nativam pulchritudinem delebant.* Ibi sequitur etiam πᾶν τὸ κάλλος ἐμαραίνετο. Haec opportuna sunt ad illusftrandam *Matthaei* loquutionem VI. 16. HEMSTERH. Conferantur potius ad *Nostri* locum illustrandum quae ad illum *Matthaei* adnotata sunt ab *Jo. Chr. Wolfio* in Cur. Phil. et Crit. *Georg. Kypkio* in Observ. Sacr. et *Chr. Fr. Loesnero* in Observ. ad N. T. e Phil. Alex. Forte nunc inspicienti mihi Lucensem *Xenophontis nostri* editionem, in oculos incurrit *Jourdani* florida, ne quid gravius dicam, hujus loci versio, quae sic habet: *Abrocome dépérissoit comme une belle fleur qui sèche sur sa tige, pâlit, et tombe feuille à feuille.* De ver-

verbo ἀφανίζω dicentur quaedam ad p. 38. v. 12. LOCEL. *Omnis bona corporis habitudo decesserat* Sic et *corpus* saepe Latinis in usu est. *Ovid.* Her. ep. III. 141. — *abiit corpusque colorque.* Conf. *Burm.* ad *Phaedr.* lib. III. VII. Σαρκίον dicit *Prodrom.* lib. VII p. 315. ὅπως ἀνακτήσαιτο καὶ τὸ σαρκίον. Vera, quae hic in verbo ἀφανίζειν sita est vis, apparet in his *Ovidii* III. Met. 395. sqq. *Et tenuant vigiles corpus miserabile curae — Adducitque cutem macies, et in aëra succus — Corporis omnis abit.* Adde *Joseph.* A. J. VII. 8. καὶ τό τε σῶμα, τῆς ὀδύνης αὐτὸν κατεσθιούσης, κατισχναίνεται, καὶ τὴν χρόαν μετέβαλεν. Prima autem verbi notio est *e conspectu subducere ut aliquid non appareat*, unde reliquae facile derivari possunt. Auctor incertus in Poëtis gnomicis. Ἅπαντ' ἀφανίζει γῆρας ἰσχὺν σώματος. Philostr. Epist. 35. ὁ χρόνος τὴν ἄνθους ὥραν ἀφανίζει. Vocem eximie illustravit *Alberti* Observ. Philol. pag. 56. et *Valcken.* ad *Eurip.* Phoen. p. 132. Bene utitur *Schol. Theocr.* Eid. II. 26. ἀμαθύνοι. ἄμαθον ποιήσαι, ἀφανίσαι. PEERLK.

P. 4. v. 10. ἡ ψυχὴ καταπέπτωκεν.] Ita *Themist.* Or. X. p. 136. B. Historicis usitata phrasis. HEMSTERH. *Abreschius* porro comparat *Joseph.* A. J. lib. VI. c. 14. s. 2 tum alias coäcervat fere similes, sive potius dissimiles loquendi formulas. Mox v. 7. in edd. male ὅτι εἴη. LOCEL. *Joseph.* A. J. II. 16. 1. Idem usus est in ἀναπίπτειν et simplici πίπτειν, quod est ap. *Heliod.* I. p. 42. ὃν πρὸς τὰς παρεῦσας πέπτωκε συμφορὰς. Ἀναπεσεῖν, ἐπὶ τοῦ τὴν ψυχὴν ἀθυμῆσαι, notavit *Phrynichus.* PEERLK.

P. 4. v. 12. δεδοικότας δὲ ἐκ τῶν ὁρωμένων.] *Cocchius* prave, *etsi ex his, quae viderant, suspicarentur.* LOCEL.

P. 4. v. 13. ἡ Εὐίππη.] Non dubitavi addere articulum, qui requiritur, quemque in similibus constanter addere *Noster* solet, excepto h. l. et p. 18. v. 7. p. 28. v. 1. ubi itidem desideratur, at sane quovis pignore contenderem, non auctoris, sed scribae negligentia. Gerrae! inquiet aliquis, adsit articulus, an absit, ciccum non interduim. Neque ego, hercle, propterea manum verterim, nisi editoris atque emendatoris partes mihi essent agendae. Itaque, o bone, noli mirari, si forte posthac propter literam, syllabam aut vocem aliquam in supp. edd. omissam, vel perperam scriptam, tragoedias agere tibi videor. LOCEL.

P. 4. v. 14. κάλλος μαραινόμενον.] Eamdem ῥῆσιν occurrere p. 39. v. 10. et ap. Joseph. A. J. IX. c. 3. s. 6. notavit *Abreschius.* LOCEL.

P. 4. v. 14. αἰτίαν οὐ φαινομένην.] Hinc *Aristaen.* I. ep. 13. vocat σώματος ἀφανῆ ἀλγηδόνα. Et *Ovid.* Heroid. ep. XXI. *Languor enim caussis non appa-*

 ren-

rentibus haeret — Adjuvor et nulla fessa medentis ope. Et deinde *caussa latet, mala nostra patent.* Subit hic loci Propertiani, qui etiam indiget emendatione. Est ille lib. I IX. 29. *Qui* (amor) *non ante patet, donec manus adtigit ossa.* Varie illud *manus* a viris doctis tentatur. Enimvero tota Elegiae ratio suadet ut legamus. *Qui non ante patet, donec magis adtigit ossa.* v. 17. de eodem amante dixerat. *Necdum etiam palles, vero nec tangeris igni — Haec est venturi prima favilla mali.* Explicationis loco sint illa *Appulej.* X. Met. p. 679—680. *Sed mulier illa, quamdiu primis elementis Cupido parvulus nutriebatur, imbecillis adhuc ejus viribus, facile ruborem tenuem deprimens, silentio resistebat. At ubi completis igne vesano totis praecordiis, immodice bacchatus Amor exaestuabat, saevienti Deo jam succubuit: — — pallor deformis, marcentes oculi, lassa genua, quies turbida, et suspiritus cruciatus tarditate vehementior.* PEERLK.

P. 4. v. 15. *μάντεις καὶ ἱερέας.*] Jungit eos *Xenophon*, ut *Heliod.* saepe ἱερεὺς καὶ προφήτης, tamquam synonyma. Nam ἱερεῖς etiam futura praedicebant ex victimarum extis. Sic *Diog. Laërt.* praefat. ἧς (φιλοσοφίας) τοὺς προεστῶτας, ἱερέας εἶναι καὶ προφήτας. Conf. *Coraës* ad *Heliod.* T. II. p. 43. Dido ap. *Virg.* IV. Aen. 60. sq. in re eadem — *pecudum reclusis — Pictoribus inhians spirantia consulit exta.* Ubi elegantissime addit poëta — *Heu vatum ignarae mentes!* Quam exclamationem non esse poëtae, nescio quare nonnulli suspicentur. Et vero lectam esse eam in antiquis codicibus, probat imitatio *Appulej.* X. Met. p. 682. *Heu medicorum ignarae mentes! Quid venae pulsus* etc. — Quos autem *Xenophon* memorat μάντεις καὶ ἱερέας, videntur fuisse circulatores Aegyptii vel Chaldaei, qui morbos aliave mala ad certos Deos referebant, quos sacris se ritibus placare posse vulgo jactabant, pecuniae corradendae ergo. conf. *Olear.* ad *Philost.* Vit. Apol. Tyan. VI 41. — Neque alienum sit h. l. notare similes praestigiatorum artes Ephesi olim floruisse, unde et Ephesiae literae, incantationes quaedam dictae sunt, de quibus multa *Rhodigin.* Antiq. Lect. p. 803. *H. Junius* Animadv. lib. III. p. 181. et *Cuper.* Apoth. Homer. p. 270. PEERLK.

P. 4. v. 16. *ἐπέλεγον φωνὰς βαρβαρικάς.*] Haec in memoriam revocant *Pausan.* lib. V. c. 27. p. 449. de sacris Persicis, in quibus magus ἐπᾴδει βάρβαρα καὶ οὐδαμῶς συνετὰ Ἕλλησιν. LOCEL. Quo magis credulos homines deciperent, qui magnam vim in barbaris vocibus sitam esse putabant. *Heliod.* VI. pag. 249. καὶ πολλὰ πρὸς τὴν Σεληναίαν βαρβάροις τε καὶ ξενίζουσι τὴν ἀκοὴν ὀνόμασι κατευξαμένη. Stultam consuetudinem pro more suo ridet *Lucian.* Necyom. T. II. p. 107. ἐπι-

τρόχεν

τροχὸν τι καὶ ἀσαφὲς (nam male in ea quâ utor editione legitur ἀσφαλὲς) ἐφθέγγετο· πλὴν ἀλλ' ἐῴκει γέ τινας ἐπικαλεῖσθαι δαίμονας. et p. 109. παραμιγνὺς ἅμα βαρβαρικά τινα καὶ ἄσημα ὀνόματα καὶ πολυσύλλαβα. *Preces et murmur longum* vocat *Ovid.* VII. Met. 251. de Medea artem magicam exercente. Et hinc *barbarum carmen* pro *magico.* v. *Abresch.* Lect. Aristaen. p. 295. *Palair.* monuit simile quid legi in Fragm. *Menandri* historici ap. *Suid.* T. I. p. 792. et *Plutarch.* de *Superstit.* T. II. p. 166. egregie hanc superstitionem impetere. Utitur autem hic *Xenophon* verbo ἐπέλεγον — quod proprium quasi est in his formulis v. *Hippocrat.* de Morbo sacro §. 2. *Lucian.* Necyom. T. II. p. 106. *Joseph.* A. J. VIII, 11. p. 420. ut etiam ἐπειπεῖν. *Philostr.* Vit. A. T. IV. 45. *Lucian.* Philops. T. III. p. 568. Sic *Euseb.* Praep. Euang. IV. c. 1. μετά τινος ἀσήμου καὶ βαρβαρικοῦ ἐπιῤῥήσεως. Nisi tamen simpliciter accipiendum, sacrificiis certa verba addere. PEERLK.

P. 4. v. 17. προσεποίουν.] Modo lectio sit proba, significabit: *et illud commentum addebant, insuper adfingebant.* Sed vereor ne syllaba deficiat, καὶ προσεποιοῦντο, *et simulabant, videri volebant malum illud esse immissum a diis inferis:* ceteroquin nullus fuisset horum sacrificulorum usus. HEMSTERH. Non displicet haec conjectura *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 225. qui tamen etiam προσετίθουν non male ait convenire: nisi aliud quid in depravata scriptura lateat; addit enim vocem lineola fuisse subductam diligentia *Cocchii.* Quocirca credere licet eum in comparatione Codicis Florent. obscure scriptum hoc verbum reperisse. Tueri se quodammodo posset προσεποίουν *Menandri* fragm. e Comoed. inc. 93. ἄγροικος εἶναι προσποιεῖς, πονηρὸς ὤν, nisi ibi praeferenda esset lectio προσποιῇ ap. *Joh. Stobensem.* De potestate verbi προσποιοῦμαι, si vera est *Hemsterh.* conjectura, in hoc *Nostri* loco dubium esse non potest, quamvis non raro alias convertendum sit *profiteri*, *prae se ferre*; velut e. c. in locis *Platon.* Epist. V. Vol. XI. p. 88. et *Herod.* lib. IV. c. 5. s. 13. ab *H. Steph.* in Thes. laudatis, tum etiam in *Platon.* Amat. Vol. II. p. 31, in *Menandri* fragm. e Comoed. inc. 178. μηδὲν πέπονθας δεινὸν, ἂν μὴ προσποιῇ, ac saepius ap. *Dion. Cass.* Notanda est quoque vis verbi medii, quae etiam in significatione simulandi constanter obtinet: quare hoc etiam libentius in versione mea *Hemsterh.* emendationem sequutus sum, quod jam *Salvinium* et *Cocchium* in suis versionibus simulandi significationem praetulisse videbam. LOCEL. In *Menandri* loco praeferendum προσποιῇ, monente etiam *D'Orvill.* in Vann. Crit. pag. 240. Eadem varietas in *Plutarch* de Aud. poët. p. 63. τί δ' ἐξαπατῶσα προσποιῇ διδάσκειν. Ubi alii Cod. προσποιεῖς, alii

 προσ-

προσποιεῖ. Et veteres accurate discernebant inter προσποιέω et προσποιοῦμαι, quod ostendit *Kuster.* de Verbis Mediis p. 34. sqq. — Legendum itaque προσεποιοῦντο cum *Hemsterhusio* est, aut hoc etiam tribuendum negligentiae recentioris aevi, quo activorum et mediorum discrimen non anxie servabatur. Exemplum jam vidimus *Nostri* ipsius lib. I. c. 11. ubi περιποιοῦμαι utitur passive. Unum huic addam ex *Charit.* III. pag. 60. κόνιν τῆς κεφαλῆς καταχέασα. Pro quo antiquiores constanter verbo utuntur medio, si quis suum ipsius caput pulvere spargat. conf. *Cor.* ad *Heliod.* T. II p. 23—24. Lib. III. c. 10. dicit *Ephesius* περιέῤῥηξε τὸν χιτῶνα, pro περιεῤῥήξατο. et lib. IV. cap. 11. verbum δέχομαι ponit vi passiva. PEERLK.

P. 4. v. 17. δεινὸν ἐκ τῶν ὑποχθονίων θεῶν.] Haec etiam ficta ad opinionem vulgi, credentis deos inferos inimicos esse hominibus. Ideo Herculem in iis non habendum esse aiebat *Apollonius*, καθαρὸς γὰρ καὶ τοῖς ἀνθρώποις εὔνους, *Philostr.* Vit. Ap. T. VIII. p. 341. PEERLK.

P. 4. v. 19. οὐδὲ ἑτέρῳ.] Etsi *Noster* ita scribere non solet, tamen servavi Cod. Flor. et Londin. edit. lectionem, pro qua οὐδετέρῳ reposuit Lucens. editor, quem cur desereret Vindob. ejus pedisequus causam non habebat, quippe cui et Lond. editio esset terra incognita, et multo magis Cod. Flor. LOCEL.

P. 4. v. 19. ὁ ἔρως ἀνεκαίετο.] Male in ed. Loc. legitur Ἔρως litera majuscula. Nam si Ἔρως, *Deus Cupido* intelligeretur, non ἀνεκαίετο sed ἐνέκειτο esset legendum, ut lib. I. c. 4. ὁ θεὸς σφοδρότερος αὐτῷ ἐνέκειτο. Nec Cupido dici potest ἀνακαίεσθαι, qui alius urat. Ut *Tibul.* I. VIII. 7. — *Deus crudelius urit — Quos videt invitos succubuisse sibi.* PEERLK.

P. 4. v. 19. ἔκειντο μὲν δή.] Sic habet Cod. Flor. teste *Cl. Weigelio.* In edd. excusum est ἔκειντο δέ. LOCEL.

P. 4. v. 20. ὅσον οὐδέπω τεθνήξεσθαι προσδοκώμενοι.] Non accurate Loc. *jamjam se morituros exspectabant.* Quum ex indole linguae metus ille ad parentes sit referendus; et προσδοκώμενοι forma passiva ponatur. Usitata vero sunt illa ὅσον οὐδέπω, ὅσον οὔπω, ὅσον οὐκ, et junctim ὅσονουκ saepe ap. *Thucyd.* ut ex indicibus apparet, ὅσον οὐκ ἤδη etsim. *Zosim.* Hist. Nov. II. p. 68. III. p. 146. IV. 305. *Herodian.* I. 13. ἡμεῖς δὲ τὸ σὸν γένος, ὅσον οὐδέπω ἀπολούμεθα, ut ibi leg. ex conjectura *Sylburgii*, confirmata duobus MS. non ἀπολλούμεθα, ut vulgo, monente *Gronov.* ad *Justin.* XVII. 3. 19. *Parthenii* locum cap. XVI. corruptum illo ed. *Galei*, bene constituit *Heinius* — ὅσον οὐκ ἤδη διοιχομένῃ ἀρήγειν αὐτῇ. Post *Bergler.* ad *Alciphr.* I. 10. legi meretur *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 658. qui interpre-

pretationes aliquot corrigit, in quibus male haec particula est reddita. Saepius scilicet factum est ut interpretes ὅσον οὔπω verterent *quantum nunquam antea*, pro *mox*, *statim*, *jamjam*, *tantum non* et sim. Ego ex multis addam *Polyaen.* Strat. lib. II. p. 118. Ἀγησίλαος περὶ Κορώνειαν ὅσον οὔπω παρετάσσετο. *Agesilaus ad Coroneam quantum numquam antea ad pugnam instruebatur.* Imo *jamjam se ad pugnam instrueret.* PEERLK.

P. 4. v. 20. κατειπεῖν.] Hujus verbi cum accusandi casu constructi, ubi notat *detegere*, *indicare*, *confiteri* et similia, exemplum nullum adtulit *Stephan.* in Thes. tamen sic fuisse usurpatum ab *Euripide*, *Lysia* et *Plutarcho*, docent *Beckii* et *Reiskii* indices. Occurrit iterum p. 33. v. 13. LOCEL.

P. 4. v. 20. τέλος πέμπουσιν — εἰς θεοὺς — μαντευσόμενοι.] Legendum omnino videtur τέλος δὲ. Sic *Noster* lib. II. c. 8. lib. III. c. 2. — Reliqua sunt usitatissima. *Plutarch.* T. II p. 245. C. εἰς θεοὺς πέμψαι περὶ ὑγιείας. *Parthen.* Erotic. c. XXXV. πέμπει εἰς θεοὺς ubi prave editur εἰς θεοῦ. PALAIR. Locum *Parthenii* non habuere suspectum *Lucas le Grand*, nec *Heinius*, qui novam curavit editionem. Neque ignorabat *Palairetus* intelligi posse οἶκον vel ναὸν ut ap. Latinos *ad Dianae*, quod genus ellipsios satis illustratum in *Bosii*, *Vechneri* similibusque libellis. Ceterum pro μαντευσόμενοι, si quis sit, qui praeferat μαντευσομένους, is sciat πέμπειν elegantius poni absolute, intellecto πρέσβεις, τινὰς vel simile. Neque recte *Gronov.* in *Herod.* I. c. 85. pro καὶ δὴ καὶ ἐς Δελφοὺς περὶ αὐτοῦ ἐπεπόμφεε χρησόμενος — edidit χρησομένους. conf. V. D. in Observ. Misc. Vol. III. p. 141. Et sic *Liv.* I. c. 56. *Delphos ad maxime inclitum in terris oraculum mittere statuit.* v. *Stav.* ad *Nep.* II. 2. 6. PEERLK.

P. 4. v. 23. τοῦ ἐν Κολοφῶνι Ἀπόλλωνος.] De hoc Clarii Apollinis oraculo non rara fit mentio. Videsis *Pausan.* lib. VII. c. 3. p. 527. *Aristid.* Sacr. Serm, III. Vol. I. p. 317. et Orat. I. Rhat. Vol. II. p. 12. *Max. Tyr.* Diss. XIV. c. I. p. 358. *Clem. Alex.* Cohort. ad gent c. II. p. 10. *Lucian.* Pseudom. Vol. II. p. 247. *Schol. Apol. Rhod.* ad I. 308. *Strabon.* lib. XIV. p. 931. ad quem locum *Casaub.* haec monet: *Ita loquitur, quasi oraculi nomen tantum sua aetate superesset.* Verum quoniam hoc indicare voluisse Geographum non est credibile, ejus verba: ἐν ᾧ (scilicet ἄλσει) καὶ μαντεῖον ἦν ποτε παλαιόν, sic fortasse intelligenda sunt, ut jam inde ab antiquissimo tempore oraculum in illo loco exstitisse, voluerit significare. Ita nimirum *Pausanias* loco supra laudato scripsit: Κολοφώνιοι δὲ τὸ μὲν ἱερὸν τοῦ ἐν Κλάρῳ καὶ τὸ μαντεῖον ἐκ παλαιοτάτου γενέσθαι νομίζουσιν. Quem locum male convertit *Rom. Amasaeus.* Transcribere heic operae pretium est,

est, quem *Casaub.* ad *Strab.* adfert locum *Taciti* Annal. lib. II. c. 54. de Germanico: *relegit Asiam, adpellitque Colophona, ut Clarii Apollinis oraculo uteretur. Non femina illic, ut apud Delphos, sed certis e familiis, et ferme Mileto accitus sacerdos, numerum modo consultantium et nomina audit; tum in specum degressus, hausta fontis arcani aqua, ignarus plerumque literarum et carminum, edit responsa versibus compositis super rebus, quas quis mente concepit.* Consule quoque *Jamblich.* de Myster. s. III. c. 11. p. 72. ibique not. *Galei* p. 228 — 229. *Plin.* H. N. lib. II. c. 103. pag. 121. qui narrat breviorem fuisse vitam eorum, qui, aqua illa fontis epota, oracula reddebant. Mirabitur hic fortasse nonnemo, Clarii Apollinis oraculum adiisse homines Ephesios, qui, teste *van Dale* de Orac. haberent domesticum Dianae. Nempe apud istum in Catalogo p. 571. *Oraculum — Dianae Ephesiae: Strabo, Lucianus.* Quem iniquissimum modum indicandi veterum scriptorum testimonia nemo profecto erit eruditorum quin millies sit exsecratus; at adi modo locum *Strab.* lib. VII. p. 593. (et ad quem ibi respicitur *Xenoph.* de Exped. Cyr. lib. V. c. 3. s. 7.) unde procul dubio natus est Dalei error, et statim intelliges de oraculo Apollinis ibi agi, simulque animadvertes Latinae interpretationis verba, *oraculo monitum Dianae emisse*, quae necessaria distinctione carent, perperam intellecta, fraudi fuisse πολιάτρῳ Harlemensi. In *Luciano* diu quaesivi, unde tandem sibi Daleus Dianae μαντεῖον fingere potuerit, neque inveni nisi ἀπροσδιόνυσον certe locum in Lexiph. Vol. II. pag. 339. quem, si tanti est, inspicere licebit. Magis adhuc absurde *Carpzov.* ad *Achill. Tat.* lib. VII. c. 15. p. 620. ἡ Ἄρτεμις οὐ ψεύδεται, novum quoddam testimonium de Dianae Ephesiae oraculo reperisse sibi persuasit, lectorem ad modo notatam *Dalei* ἀβλεψίαν amandans. LOCEL.

P. 4. v. 24. σταδίων ὀγδοήκοντα.] Discrepat nonnihil *Strabo* lib. XIV. p. 952. qui ait, ab Epheso Colophonem, recta naviganti, iter esse 70 stadiorum. Initio hujus versus Cod. Flor. διάπλους. LOCEL. Quod si quis *Nostrum* cum *Strabone* velit conciliare ratio erit facilis. Et nulla in re frequentior est veterum corruptio, quam in numerorum notis, quae solis saepe literis indicabantur. Forte tamen, ut censet *Schneid.* ad *Xenoph.* Hellen. I. 11. §. 4. decem haec stadia, quae *Noster* plura ponit quam *Strabo*, attribuere oportet distantiae Clari ultra Colophonem Epheso venienti sitae, propinquae tamen Colophoni et templo Apollinis clarae. *Chandlerus* in itin. per Asiam minorem p. 170. *versionis Belgicae*, numerat stadia 120. habita tamen ratione sinus flexuosi. PEERLK.

P. 4. v. 24. ἀληθῆ μαντεύεσθαι. Sic in *Homerico Hymno* in Cerer. 71. rogatur sol,

sol, ut vere dicat sicubi caram Cereris natam vidisset. Νημερτέως μοι ἔνισπε, φίλον τέκος, εἴ που ὄπωπας. Apud *Curtium* vero lib. IV. c. 7. carmine propitiari dicitur Jupiter, ut *certum edat oraculum.* Quare noli ita intelligere, quasi Apollinem rogaverint Ephesii, ut ne false respondeat, sed exorabant scilicet Λοξίαν, ne ambiguum redderet responsum, utque iis dilucide aperiret, quae vera esset Habrocomis et Anthiae morbi caussa, quamque *certam* medicinam oporteret adhibere. Similis locus est p. 95. v. 2—3. Confer praeterea quae ab *Hemsterh.* sibi scripta adnotationibus suis inseruit doctissimus *Ruhnk.* ad *Timaeum* pag. 113. LOCEL. Vereor ut occurrat locus in quo μαντεία ἀληθὴς ponatur pro *oraculo non ambiguo.* Ἀληθῆ μαντεύεσθαι significat, *res, quae latent, ut sunt eruntve, aperire, vera praedicere, nec falli eventu. Philostr.* V. Ap. T. VI. 10. p. 239. σκέψαι γὰρ τὸν Ἀπόλλω τὸν Δελφικὸν — ὁ μὲν τῆς ὀμφῆς δεόμενος, ἐρωτᾷ βραχὺ ἐρώτημα. ὁ δὲ Ἀπόλλων — ἀναφέρει τἀληθὲς αὐτό. Hinc optimis vatibus imo ipsis Deis in hac re propria vox est ἀληθής. *Sophocl.* Oed. Tyr. 298. de Tiresia ᾧ — τἀληθὲς ἐμπέφυκεν ἀνθρώπων μόνῳ. *Aelian.* Hist. An. XIV. 18. de Nereo quem ἀληθῆ τε καὶ ἀψευδῆ ἀκούομεν. respiciens ad *Hesiod.* Theog. v. 233. *Anthol.* Lub. lib. III. p. 498. ἀληθὴς Φοῖβος. De Latino *verus* v. *Burm.* ad Val. Flac. V. 3. Constat Apollinem saepe dare responsa ambigua, quae duplici ratione explicari possint, eumque ideo appellari Λοξίαν, ob λοξὰ obliqua et tortuosa oracula (*v. L. Bos* Observ. Crit. c. VIII. p. 43.) eademque responsa, etiamsi non ambigua, semper tamen fere erant obscura, ut et hoc loco factum est. Haec duo oraculorum genera hic confudisse videtur *Locella.* Veniebant Ephesii tantum consulentes Apollinem de *veritate*, de vera morbi origine et medela, eamque ut sibi aperiret rogantes, rationem credo, qua id facere vellet, ipsi Deo relinquentes. Possis vertere cum *Livio* XXIV. 6. *Volebant, quid veri sit, scire.* Quid? quod *Schol.* ad *Callim.* Apol. v. 1. ἀληθεῖς dari μαντείας scribat ἐπιδημοῦντος τοῦ θεοῦ, ψευδεῖς ἀποδημοῦντος. Adeo ut, si id opus esset, Ephesii etiam dici possent rogasse Deum ut ne false responsa darentur. PEERLK.

P. 4. v. 25. ταὐτὰ.] Male in edd. ταῦτα, quod correxi monente *Hemsterh.* LOCEL. *Mitscherl.* haec ῥῆσις (scilicet ἐληλύθεσαν δὴ κατὰ ταὐτὰ parenthesi videtur includenda, et ponenda post vocem κοινά. Mihi vulgatum satis placet. PEERLK.

P. 4. v. 25. ἐμμέτρως.] Versibus plerumque hexametris reddebantur oracula. Talia saepe memorat *Herodotus* scripta ἐν τόνῳ ἑξαμέτρῳ, etiam tamen τριμέτρῳ. Quod ambiguitatis caussa factum esse non recte statuunt eruditi nonnulli, in qui-

bus et *Ant. van Dale* de Orac. Orig. c. VII. Melius explices eo quod omnia olim, ad divinos cultus pertinentia, verbis exponerentur, quae numeris erant adstricta, ad majorem numinis venerationem plebisque admirationem. Et sic judicavit *Apollonius Tyanensis*, qui ἡγοῦμαι δὲ αὐτὸν (Apollinem) inquit, κόσμου ἕνεκα ἐμβιβάζειν τοὺς χρησμούς. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἐπεδείκνυτο, τοιάσδ' ἂν τὰς ἀποκρίσεις ἐποιεῖτο, δρᾷ τὸ δεῖνα ἢ μὴ δρᾷ — ὅδ', ἵνα μεγαλορρήμων τε φαίνοιτο καὶ ἡδίων τοῖς ἐρωτῶσι, ποιητικὴν ἡρμόσατο. *Philostr.* Vit. A. T. lib. VI. c. xi. p. 241. PEERLK.

P. 4. v. 27. Τίπτε κ. λ.] Hoc oraculum ut multis modis a librariis est corruptum, sic, etiamsi integrum ad nos pervenisset, poëtica se multum elegantia non commendasset, ad quam nec ipsa oraculorum argumenta, nec vates satis apti essent. Quid? quod et subito carmina ejusmodi fingebant, unde factum credo ut, si cui hoc minus prospere succederet, oracula ederet καταλογάδην, *oratione soluta*. *Tacitus* quidem *Annal.* lib. II. c. 54. vocat *sacerdotem* hujus ipsius oraculi *ignarum plerumque litterarum ac carminum*. *Plutarch.* in libello quod Pythia oracula versibus reddere desierit, memorat apud oraculum quosdam sedisse, qui ἐκδεχόμενοι, τὰς φωνὰς καὶ ὑπολαμβάνοντες — ἔπη καὶ ῥυθμοὺς οἷον ἀγγεῖα τοῖς χρησμοῖς ἐκ τοῦ προτυχόντος περιπλέκοντες — *voces exciperent iisque subito versus et numeros, quasi vasa quaedam, circumdarent*. Hoc autem oraculum a Nostro fictum est, cujus temporibus poësis omnem fere splendorem amiserat. PEERLK.

P. 4. v. 28. λῦσις ἔνθεν ἀνέστη.] Ἔνθεν est *ex utroque*, *ex utriusque conjugio*. Haec omnino *Hemsterh.* corrupta videntur, licet sensum, quem locus postulat, adsequi non esset difficile. *Abresch.* conjicit ἀνυστή. *D'Arnaud.* ἐραστῇ vel ἔδοξεν. Idem mox λυσσάδ' ἰωκτοὶ pro λυσσοδίωκτοι. PEERLK.

P. 4. v. 28. δεινὰ δ' ὁρῶ.] Solemne verbum de vatibus divino furore correptis. Sic et *Virg.* VI. Aen. 87. — *bella horrida bella* — *Et Tibrin multo spumantem sanguine cerno.* — v. *Burm.* ad Anthol. Latin. T. I. p. 72. — In toto autem hoc oraculo temporum ordo non est servatus. Videmus ἀνέστη, φεύξονται, μοχθήσουσι, παραστῇς et ἴχουσι. Credo quia Diis futura eadem sunt quae praesentia, πᾶς χρόνος τῷ θείῳ βραχὺς, ἀεί τε ἔστι καὶ ἐσομένῳ, ut ait *Zosim.* Hist. lib. II. p. 445. Dignus est qui ea de re conferatur *R. Lowth*, de sacra poësi Hebraeorum Pract. XV. et *Michaël.* not. T. II. p. 80. Haec si cogitasset *Maasvic.* in Omiss. ad *Polyaen.* Strat. p. 858. non rejecisset *Casauboni* conjecturam, legentis in oraulo quodam Ξάνθον ἀπατήσας ὁ Μελάνθιος ἔσχε Κελαινάς, ideo quod ita non de re futura videbatur prolatum esse oraculum. Pro δεινὰ h. l. *Palair.* vult

vult δεσμὰ, et monet πάθη jam significare gravem calamitatem sine adjecto δεινά. PEERLK.

P. 4. v. 30. λυσσοδίωκτοι.] Non exstat in *Thes Steph.* λυσσόδηκτος vero huc non quadrat. ALBERTI. Quae est illa λύσσα, cujus stimulis agitati, per mare per terras fugerint? Imo latronibus est imputandum, quod longinquis erroribus fuerint distracti, inque diversissimas regiones expulsi. Propterea verum videtur λῃστοδίωκτοι. HEMSTERH.

P. 4. v. 31. δεσμὰ δὲ μοχθήσουσι — μιξοθαλάσσοις.] Μοχθήσουσι, ut non plane adsperner, haud tamen nimis probo. HEMSTERH. Verbum est tragicis, atque in primis *Eurip.* frequentatum. v. *Abresch.* ad *Aeschyl.* Par. I. p. 44. Hoc loco δεσμὰ μοχθεῖν verti poterit *vincula perpeti.* — Legitur quidem in Cod. Flor. δεινὰ (pro δεσμὰ male iteratum a librario e versu 3, sed δεσμὰ veram esse lectionem manifestum fit e p. 12. v. 10. τίνα τὰ δεσμά. Animadvertens hoc, opinor, *Cocchius*, δεσμὰ edi curavit, tametsi in suo apographo δεινὰ habuisse non est dubium, quandoquidem sic in suo scripsisse *Salvinium*, ex ejus versione, *gravi cose*, adparet. Idem igitur nunc ausi sumus, quod supra pag. 6. v. 9—10. LOCEL. Contra *Palair.* h. l. legit δεινὰ, laudans *Anonym.* ap. *Suid.* T. II. p. 580. πολλὰ μοχθήσαντες. *Eurip. Phoen.* 1699. Vocem μιξοθαλάσσοις lexicographis incognitam, belle rem exprimere monuit *Albertius.* Retulit eam ex h. l. in suum Lexicon Graeco-Germanicum *Schneiderus.* PEERLK.

P. 4. v. 32. τάφος ἀμφοτέροις θάλαμος.] Sc. γενήσεται. *Charit.* lib. III. p. 47. τάφος σοὶ γέγονεν ἡ ναῦς. Alii quoque voces θάλαμος et τάφος opposuerunt. *Apollonides Anthol. Graec.* lib. III. c. 6. epigr. 14. — ἐπὶ πλακὶ τυμβεύονται — ξυνὸν ἀγαλλόμενοι καὶ τάφον ὡς θάλαμον. *Plutarch.* T. II. p. 258. c. PALAIR. *Ach. Tat.* lib. I. p. 49. τάφος μέν σοι τέκνον θάλαμος. *Ovid. Her.* ep. XIV. 31. *In thalamos laeti, thalamos sua busta feruntur.* Iterum usurpat *Noster* lib. III. c. VII. *Sophocl Antig.* 891. Non multum diversa ratione *Heliod.* V. p. 176. καὶ τί γὰρ ἄλλ' ἢ τάφος ἡ εἰκησις. Festive *Liban.* ep. 1545. in vehementi frigore, τάφους γὰρ τοὺς οἴκους κεκτήμεθα. Graviter Plutarch. Brut. c. II. τάφον ἀπονοίας ἐσχήκαμεν τὴν πατρίδα. PEERLK.

Pag. 4. v. 33. Νείλου.] Nili nomen ipsum in hoc oraculo exprimi non convenit mox enim συμβάλλειν — οὐκ ἐδύναντο — ἔντε ὁ ποταμός τίς. Atque conjectore non est opus, ut scias, si Nilus appelletur, Nilum indicari. Quamobrem verosimillimum est vocem ποταμοῦ epitheton aliquod habuisse congruens, cujus vicem subierit Νείλου, margini adscriptum interpretandi causa. Poterat autem Noster si

libuisset, ne morem oraculorum consuetum non imitaretur, obscurius involvere hoc oraculum; verum in eo quae nimis aperta reperiuntur, non Auctori, sed librariis adscribenda censeo. HEMSTERH. Pro Νείλου scripserat fortasse Noster, ἱεροῦ, quod in versione expressi. Conf. *Eurip. Med.* 410. ubi *Musgravius* adnotat, non certos quosdam fluvios hoc epitheto designari; omnes enim a veteribus sacros habitos. LOCEL. Pro Νείλου *Palair.* κλεινοῦ. *Tresling.* δεινοῦ vel δεινοῖς legendum conjecerunt. Mihi alterum poenae genus, quod ad ripas Nili tulit Habrocomes, excidisse videtur, σταυρὸς scilicet, legendumque ac distinguendum — Καὶ ποταμοῦ σταυρὸς παρὰ ῥεύμασιν. Ἴσιδι κ. λ. Dicat quis in sqq., ubi narrat *Xenophon* neminem intellexisse quis esset iste oraculo indicatus *morbus*, *fuga*, *vincula*, *sepulcrum*, *flumen*, *Deae auxilium*, non fieri mentionem *crucis*. Sed etiam ibi omisit illud πῦρ quod occurit in oraculo vs. 6. — Si cui audacior videatur haec conjectura, is cogitet Νείλου sine dubio ex margine huc irrepsisse, eique vocem ab ipso *Xenophonte* scriptam cessisse. Male autem vs. 6. et 7. in edd. sine ulla distinctione leguntur. PEERLK.

P. 4. vs. 34. *Σωτείρῃ μετόπιστε παραστῆς ὄλβια δῶρα.*] Σώτειρα, ut Latin. *Servatrix*, saepe in antiquis inscriptionibus, ut et σωτὴρ, de quo cognomine legi possunt *Bourdel.* ad *Heliod.* p. 82. et *Spanhem.* ad *Julian.* Caes. p. 413. Totum autem locum sic legebat *Palairet.* „Ὄλβια σωτείρῃ μετόπισθεν στήσατε δῶρα, „*offerte* hoc est *offeretis*. Occurrit στῆσαι *offerendi* sensu in *Anthol.* Graec. lib. „c. 33. epigr. 4. δάμαλιν Αητῷϊδι κούρῃ στῆσαν. *Anton. Lib.* c. 20. τὴν ἑκατόμβην „τῶν ὄνων ἵστησαν. Simili modo apud Latinos. *Statius* Theb. IV. 445. *Velleris* „*obscuri pecudes armentaque sisti. — Sacra jubet.*" [Ut ibi legit *Palair.* pro *atra*.] PEERLK. Ceterum in hoc toto oraculo Latinos *Cocchii* versiculos intactos reliqui, nisi quod, praeter modo indicatam immutationem, in secundo versu, pro *salus utrique*, reposuerim *salus exinde.* Non sunt ista tanti, ut sive versibus, sive, (quod multo rectius esse judico) soluta oratione adcuratius converti mereantur: adde quod, propter obscurum sensum, aliter quam obscure converti nequeunt. LOCEL. Interpretatio horum versuum, metro inclusa a *Cocchio*, dedecorat fidam et ingenuam versionem *Locellae.* Quum vero omnibus ed. Lond. non sit ad manum, adscribam totum locum. — *Quis morbi finis, quae scire optatis origo? — Idem morbus utrique salus utrique futura est. — Multa pati video, longos et adire labores — Errantes, actos rabie maria omnia circum. — Vincla ferent, quîs dura premet, gens quae mare currit — Ambobus tumulus torus, exitiosaque flamma — Dona dehinc sanctae dabis Isidi, sospita quae*

quae te — Fluminis ad sacri servabit clara fluenta — Post mala sed video meliores volvere casus. In vs. 2. *salus utrique*, non exprimit ἔνθεν. v. 3. *multa pati video. Multa* non est δεινὰ. Τελέδεσσι praetermisit. v. 5. durior est durissimis vinculis. v. 7. Secutus est pravam distinctionem. Habrocomes tulit poenas ad ripas Nili, non dona ibi dedit Isidi nec servatus est a Dea. Videtur autem legisse ἱεροῦ, ut conjicit etiam *Locella*. v. 9. imitatione prava ductus est ex *Virg.* I *Aen.* 9. *Quidve dolens regina Deum tot volvere casus — Insignem pietate virum, tot adire labores — Impulerit.* Aeneas *casus volvit*, id est *vix fert*. Si *Cocchius* intellexerit *video illos volvere meliores casus*, aeque ineptum est, quum de adversis usurpatur vox. — Haec notavi ut appareat praestare talia vertere in solutam quam ligatam orationem, qualis haec est *Cocchii*. Melius forte sic vertas. *Quis morbi finis, quae scire optatis origo? — Idem morbus utrique, salus ab utroque futura est. — Dira pati hos video, longosque subire labores. — Errabunt acti latronibus aequora circum. Tristibus et vinclis nautarum a gente prementur. — Bustum erit ambobus thalamus, patientur et ignes — Atque crucem ad fluvii ripas, dein Isidi sanctae — Ut servatrici felicia dona dicabunt — Post mala tanta olim fato meliore fruentur.* Atque hanc ego versionem edidi. PEERLK.

P. 5. v. 1. ταῦτα κ. λ.] Simillima sunt haec *Heliod.* II. pag. 106. ταῦτα μὲν ὡς ἀνεῖπεν ὁ θεὸς, ἀμηχανία πλείστη τοὺς περιεστῶτας εἰσεδύετο, τὸν χρησμὸν, ὅ τι βεύλοιτο φράζειν ἀπορεῦντας. Quod sequitur εὐθὺς non vertendum *illico*, *statim*, sed idem valere, quod ἐν τῷ τότε, monuit Locel. ex *D'Orvill.* ad *Char.* p. 298 et 326. PEERLK.

P. 5. v. 2. συμβάλλειν.] Verbum συμβάλλειν, *conjiciendo assequi*, *interpretari*, usitatum in hac re verbum est. *Joseph.* A. J. II. συμβαλὼν λογισμῷ τὸ ὄναρ. Ut et *Charit.* I. p. 11. *Eurip. Ephig. Taur.* 55. *Apollodor.* II. 8. 2. *Zosim.* Hist. lib. IV. p. 226. Hinc *Arrian.* Exp. A. I. 19. τοῦ σημείου ξύμβλησις ubi v. *Gronov.* et *Villois.* ad *Long.* p. 131. PEERLK.

P. 5. v. 2. λογία.] Idem oraculum v. 13. χρησμὸν vocat. Generatim λογία sunt oraculorum responsa, sive soluta oratione sive versibus edita. Sic λογία παλαιὰ apud *Eurip. Heracl.* 406. et λόγιον πυθόχρηστον apud *Plutarch.* in *Theseo* Vol. I p. 55. quod ea aetate procul dubio versibus fuit editum. Specialiter χρησμοὶ olim dici plerumque solebant oracula versibus hexametris, deinde etiam jambicis trimetris edita: quare χρησμῳδέω est *vaticinor*, χρησμῳδία *vaticinium*, et χρησμῳδὸς *vates*. Sequitur quoniam inter λογία et χρησμοὺς idem intercedit discri-

 men,

men, quod inter genus et speciem, ambo promiscue possunt usurpari de eodem oraculo. Operae pretium est inspicere quoties λόγιον et χρησμὸς permutata fuerint ab *Aristoph.* in *Equit.* a versu 104. usque ad 1224. unde planum fiat, minus recte se habere quod ait Scholiast. *Thucyd.* ad lib. II. c. 8. et ex eo *Suidas:* λόγια, τὰ παρὰ θεοῦ λεγόμενα καταλογάδην; χρησμοὶ δὲ, οἵτινες ἐμμέτρως λέγονται, θεοφορουμένων τῶν λεγόντων. Insuper habet hoc discrimen *Eustath.* in *Homer.* Il. B. p 233. scribens τὰ λόγια, ἤγουν οἱ χρησμοί: et in *Odyss.* I. p. 1426. Θεοπρόπιον δὲ τὸ χρησμῴδημα, ὃ καὶ λόγιον ἔλεγον οἱ Ἀττικοί. *Glossa* item λόγιον, ὁ χρησμός. Vide sis praeterea quae *H. Steph.* in *Thes.* adversus illud discrimen ex *Camerario* protulit. Nempe Pythiae oracula, quae serius soluta oratione tantum edebantur, nihilominus a Graecis scriptoribus χρησμοὶ dici non desiere. Testimonium luculentum dabit *Plutarch.* de *Pyth. Orac.* Vol. VII. pag. 562. in verbis illis: καὶ τὰς νῦν (προφήτιδας) καταλογάδην, καὶ διὰ τῶν ἐπιτυχόντων ὀνομάτων τοὺς χρησμοὺς λεγούσας, et deinceps p. 586. in πολλοὺς καταλογάδην ἐκφερομένους, ubi manifeste supplendum aut subaudiendum est χρησμούς; nam eadem ῥῆσις mox pag. 589. recurrit, τῶν ἄλλων (χρησμῶν) καταλογάδην ἐκφερομένων: adde p. 602. ἀφελὼν δὲ τῶν χρησμῶν ἔπη. Neque vero praetermittendus hic est Scholiast. ad *Aristoph. Av.* 960. et Nub. 144. ubi τοὺς χρησμοὺς communiter quidem metro, attamen etiam prosa oratione (posterioribus videlicet temporibus) edita fuisse fatetur. Qua de re universum consuli meretur *Plutarch.* in libello laudato, qui caussas exponit, cur Pythia suo tempore oracula carmine reddere desierit: et quamquam ille, ut sententiam suam confirmet, olim etiam interdum soluta oratione Pythiae oracula fuisse edita contendit, tamen olim communiter versibus enuntiari consuevisse, cum ex ipso illius disputationis argumento adparet, tum ex eo, quod ipse adfert, poëtas scilicet quosdam apud oraculum desidere, qui voces excipiant, iisque extemplo versus et numeros, tamquam vasa circumdent: adeo nimirum vulgus adsueverat τοῖς χρησμοῖς ἐμμέτρως λεγομένοις. LOCEL. Λογία Latinis interdum *dictiones*, *dicta*, *sermones* et *logia*. Conf. *Heins.* ad *Ovid. Her.* V. 33 et *Observ. Misc.* V. I. T. I. p. 276. *Apollodorus* in Biblioth. saepe permutat λογία et χρησμούς. qui quum scribit I. VI. §. I. τοῖς δὲ θεοῖς λόγιον ἦν, miteris interpretem reddentem *rumor erat inter Deos.* De discrimine λογία inter et χρησμοὺς eadem jam ex *Aristophane* ejusque Schol. notarat *Tresling.* Adv. pag. 46—47. addens *L. Bos* ad Rom. 3. 2. et *Alberti* Obs. Phil. pag. 298 sq. PEERLK.

P. 5. v. 3. ἔντε γάρ.] Suspicari quis possit aut γὰρ esse delendum, aut vocem

cem deësse, v. c. *συνίεσαν — neque enim intelligebant quis esset morbus* sqq. Sed multa sunt veterum loca in quibus γὰρ redundare videtur, ad quae et h. l. retulit *Palair.* Observ. Philol p. 2. cui addere potuit alterum lib. V. c. 1. ἀλλὰ ἔχω γὰρ μετὰ ἐμαυτοῦ. Junctum sic reperies cum ἀλλὰ apud *Aelian.* V. H. II. 41. IV. 5. IV. 7. *Joseph.* A. J. VIII. 4. §. 3. Dedit nonnulla *Palair.* ad Nostri lib. IV. c. VI. ubi scribit Xenoph. ἴσως γάρ. ex quibus addam *Aeschyl Agam.* 14. ubi Schol. περιττὸς ὁ γάρ. Neque tamen prorsus otiosa est haec particula, sed habet vim fere eamdem quam *nempe*, *scilicet*, *nimirum*. v. *Raphel.* Annot. N. T. ex *Xenoph.* p. 2. adde Anab. III. 11. §. 29. et *Moll.* ad *Long.* IV. c. 26. PEERLK.

P. 5. v. 4. ἐκ τοῦ θεοῦ.] Mallem legere τῆς θεοῦ, Isidis nempe σωτεῖρης. ABRESCH. Typothetae incuria, meaque indiligentia omissus fuit articulus τοῦ. LOCEL. Propius ad literarum ductum accedit ἐκ τοῦ θείου. Quum tamen et Noster lib. I. c. 8. scribat τῇ θεῷ, et stupiditate librariorum articulus saepe sit immutatus, edidi ex emendatione *Abreschii* τῆς θεοῦ. *Homer.* Il. A 515. ἀτιμοτάτη θεός. *Ach. Tat.* IV. p. 219. et sic apud eum plerumque in libris scriptis reperiri monet *Salmas.* p. 756. quum in editis non semel ἡ θεὰ legatur. *Luciano* et *Macrobio* restituit *Valcken.* ad *Eurip. Hipp.* p. 169. adi *Plutarch.* de Virt. Mul. p. 297. v. *Seber.* ad *Polluc.* Onom. T. I. pag. 4. Nec Latinis incognitus *Deus* de numine feminino. Quam in rem adfertur *Cicer.* de *Inv.* c. 31. *Erat in eo portu fanum Dianae ejus, cui vitulum immolari non licebat. — Vitulum immolastis ei Deo, cui non licebat.* pro *Deae.* v. *Jens.* Lect. Lucian. p. 286. et *Verheyk.* ad *Anton.* Lib. c. 29. Quatenus in *Herod.* lib. VII. c. 111. ὁ θεὸς pro *Dea* positum videatur, disputat v. d. in *Observ. Misc.* V. V. T. v. p. 236. PEERLK.

P. 5. v. 5. παραμυθήσασθαι τὸν χρησμόν.] Vetustissima loquutio, qua iterum usus est. p. 7. v. 9. *Duras oraculo praedictiones, denuntiata pericula, qua licebat, emollire, et futurorum metum inhaerentem animo jucundioris interea vitae fructu mitigare.* Tam varie poni solet, ut elegantiam et vim Graecae phraseos interpretatione consequi vix detur. *Strabo* lib. XIII. p. 912. A. Παραμυθοῦνται δὲ τὴν ἀπὸ μικρῶν ἐπίκλησιν τοιούτοις τισί. de Apolline smintheo loquitur, qui nomen a muribus, sive σμίνθοις, traxit. *Plutarch. Alcib.* p. 197. A. testularum suffragiis Athenienses utuntur παραμυθούμενοι τὸν φθόνον μᾶλλον ἢ τὸν φόβον. De *Virt. Mul.* pag. 248. B. τινὲς δὲ τοῦ λόγου τούτου παραμυθούμενοι τὸ μυθῶδες. *Theon. Progymn.* φέρουσιν, ἵνα παραμυθήσωνται τὸ δοκεῖν ἀδύνατα λέγειν. Qui usus apud Rhe-

Rhetoras est perquam familiaris, inprimis *Hermogenem*, ut, post *Budaeum* Comm. L. Gr. p. 681. monuit *Is. Casaub.* ad *Strab.* p. 63. n. 4. Scriptor inter mechanicos veteres pag. 371. οὐδὲ νῆσοι παράκεινται δυνάμεναι τὴν ἔνδειαν παραμυθεῖσθαι, *inopiam invecto frumento aliquatenus levare*, Sic apud *Synes.* p. 270. C. παραμυθεῖσθαι τὴν τύχην, fortunam emendare, quod *Petavium* fefellit; apud alios παραμυθεῖσθαι τὰς συμφοράς. HEMSTERH. Adde *Leon. ep.* ad *Phalar.* p. 312 et 313 *Hemsterh.* ad *Lucian.* Prometh. Vol. I. p. 27. *Aristaen.* lib. I. ep. 3. p. 9 *Himer.* Or. II. s. 1. XXII. 5. XXVI. 7. Ut hic παραμυθήσασθαι τὸν χρησμὸν, similiter fere σοφίσασθαι τὸ λόγιον legitur apud *Aelian.* V. H. lib. II. cap. 41. LOCEL. *Herodian.* V. 6. ἐπιστείλας τῇ συγκλήτῳ, καὶ παραμυθησάμενος ἀσέβημά τε καὶ ἁμάρτημα τηλικοῦτον. *Verbis minora facturus tanta flagitia.* ut fere vertere licet verbis *Appulej.* IV. *Met.* p. 289. *Cinnam.* Hist. lib. II. p. 62. κυνηγεσίων ἀνέτει πόνους τοὺς ἐκ τῆς μάχης παραμυθεῖσθαι ἤθελε. Ut Latin. *Solari.* v. *Burm.* ad Claud. IV. Conf. Honor. c. 34. lib. II. p. 92. κάμνον τὸ σῶμα παρεμυθήσατο. *Aristaen.* I. ep. 3. πνοὴ ζεφύρου τὸ χαλεπὸν καῦμα παραμυθουμένη τῆς ὥρας. Ut ibi pro vulgat. τὸ λεπτὸν ἅμα eleganter emendavit *Wyttenb.* ad *Plutarch.* de Ser. Num. Vind. p. 44. *Longin.* de Sublim. c. 4. de dicto quodam *Herodoti* frigido, quod tamen aliqui excusari possit, καί τοι γε ἔχει τινὰ παραμυθίαν. Caeterum Aeliani illud σοφίσασθαι τὸ λόγιον est *oraculi sortem eludere*, ut scribit *Curtius.* III. 1. PEERLK.

P. 5. v. 8. πάντα δ' ἦν ἐστεφανωμένα.] In re simili *Chariton.* lib. III. c. 2. p. 60. πᾶσα ἦν ἡ πόλις ἐστεφανωμένη, ubi conf. *D'Orvill.* in Animadv. p. 349. Deinde v. 3. pro ὑπὸ et γυναῖκα, quae, teste *Cl. Weigel.* in Cod. Flor. sic leguntur, edd. habent ἀπὸ et τὴν γυναῖκα. LOCEL. Adde *Charit.* I. pag. 3. μεσταὶ δὲ αἱ ῥύμαι στεφάνων. Notus est coronarum usus in nuptiis rebusque laetis. v. Interpretes ad *Appul.* IV. Met. p. 295. Pro ἀπὸ etiam *Palair.* correxerat ὑπό. PEERLK.

P. 5. v. 9. οἷαν ἄξεται. Οἷος in his et similibus idem valet atque ὅτι τοῖος. *Xenoph.* Cyrop. VII. 3. 13. κατοικτείρων τήν τε γυναῖκα οἵου ἀνδρὸς στεροῖτο, καὶ τὸν ἄνδρα οἵαν γυναῖκα καταλιπὼν οὐκέτ' ὄψοιτο. Ubi *Zeun.* refellit *Budaeum* statuentem ellipsin τοῦ λογιζόμενος, ipse supplet v. c. τοίου ἀνδρὸς οἵου. quod etiam ubique suppleri non potest. Est autem antiqua loquendi ratio, qua Noster iterum utitur lib. II. c. 2. ἐμακάριζον δὲ τὸν Ἄψυρτον, οἵους οἰκέτας εἴη κεκτημένος, et usurpata jam ab *Homero* et *Herodoto.* v. *Wyttenb.* Animadv. ad select. princip. histor. p. 347. PEERLK.

P. 5.

P. 5. v. 9. ὅιαν ἄξεται γυναῖκα, Ἀνθίαν.] Loc. *quod Anthiam ducturus esset uxorem.* Melius, *quod talem ducturus esset uxorem, Anthiam scilicet.* Repetit Ephesius nomen Ἀνθίαν, perspicuitatis caussa, cujus est studiosissimus. Et sic alii Graeci. *Aelian.* V. H. II. 40. πλῆθος δὲ καὶ ἐλέφας, ἐὰν διψῶν πίωσιν, ὁ μὲν τῆς ἀλκῆς ἐπιλανθάνεται, ὁ ἐλέφας. *elephas scilicet.* Quod quum *Scheffero* glossema nec ex more Graecorum positum videtur, immemor erat *Aelianum* iterum III. 32. scripsisse ὁ δὲ ἀγανακτήσας, ὁ Ἡρακλῆς. *Heliod.* lib. III. p. 108. διῄρηντο δὲ εἰς δύο χορούς. καὶ αἱ μὲν ἔφερον καλαθίσκους, ὁ πρῶτος χορὸς. *Arrian.* Exp. Alex. I. pag. 43. οἱ μὲν ἐξῶσαι ἐσπάπαν ἀπὸ τῆς ὄχθης, καὶ ἐς τὸ πεδίον βιάσασθαι τοὺς Πέρσας, οἱ Μακεδόνες. οἱ δὲ εἶρξαί τε αὐτῶν τὴν ἔκβασιν, οἱ Πέρσαι. Talem nominis substantivi repetitionem, quam Grammatici sine dubio ad Pleonasmum referent, ego nec in notis *Hogevenii* ad *Vigerum*, nec in utilissimo *Weiskii* libello de *Pleonasmis*, illustratam reperi. PEERLK.

P. 5. v. 11. τὰ μεμαντευμένα.] Sic est in Cod. Flor. pro τὰ μαντευόμενα, quod habent. edd. LOCEL.

P. 5. v. 12. μετὰ ταῦτα.] Interpretem (*Cocchium*) tetigisse videtur mendi suspicio in verbis μετὰ ταῦτα δὲ καὶ, quae haud expressit: nec video quem sensum habeant commodum; at legeris κατὰ ταὐτὰ δὲ, vel δὴ, planus erit locus et facilis. *Lucian. Hermot.* p. 589. κατὰ ταὐτὰ δὴ καὶ ἐν φιλοσοφίᾳ. in *Eunucho* p. 977. κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ ὁ Βαγώας. et adv. indoct. p. 541. κατὰ ταὐτὰ δὴ καὶ ὁ κυβερνᾷν οὐκ εἰδώς. Similiterque *Herod.* lib. II. c. 41 et 102. ABRESCH. Egregiam istam emendationem in versione sequutus sum, atque etiam in textum intulissem, nisi temeritatis querelam reformidassem. LOCEL. Ego olim in Spec. Crit. p. 38. legendum proposui. μέγα αὐτὴ δὲ καὶ. Quod non placet viro docto in literarum nuntio Lipsiensi. Forte tutius est locum relinquere intactum, et vertere *post haec*, nempe matrimonium, festa etcaet. PEERLK.

P. 5. v. 13. καταφρόνει.] Lenissimum genus emendationis, nec tamen non valde utile, est illud quod meliore distinctione adposita peragitur. Male in edd. sic distinguebatur: τίνες αἱ συμφοραὶ, κατεφρόνει πάντων τῶν ἐσομένων κακῶν, Ἀβροκόμην ἔχουσα παραμυθίαν. Supra etiam p. 11. v. 10. male edebatur: μαντεύεσθαι, ἐληλύθεσαν δὴ κατὰ ταὐτά. Χρᾷ δὲ etc. denique hac ipsa pag. v. 6. ἔχαιρεν. Ἐφόβει δὲ etc ut alia omittam permulta loca tacite a me hoc curationis genere sanata: etenim interpunctionem, quam vocamus, coeco quodam ac plane stulto modo in Londinensi editione esse adpositam, jam in prooemio admonuimus. LOCEL. *Cocchium* tamen etiam ita locum intellexisse patet ex ejus versione.

Eadem mente dicta sunt haec *Eustathii* lib. VII. p. 246. — *ἔρως εἰς ψυχὴν ἐμπεσὼν τῶν μὲν ἄλλων πάντων πείθει καταφρονεῖν.* *Long.* II. c. 11. Daphnis se male habebat quidem, *Χλόην δὲ ὁρῶν παροῦσαν, πάντων κατεφρόνει.* PEERLK.

P. 5. v. 15. *ἱερεῖα — τῇ θεῷ.*] Semper fieri solebant sacra antenuptialia, *προτέλεια*, cujus ritus exempla dedit *Colv.* ad *Appul.* Met. IV. p. 294. — Hic autem sacra faciebant Dianae, quae erat Dea patria et summa colebatur religione, sive quod Dianam ante nuptias virgines solebant placare victimis. Quam in rem *Spanh.* ad *Callim.* p. 507. adfert *Eurip. Iphig. Aul.* 1113. *Μόσχοι τε πρὸ γάμων ἃς θεᾷ πεσεῖν χρεὼν — Ἀρτέμιδι.* PEERLK.

P. 5. v. 16. *βραδύνειν Ἀνθίᾳ.*] Parentheseos notis haec esse includenda *Hemst.* suasit. *Abreschius* vero locum similem protulit ex *Aristaen.* lib. I. ep. sub fin. adjecitque in Addendis illud *Petronii* c. X. *tardum enim est differre quod placet.* LOCEL. *Aristaenetum* hic *Xenophontem* ante oculos habuisse, monet *Abresch.* Lect. Arist. p. 57. Scribit *Aristaenetus.* *ἅπαντα δ' ὅυν ὅμως βραδύνειν ἐδόκει τῷ Ἀκοντίῳ, καὶ ὅυτε ἡμέραν ἐκείνης ἐνόμιζε μακροτέραν ἑωρακέναι, ὅυτε νύκτα βραχυτέραν τῆς νυκτὸς ἐκείνης.* Eo adscripsi locum, ut ostendam non recipiendam esse *Pierson.* Veris. I. VII. p. 100. emendationem, legentis, *ὅυτε νύκτα βραδυτέραν*, quam laudat *Tresling.* Adv. Crit. p. 47. Nam patet ex contextu noctem illam Acontio fuisse eamdem, quam Habrocomes noster mox vocat *ποθεινοτάτην*, qualis amanti certe est brevissima, qui *exspectatione turbidus de diei tantum spatio et vesperae mora queritur*, ut ait *Appul.* Met. VIII. p. 538. Neque *Bergler.* similia adferens exempla ad *Alciphr.* II. ep. 3. p. 242. locum *Aristaeneti* habuit suspectum. PEERLK.

P. 5. 17. *μετὰ λαμπάδων.*] Servavit pristinam consuetudinem, qua pronuba aliaeque puellae novam nuptam cum facibus faustisque acclamationibus, Hymenaee canentes, ad thalamum ducebant, pronuba autem et nuptae mater aliaeque propinquae eam in lectum collocabant, *κατέκλινον.* Accuratius ita descripsi hunc morem quam fieri vulgo solet, meliora edoctus ab *Oudendorpio* ad *Appul.* VIII. Met. p. 542. — Nam quod *Xenophon* dicit *ᾄδοντες*, *ἐπευφημοῦντες*, *εἰσάγοντες*, non illud me movet ut credam eum viros huic negotio adhibuisse. lib. III. c. VI. eadem est ratio, *ἧκον δὲ ἐπὶ τούτῳ τεταγμένοι τὴν Ἀνθίαν ἐξαίροντες.* conf. quae de hoc usu observavimus lib. I. c. II. ubi pariter utitur *οἱ πομπεύοντες.* Adde Hermann. ad Viger. p. 715. PEERLK.

P. 5. v. 18. *κατέκλιναν.*] Collocabant. *Terent. Eunuch.* III. v. 45. *Deinde eam in lectum illae collocarunt.* ad q. l. *Donatus collocare* proprium esse verbum

bum observavit, quod adscribitur *pronubis*. Et Graecis frequenter nova nupta dicitur *συγκατακλίνεσθαι* marito suo. Noster paullo ante *ὅτῳ μειρακίῳ συγκατακλιθήσεται*. *Heliod.* II. p. 95. *καθ' ἣν νύκτα συγκατεκλίθη τῷ γήμαντι*. Ubi ego cum *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 124. vulgatum tueor, potius quam *συγκατεκλείσθη*, quod habet Cod. Taur. et praefert *Coraës* T. II. p. 111. Quamquam et illud non semel eo sensu reperiatur. v. *D'Orvill.* l. l. et *Gaulmin.* ad *Theod. Prodr.* p. 492. Sic *Plutarch.* de *Virt. Mul.* pag. 298. *παρθένον — συνεῖρξε τῷ Δηϊοτάρῳ*. PEERLK.

P. 5. v. 18. *αὐτοῖς*.] *Hemsterh.* pro *αὐτοῖς* legi mavult *οὕτως*, quod quidem aptius foret, ac retento etiam vocabulo *αὐτοῖς* adjungi posset. Porro *Idem* pro commate post *πεποιημένος*, colon poni jubet, quod feci. Lecti hujus descriptio in memoriam revocat similem fere apud *Catull.* Carm. LXIII. de Nupt. Pel. v. 47. et sqq. LOCEL. *Palairet.* confirmat emendationem *Hemsterhusii* simili loco *Ach. Tat.* lib. II. p. 107. *εἶχε δὲ ὁ θάλαμος αὐτῆς οὕτως*. PEERLK.

P. 5. v. 19. *κλίνη χρυσῆ*.] Intellige spondam, cujus fulcra erant aurea aut tota fere deaurata. Sic *aureus* et *χρυσοῦς* saepe capienda sunt. *Virg.* I. Aen. 697. — *aulaeis tum se regina superbis — Aurea composuit sponda*. v. *Oudend.* ad *Sueton.* IV. c. 19. PEERLK.

P. 5. v. 19. *Βαβυλωνία — σκηνή*.] Huc refer *Joseph.* A. J. lib. VIII. c. 5. s. 5. et adde *Cuper.* Observ. lib. II. c. 12. [et *Voss.* ad *Catull.* p. 196. ABRESCH. Vocabulum *σκηνή* hoc loco minus recte, ni fallor, ab *Salvinio* redditur *baldachino*, et postea *padiglione*. Pariter *Cocchius* vertit *tentorium*, et *Jourdanus* explicatius *pavillon en forme de baldaquin*. Errasse vero cum his *J. Casperium*, in specim Diss. de Xenoph. Eph. p. 13. eo ipso capite, quo *Salvinii* interpretationem vocabula *στρωμνῆς* reprehendit, non sum demiratus. In eadem opinione video esse *Cl. Mich. Rosa* in libro cui titulus: *Delle porpore, e delle materie vestiarie presse gli antichi*, p. 269. At enimvero ne de *papilione*, sive *conopeo* quodam ad modum tentorii supra lectum erecto, *Xenophontem* loqui credamus, vetant non modo verba *ἐπὶ τῆς κλίνης*, quae non possunt idem significare quod *ὑπὲρ τῆς κλίνης*, sed etiam mox sequentia, *ἐπ' αὐτῇ τῇ σκηνῇ κατέκλιναν*, ubi *ἐπ' αὐτῇ*, insolita potestate positum esse deberet pro *ὑπ' αὐτῇ*, vel *ἐν αὐτῇ*. Manifestum est ergo, si quid video, *σκηνὴ* h. l. capiendum esse pro *veste stragula*, *aulaeo*, *tapete*, sive *peristromate*, quo lectus insternebatur. Quomodo adhibitum videtur a *Demosth.* in *Spud.* Vol. II p. 1031. et *Charit.* lib. VIII. c. 4. p. 180. Commode huc adduci potest locus *Arriani* de Exped. Alex. lib. VII. c. 29. ubi so-

lium aureum, in quo Cyri corpus conditum servabatur, collocatum fuisse narratur in medio lecto, cujus pedes e solido auro erant fabricati, lectus vero ipse tapetibus Babylonicis stratus fuisse dicitur, stragulis purpureis substratis. Adde illud *Virgilii* Aen. I. 697. — *aulaeis tum se regina superbis Aurea composuit sponda.* Solebant nimirum prisci Graeci et Romani mensas et lectos aulaeis pictis insternere. Laudasse de lectis suffecerit locum *Cicer. Philipp.* lib. II. cap. 27. *conchyliatis Cn. Pompeii peristromatis servorum in cellis lectos stratos videres:* et *Curtii* lib. IX. c. 15. *lectis circumdare aulaea purpura atque auro fulgentia.* Textorum Babylonicorum non rara fit mentio apud Latinos, rarior apud Graecos scriptores. *Plin.* H. Nat. lib. VIII. c. 48. ait: *colores diversos picturae intexere Babylon maxime celebravit, et nomen imposuit.* Conf. *Lucret.* IV. 1023. *Plaut.* Stich. II. 1. 54. *Sil. Ital.* XIV. 657. *Martial.* VIII. 28. etc. et praeter *Arrian.* l. l. *Plutarch.* in Cat. maj. Vol. II. p. 553. *Charit.* lib. VIII. c. 3. p. 171. c. 4. p. 180. c. 6. p. 185. Super hisce tapetibus, quibus lecti operiebantur, etiam cubare solitos veteres docemur e *Virgil.* Aen. IX. 325. *Rhamnetem adgreditur, qui forte tapetibus altis Exstructus toto proflabat pectore somnum:* ubi *altis* dici pro *latis* sive *profundis* mihi credibile fit ex *Ovidio* Metam. XIII. 638. et *Statio Theb.* I. 518. Eosdem porro tapetes etiam exutis ac dormientibus pro tegumento fuisse suspicari quis posset ex ambiguo *Varronis* apud Non. c. XIV. n. 24. *cubo in Sardianis tapetibus.* LOCEL. Recte omnino mihi locum intellexisse videntur viri docti, reddentes *papilionem* sive *conopeum* in morem tentorii supra lectum extensum, modo in sqq. pro ἐπ' αὐτῇ τῇ σκηνῇ legas ὑπ' αὐτῇ τῇ σκηνῇ. Quae praepositiones et saepe inter se a librariis confunduntur, et si ἐπὶ esset a *Xenophonte*, scripsisset credo ἐπ' αὐτῆς, ut postea vidi legere *Palairetum.* Praeterea ἐπὶ τῆς κλίνης accipienda sunt pro ὑπὲρ τῆς κλίνης, *in ea autem sponda erat conopeum, habebat, eo erat ornata.* Nemo enim qui per σκηνὴν conopeum intelligat, de loco dubitare poterit, ubi positum fuerit. — Lectus jam erat stratus vestibus purpureis, κλίνη στρώμασιν ἔστρωτο πορφυροῖς, ut inepte statim hic sequeretur *et lectus ornatus erat veste Babylonia varie picta;* loca denique quae dedit *Loc.* in quibus σκηνὴ vestem stragulam significare ei videtur, non ejusmodi sunt, ut mihi persuadeat. *Demosth. in Spud.* laudat etiam *Harpocrat.* in v. σκηνὴν sqq. ubi ἔοικε, inquit. δὲ σκεῦός τι εἶναι, ὅπερ οἱ μὲν κόσμον τινὰ γυναικεῖον εἶναί φασιν, οἱ δὲ σκιάδειον. [Erat autem σκιάδειον simile fere Gallorum *parasol*, explicatum a *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. VI. 1. et *Hemsterh.* ad *Polluc.* Onom. T. II. p. 813.] *Charit.* lib. VIII. p. 135. κατεσκευάκει δὲ Δημήτριος ἐν τῇ

νῇ

νῆϊ σκηνὴν βασιλικὴν, πορφυρίδα καὶ χρυσοῦφῆ Βαβυλώνια περιθείς. Qui locus etiam postulat *tentorium* sive *conopeum*. De *velo in curru extenso* occurrit in *Xenoph.* Cyrop. VI. c. 4. s. 11. at nusquam, quantum ego sciam pro *veste stragula* in qua quis cubet. Non me latet veteres lectos solere sternere vestibus varii generis, quam in rem *Loc.* advocat *Arrian.* cui adde *Homer.* Od. K. — ἡ μὲν ἔβαλλε θρόνοις ἔνι ῥήγεα καλὰ Πορφύρεα καθύπερθ' ὑπένερθε δὲ λῖθ' ὑπέβαλλεν. — Sed si hoc *Xenophon* voluisset, scripsisset ἐπὶ τοῖς στρώμασι sqq. De more lectos et mensas aulaeis pictis insternendi, multa habent qui de lectis egerunt, *P. Ciacconius*, *Stuckius* et *Ursinus*. — Βαβυλωνία σκηνὴ illustravit *Gronov.* Lect. Plautin. p. 331. *Martialis* quidem locus VIII. ep. 28. *Non ego praetulerim Babylonica picta superbe — Texta, Semiramia quae variantur acu.* — Mire corruptus legitur in libello *Ciacconii* de Triclinio p. 17. et ab Heins. ex MSS. emendatur, *Babylonos picta superbae* ad Claud. IV. Cons. Honor. 652. PEERLK.

P. 5. v. 20. παίζοντες Ἔρωτες.] Picturam quamdam, quae Roxanem et Alexandrum referebat, depingens *Lucian.* T. I. pag. 835. ait, ἄλλοι Ἔρωτες παίζουσιν ἐν τοῖς ὅπλοις τοῦ Ἀλεξάνδρου. Isti autem Ἔρωτες semper veneri associantur. *Coluth.* Rapt. Hel. 98. et *Claud.* de Nupt. Hon. et Mar. v. 72. *Mille pharetrati ludunt in margine fratres. — Ore pares, similes habitu, gens mollis Amorum.* PALAIR.

P. 5. v. 21. ἀναβάται στρουθοῖς.] Multus est, nec tamen non halucinatur in quibusdam, quod ei non raro accidit; *J. Casperius* in specim. Diss. supra laud. p. 13—14. ut στρουθοὺς hoc loco *passeres* verti debere adversus *Salvinium* ostendat: hic enim verterat *Struzzi*, qro quo *Lucensis editor* reposuit *passere*. Haud quidem congruum foret in hoc textili pictura, solita puellorum forma, Cupidines equitare in passeribus, tam parva videlicet avi, neque legisse me istud alibi memini, neque vidisse in gemmis picturisve antiquis. In Gallo equitans Cupido bis occurrit apud *Winckelm.* Descript. des pierr. grav. du *Bar.* de *Stosch.* pag. 128. n. 637. 638. Convenientius itaque, quod ad avis magnitudinem adtinet, videri possit, si στρουθὸς h. l., quamvis nullo addito epitheto, (quod μεγάλη plerumque esse solet, interdum καταγαιος et χερσαῖος, vel etiam a regionibus petitum, e quibus adferuntur, velut Λιβυκὸς, Ἀράβιος, Μαυρουσία,) de passere marino, sive struthiocamelo, possemus intelligere. Attice certe sine epitheto στρουθὸν etiam vocari strutiocamelum docere videtur *Hesychius*, quod comprobare ex *Aristoph.* in *Avib.* 874. et *Acharn.* 1105. adnititur *Brunck.* fere ut Latinis quibusdam scriptoribus struthio solum nominatur, qui *Plinio* semper dicitur struthio-

camelus; sed tamen adsentiri *Brunckio* (praesertim in Av. 874. ubi satis perspicuum est, μεγάλη lepidissime ad στρουθῷ simul referri, et ad μητρὶ θεῶν) non possum, propterea quod non modo apud *Aristotelem*, cujus aetas prope abest ab Aristophanea, sed ni fallor, apud omnes, quotquot supersunt, Graecos scriptores, στρουθὸς, et masculino quidem genere, marinum passerem designat. Graecorum scriptorum, qui usus sit vocabulo στρουθιοκάμηλος, primus esse fertur *Strabo* lib. XVI. p. 1117. Habet quoque *Diod.* Sic. lib. II. c. 50. ubi *Wesseling.* commode adfert locum *Oppiani* de Venat. III. 483. ad quem conf. not. *Schneid.* Jam vero, ut in viam redeamus; struthiccamelum ad rem, de qua in *Xenophonte* sermo est, nimis profecto ineptum esse, quisque me tacente, per se facile intelliget: novimus contra, passerem esse maxime avem Veneream: atque ob hanc rationem, ut animadvertit *Athen.* lib. IX. c. 10. p. 391. videtur Sappho in pulcherrimo hymno, quem servavit *Dion. Halic.* de Comp. Verb. Vol. V. p. 117. Veneris currum a passeribus tractum finxisse. Age igitur, pictoribus sua quidlibet audendi potestate concessa, relinquamus hoc loco passeres, et pusilla admodum ἐρωτάρια nobis imaginemur, ut textilis pictura in *Xenophonte* sibi aliquanto rectius constet. Idem etiam *Casperium* l. l. suasisse, diu postquam haec scripsissem nunc video. Quid? quod novum non est, valde parvos Cupidines fingi; namque hujusmodi esse deprehenduntur παραπετάμενοι illi Ἔρωτες graphice descripti apud *Lucian.* Dial. Mar. XV. Vol. I. p. 326. hisque consimiles sunt ἔπαινοι — ἔρωσι μικροῖς ἐοικότες — ἐκπετόμενοι in Rhet. praec. Vol. III. p. 6. Gallicus Interpres, numquam non ineptus aut temerarius, ἀναβάται στρουθοῖς, convertit *montés sur des cygnes.* Ceterum multo magis, quam in hac Babylonici tapetis descriptione *Xenophon*, in similitudinem veri peccat *Aristoph.* in Lysistr. 724. ubi mulier insedisse passeri narratur, cum eo avolare parans. Non dubitavit tamen ibi *Brunckius* passerem in sua versione retinere tametsi non erat, credo, nescius, *Bisetum* aliter locum intelligi velle, et *Flor. Christian.* suspicari, στρουθὸν ibi pro struthiocamelo dici. Mox in ed. Lond. perperam expressum est στεφάνοις, quamvis in Cod. Flor. distincte legatur στεφάνους. LOCEL. Multo elegantior est imago quam hic, etsi loco alieno, elegit Gallus interpres. Cupidines in cygnis equitantes depingit *Philostr.* Icon. IX. et *Claudian.* Epithal. Pall. et Celer. v. 110. *Camill. Paleotus* Ital. Poët. T. VII. p. 53. *E quibus hic niveo vehitur sublimis olore.* Sed *passer* amori est proprius. Hinc Dan. Heins. Poëm. pag. 264. Passeribusque invectus ovantibus aurea Famae — Templa, tuas pulso Cypridis aula fores. PEERLK.

P. 5.

P. 5. v. 19. *μέρει τῆς σκηνῆς: ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ.*] Septem haec vocabula, quae in edit. desunt. supplevi e Cod. Flor. Habuisse vero jam ea in suo apographo *Salvinium*, versio ejus declarat. Quare etiam *Hemsterh.* ad h. l. adnotaverat, post *ταῦτα* versum ad minimum unum deficere. LOCEL. Egregie defectum perspexerat *Hemsterh.* legens *ταῦτα ἐν τῷ ἑτέρῳ. ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ. Lennep.* ad *Coluth.* p. 41 sub *ἑτέρῳ* intelligebat *στρώματι*. Nam sic locum citat. *ἐν τῷ ἑτέρῳ* (*στρώματι.*) Septem autem haec vocabula ante *Locellam* jam ex Cod. Flor. suppleverat *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 94 ubi plures enumerat errores ortos ex concursu eorundem vocabulorum, quorum similitudine decepti librariorum oculi verba in medio posita saepe omiserunt. Simile exemplum in *Xenoph.* Anab. IV. 11. 26. annotavit *Zeun.* conf. *Casaub.* ad *Polyaen.* Strat. lib. I. pag. 55. et *Valcken.* ad *Eurip. Phoen.* p. 129. PEERLK.

P. 5. v. 22. *ἐυχ'.*] Sic recte in Cod. Flor. sed in edd. *ὄυχ.* LOCEL.

P. 5. v. 23. *κεκοσμημένος.*] De Marte sine armis ad Venerem accedente conf. *Coluth.* 34. ibique *Lennepii* Animadv. pag. 40. Tamen in *Repotiani* Carm. de Conc. Mart. et Vener. (in Poët. Latin. minor. *Wernsd.* Vol. IV. p. 337) Mars omnibus suis armis instructus ad Venerem venisse fingitur, lorica videlicet, clypeo, gladio, hasta, et galea. Martem cum Venere in gemmis, galea saltem tectum, interdum et cum hasta, vel clypeo, lorica item humi deposita exhiberi non est mirum, qui enim alias dignosci posset? Vide cc. *Recueil* (de Mr. *Levêque de Gravelle*) de pierr. grav. Tom. I. n. VI. VIII. IX. ubi n. IV. lepide sculptor ipsam Venerem gladium et clypeum Martis tenentem repraesentavit. LOCEL. Armorum non fit mentio in his *Valerii Flacci* Argon. VIII. 228. *Qualis sanguineo victor Gradivus ab Hebro — Idalium furto subit aut dilecta Cythera.* — Eleganter *Fraguerius*, cujus carmina inter quinque recentiores alios poëtas edidit *Olivetus*, p. 193. *Mars ades, ad bellum crudeliaque arma recondas — En vocat in thalamos te Cytherea suos. — Sic venias. Veniet tecum gens omnis Amorum.* PEERLK.

P. 5. v. 23. *χλαμύδα ἔχων.*] An *χλανίδα*? *Χλαμὺς*, vestis militaris. bellatorem decet: hic amatori, qui Veneri comitur, mollius indumentum *χλανὶς* convenit. Apud *Lucian.* etiam [*Herod.* Vol. I. p. 835.] in Aëtionis tabula picta, quae cum hac descriptione conferri meretur, Alexandrum τῆς χλανίδος ἐπειλημμένος Ἔρως ad Roxanam trahit, cui scilicet non aliter ac Mars Veneri vacaturus erat. Saepe *χλανὶς* et *χλαμὺς* permutantur. . . HEMSTERH. Nihil mutandum est. Fuit *χλαμὺς* vestis etiam civilis. V. *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 433 *Moll.* ad *Long.* Past.

Past. lib. I. c. 1. p. 14. Apud *Heliodor.* lib. I. c. x. p. 6. adolescentulus Cnemon chlamyde indutus describitur. Mercurius chlamyde circumdatus adparet in gemma apud *Stosch*, *gemm ant. cael.* nom. sculptor. ins. n. XXVIII. Quid multa? Ipsum Ἔρωτα purpurea chlamyde amictum de coelo descendisse canit *Sappho* apud *Polluc.* X. 124. et chlamydis agitatione leporem terrent Cupidines apud *Philostrat.* Icon. lib. I. c. VI. 772. LOCEL.

P. 5. v. 24. ὑπ' αὐτῇ — τὴν 'Ανθίαν.] Sic edidi pro ἐπ' αὐτῇ. Articulum τὴν ex Cod. addidit Loc. in quo etiam legebatur συνέβη, pro quo edd. male συνήβη. Arnald. conjecerat ἐπ' αὐτήν. PEERLK.

P. 5. v. 26. ἀλλήλους.] Male in edd. ut et in Cod. Flor. ἀλλήλοις, nam verbum προσειπεῖν ea significatione, qua h. l. adhibetur, non nisi cum accusandi casu construitur: cujus satis obvia sunt exempla apud *Demosth. Aeschin. Herodian.* etc. Rariore usu, ut hoc obiter addam, προσειπεῖν pro adpellare, sive vocare, legitur in *Platonis* Theaeteto Vol. II. p. 59. Alia potestate si usurpetur, dandi etiam casu junctum inveniri docuit *Abresch.* Lect. Aristaen. p. 89. Alibi etiam in terminatione οις pro ους errasse librarium Cod. Flor. videbimus in adnot. ad p. 29. v. 13. LOCEL.

P. 5. v. 28. πνευστιῶντες.] Non dubitat *Abresch.* verba θεωροῦσα δὲ τὸν καλὸν, αἰδοῦμαι, φοβοῦμαι, ὑφ' ἡδονῆς πνευστιῶ, in *Aristaen.* lib. II. ep. 5. desumta esse ex hoc *Xenophontis* loco. LOCEL. *Aristaenetus* imitatus est Nostrum sine judicio, quod non semel ei accidit. Nam quod bene et ad rem dictum est a Xenophonte, hoc ille ad aliquid transtulit, quod tantos animi affectus excitare non est verisimile. Junxit autem h. l. Noster quinque verba ἀσυνδέτως, idque non sine elegantia quadam. Indicatur enim celeritas quaedam, omnia haec fieri uno eodemque fere tempore, gravioremque reddit orationem. Λόγος, inquit *Plutarch. Plat.* Zetem. 10. λόγος δὲ, συνδέσμων ἐξαιρεθέντων, πολλάκις ἐμπαθεστέραν καὶ κινητικωτέραν ἔχει δύναμιν. Et quis vim istam non perspicit in dicto *Caesaris*, ἦλθον, ἴδον, ἐνίκησα, vel in his quae de Coriolano, maternis precibus victo, dicit *Polyaenus*, ἔπαθεν, ἐδάκρυσεν, ἀνέζευξεν? in *Xenophonte* Atheniensi multa sunt exempla, ex quibus patet numquam eum jungere verba ἀσύνδετα, nisi eo gravitas quaedam aut simplicitas orationi concilietur. *Hellen.* IV. 3. 19. q. l. laudat *Long.* c. 19. περὶ ἀσυνδέτων, quod mutilum esse valde dolemus, quum optime sine dubio de hoc loquendi genere praeceperit *Longinus.* Hellen. VI. IV. 12. Cyrop. VIII. 1 38. *Polyaen.* Strat. I. p. 60. II. p. 152. *Heliod.* I. c. 2. Sunt et in *Xenophonte* aliisque asyndeta ἀφελείας caussa. v. *Zeun.* ad Cyrop. I. IV. 13.

Alia

Alia adnotata sunt ab *Abresch.* Lect. Arist. 139 et 208. *D'Orvill. et Charit.* p. 514. *Oudend.* ad *Appul.* III. Met. p. 179. et *Hindeburg.* Animadv. ad Mem. Socr. *Xenoph.* p. 5. Quod si quis graviorum scriptorum exempla comparet cum exemplis recentiorum, is reperiet *Charitonem*, *Longum*, *Prodromum*, Nostrum etiam interdum, sic locutos fuisse in iis locis quae nec gravitati nec simplicitati apta sunt, eamque esse affectatam veteres imitandi consuetudinem. PEERLK.

P. 5. v. 28. *ἐπάλλετο — σώματα — ἐκραδαίνοντο — ψυχαί.*] Putavi mihi licere ut haec converterem verbis *Ciceronis* de Orat. lib. I. c. 16. *Palpitantem animum* dixit *Petron.* in Satyr. c. 100. Κραδαίνειν, inquit Schol. ad *Aristoph.* Acharn. 964. *κυρίως τὸ τὰ τῆς συκῆς φύλλα σείειν καὶ πάλλειν.* Translata significatione *κραδαίνεσθαι* habet etiam *Joseph.* de. B. J. lib. VII. c. 4. s. 2. et Noster rursum p. 28. v. 3. LOCEL. Quamquam hic proprie sermo est de tali pavore, qui eorum corda pulsat qui in eo sunt, ut rem omnibus votis cupitam, nanciscantur. *Virg.* v. Aen. 137. *exsultantiaque haurit — Corda pavor pulsans.* et *Georg.* III. 105. In eadem fere re πηδᾷν utitur *Aristoph.* Nub. 1393. ubi *Bisetus*, *ἐπιφόβως προσδοκᾷν καὶ ἀναμένειν. Homer.* Il. X. 451. *ἐν στήθεσι πάλλεται ἦτορ ἀνὰ στόμα.* Similia quaedam dedit *Abresch.* Lect. Aristaen. p. 211. PEERLK.

P. 5. v. 30. *τὰ δάκρυα.*] Repetitionem parum gratam hujus vocabuli si modo *Xenophontis* est, laudare quidem nolim, verum ita excusare saltem possem, quemadmodum in adnot. ad p. 30. v. 6. feci. LOCEL. Me quidem δάκρυα h. l. repetitum non offendit, et addidit sine dubio *Xenophon* perspicuitatis caussa, cujus fuit studiosissimus. Aliae sunt in eo repetitiones p rum gratae, quas in probis et antiquis scriptoribus non reperias. v. c. quod paullo dixerat *ἐπάλλετο δὲ αὐτοῖς τὰ σώματα, καὶ ἐκραδαίνοντο αὐτοῖς αἱ ψυχαί.* Ubi posterius illud *αὐτοῖς* valde mihi displicet. Et talia in hac fabula plura sunt. Ceterum conf. *Ovid.* Trist. I. VII. 28. *Et lacrymas animi signa dedere sui.* PEERLK.

P. 5. v. 31. *φησί.*] Ex Cod. Flor. supplevit *Loc.* Adscripserat etiam editioni suae *Iligtius.* Xenophontem, inquit *Tresling.* Advers. pag. 49. omni orationis directae initio tale verbum addidisse crediderunt *Abresch.* Obs. Misc. Nov. V. I. T. III. p. 25. et V. II. p. 493. atque *H. Arntzenius* in Dissert. Crit. Jur. p. 16. PEERLK.

P. 5. v. 31. *φωτὸς ἥδιον — κόρη.*] Quum bis mentio noctis praecedat, eleganter hic utitur nota blandientis amatoris voce. Sic *Appulej.* V. Met. p. 346. *Jam nihil officiant mihi nec ipsae nocturnae tenebrae. Teneo te lumen meum. Philostr.* Ep. 52. *εἰ δὲ γένοιτο καὶ νὺξ, δύο βλέπω μόνους ἀστέρας, τὸν ἕσπερον καὶ σέ.* Hinc

varii poëtarum lusus, ex quibus illud *Meleagri*, laudatum etiam a *Broekhus.* ad Tibull. IV. 13. 11. juvat apponere. Anthol. Lub. lib. VIII p. 1005. *Ἦν ἐσίδω Θήρωνα, τὰ πάνθ' ὁρῶ, ἢν δὲ τὰ πάντα — Βλέψω, τὸν δέ γε μὴ τοὔμπαλιν οὐδὲν ὁρῶ.* Expressit illud praeter *G. Anselmum* in *Delit. Ital. Poët.* p. 237. et Lazar. Bonamic. Ital. Poët. T. II. p. 373. *Douza* nostras, filius, in *Erotopaegnio* Carm. 19. *Cum te lux video, videor mihi cuncta videre — Etsi aliud nostri nil videant oculi. — At tua si quando facies mihi, Hyella, negatur — Adspiciam quamvis omnia, cerno nihil. — Philostr.* Vit. Soph. p. 511. *ὀφθαλμοὶ* ita usurpat. *Prodrom.* lib. VI. p. 261. *ὀφθαλμὲ καὶ φῶς καὶ πνοὴ Δοσικλέος.* Graeci etiam hodie *ὀμμάτια, φῶς, ψυχή. Coraës* ad *Heliod.* T. II. p. 71. De aliis ejusmodi nominibus v. *Bourdel.* ad *Heliod.* I. p. 11. PEERLK.

P. 5. v. 33. *μεθ' οὗ ζῆν καὶ ἀποθανεῖν.*] In memoriam haec revocant *Horat.* III. Od. IX. 24. *Tecum vivere amem, tecum obeam libens.* Quod cum *Euripidi* debere dicerem, nisi valde communis esset loquendi mos. Is autem *Orest.* 309. *σὺν σοὶ καὶ θανεῖν αἱρήσομαι — καὶ ζῆν. Alciphr.* Ep. III. lib. II. p. 224. *συννεάσαιμεν ἀλλήλοις καὶ συγγηράσαιμεν, καὶ νὴ τοὺς θεοὺς συναποθάνοιμεν*, ut locum dedit integrum ex Cod. *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 351. PEERLK.

P. 5. v. 35. *νέκταρος προτιμότερα.*] Sic ausus fui edere de conjectura mea pro inepto *ποτιμώτερα.* Quid sit *πότιμος* optime intelliges ex *Hippocrat.* de Medico p. 394. *τὸ δὲ ὕδωρ παρέχειν δεῖ πότιμον τοῖς θεραπευομένοις καὶ καθαρόν.* Nectar profecto plus esse debuit quam *πότιμον.* Et reperio apud alios scriptores *γλυκύτερον, ἥδιον νέκταρος*, non *ποτιμώτερον.* Eoque minus dubito quin vera haec manus sit *Xenophontis*, quod postea vidi *Higtium* et *Palairetum* etiam ita conjecisse, quorum hic adjecit locum *Lucian.* T. I. p. 214. ubi Jupiter ad Junonem. *ἢν γοῦν ἐπιτρέψω αὐτῷ κἂν ἅπαξ φιλῆσαί σε, οὐκ ἔτι μέμψῃ μοι, προτιμότερον τοῦ νέκταρος οἰομένῳ τὸ φίλημα εἶναι.* Adde Anthol. Lub. VII. p. 1010. *νέκταρ ἔην τὸ φίλημα.* PEERLK.

P. 6. v. 1. *προσφθεγξαμένη αὐτόν.*] Insolentiorem esse hujus verbi constructionem cum accusandi casu personae, ea potestate, quam hoc loco obtinet, animadvertit *Abresch.* Lect. Aristaen. p. 90. LOCEL.

P. 6. v. 1. *δοκῶ σοι — ἀρέσκω σοι.*] Haec totidem verbis leguntur in *Aristaen.* lib. II. ep. 7. p. 152. HEMSTERH.

P. 6. v. 1. *μετὰ τὴν σὴν εὐμορφίαν.*] Haec, quam vim habeant, sibi ultro quisque e. p. 2. interpretabitur: tamen non videtur eam sensisse *Cocchius.* Similiter usus est praepositione *μετὰ Arrian.* de Exped. Alexand. lib. IV. c. 19. s. 8. ubi

ubi Roxane dicitur fuisse pulcherrima *μετά γε τὴν γυναῖκα Δαρείου*, et *Achill. Tat.* lib. VII. c. 16. p. 620. *οὐκ ἄλλην τοιαύτην μετὰ τὴν Ἄρτεμιν εἶδον.* Adde *Aristoph. Plut.* 251. et ipsum Nostrum pag. 110. v. 6. LOCEL. Verterat Cocchius — *licet ipse adeo forma praestes*, quod fere eodem redit quo Locellianum *secundum tuam pulchritudinem.* Dubitabat puella an altera post ipsum (*δευτέρα μετ' ἐκεῖνον*) formosa illi videri posset. Videbatur autem sibi omnium formosissimus. Habent haec verba exprobrationem quamdam pristinae juvenis superbiae. Notus adeo hic usus est praepositiones *μετὰ* ut non credam *Cocchium* ignorasse. Eadem *Aristophanis* et *Ach. Tatii* exempla jam dederat *Tresling.* l. l. pag. 50. ut et *Callim.* H. Jov. 36. — *Homero* jam dicitur Nireus pulcherrimus *μετ' ἀμύμονα Πηλείωνα* Il. B. 81. *Philostr.* Ep. 24. *ἔστι γὰρ οὐδεὶς ἀνέραστος οὕτως, ὡς ποθεῖν ἔτι τὴν Διονύσου χάριν, μετὰ τὰς Ἀφροδίτης ἀμπέλους.* Ubi interpres loci elegantiam non percepit reddens — *juxta cum Veneris vitibus.* Quem ab *Oleario* non esse correctum, quis miretur, qui totius epistolae leporem sustulerit, edens scilicet ex ingenio pro *ὀμμάτων* — *ἀμμάτων*, in ejus initio. — *Horat.* IV. Od. 13. 21. *Felix post Cinaram, notaque et artium — Gratarum facies.* PEERLK.

P. 6. v. 2 *ἄνανδρε καὶ δειλὲ.*] Parilis est expostulatio apud *Ach. Tat.* lib. II. p. 73. ABRESCH.

P. 6. v. 4. *συμφῦντ. ἀλλήλ. ἀναμιγῶμεν.*] Ista nimis ardenter et parum pudice dicta, ne Habrocomi quidem, multo autem minus Anthiae tribui par erat. Quo nomine merito quidem Noster, me judice, est reprehendendus; at mihi contra vitio non vertent aequi harum rerum judices, quod interpretis officio fungens, *ῥῆσιν* hanc non omiserim aut immutarim. Effigiarum pictores sumus, qui Graecum scriptorem Latine vertimus: Si quaedam habet ille praeter modum, aut minus venusta, tamen repraesentanda nobis sunt, ne similitudo imminuatur. LOCEL. Nemo hoc *Locellae* vitio vertet. Est enim pristinis digna tantum temporibus barbaries, quae editiones nobis dedere *demtis obscoenis*, *Terentium* et *Horatium Christianum*, *Martialem castratum* et similis farinae. Qui ejusmodi facinus ausi sunt, lege Cornelia, quae est de sicariis, accusandi damnandi lepide censentur in *Lipsii* satyra Menippea p. 18. Parum autem pudica haec videri possint iis qui *αἰσχύνην κεῖσθαι νομίζουσιν ἐν τοῖς ῥήμασι*, ut est ap. *Ach. Tat.* lib. I. p. 39. At antiqui, longeque *Xenophonte* antiquiores, non fugiebant talia, quae his temporibus vocantur dictu impudica. v. c. ap. *Homer.* Il. I. 441. Paris ait ad Helenam. Ἀλλ' ἄγε δὴ φιλότητι τραπείομεν εὐνηθέντε — Οὐ γὰρ πώποτέ μ' ὧδε ἔρως

 φρένας

φρένας ἀμφεκάλυψεν. sq. Quae minus placent *Zeunio* ad *Xenoph.* Cyrop. III. 1. 41. quam Tigranis et Armeniae consuetudo quam ibi describit *Xenophon.* Mihi utraque satis placent, neque hoc in genere *Xenophontem* cum *Homero* comparaverim. Egregia sunt quae de omni re disputat Plinius IV. ep. 14. PEERLK.

P. 6. v. 5. *καταβρέχωμεν — συνεράσιν.*] Valde hoc tenerum est, atque adfectus plenum. HEMSTERH. *Heliod.* lib. I. p. 48. *διάβροχον ποιήσασα τοῖς δάκρυσιν.* ABRESCH. Mox e. Cod. Flor. scripsi *παρ' ἀλλήλων.* In edd. deëst *παρ'.* LOCEL. *Heliod.* I. p. 5. *ἐδάκρυεν. ἐφίλει, κατέματτεν. Eustath.* VI. p. 242. *τὴν κόρην ὅλην τοῖς δάκρυσιν ἔβρεχον.* PEERLK.

P. 6. v. 6–7. *κόμην — προσετίθει.*] *Apul.* v. Met. pag. 346. *His verbis et amplexibus mollibus decantatus maritus, lacrymasque ejus suis crinibus detergens.* PEERLK.

P. 6. v. 7. *ἀνελάμβανε.*] Ad Anthiam hoc verbum non minus spectat, quam *προσετίθει* et *συνεῤῥάφει.* [In edd. legitur *ἀνελάμβανεν*, quod immutavi jubente *Hemsterh.*] Quasi additum foret *ἀνελάμβανε δάκρυσιν*, expono: *coronas macerabat, permadefaciebat lacrymis*, ea potestate, quam verbum illud saepius obtinet apud Medicos, et in *Hippiatricis: ἀναλαμβάνειν οἴνῳ, ὄξει, μέλιτι.* HEMSTERH. Hoc modo accipio apud *Josephum* A. J. lib. II. c. 14. s. 6. *τῷ αἵματι τὰς οἰκίας ἥγνιζεν ὑσσώπου κόμας ἀναλαβόντες*, ubi interpreti haud fuit perspecta loquutionis indoles. Aliud paullo est *διαλαμβάνειν* in talibus. *Aelian.* de N. A. lib. I. c. 42. *μέλιτί τις Ἀττικῷ τὴν χολὴν διαλαβὼν ὑπαλείφοιτο*, quo sensu et *διιέναι* frequentari solet. Nempe *διαλαμβάνομεν* et *διΐμεν*, quae miscemus; *ἀναλαμβάνομεν* humorem, quem spongia, panno, similibusve excipimus et delemus. . . Scio obverti posse, ea si sit loquutionis indoles, *Xenophontem* atque *Josephum* scripturos fuisse potius *στεφάνοις δάκρυα* et *ταῖς κόμαις τὸ αἷμα*, non inversa structura *στεφάνους δάκρυσι*; sed, erit, opinor, objectio omni robore destituta, quod neuter propria illa suscipiendi ac delendi, sed madefaciendi adhibuit significatione: et, quamquam, quibus priorem probem, nunc quidem ad manum non sint auctorum loca; tamen, modo rationes, quas edidi, processerint, non erit quod dubitemus, eam esse quam dixi, verbi naturam. ABRESCH. Equidem fateor, quae a duumviris his Graece doctissimis ad hunc locum sunt adnotata mihi non plene satisfacere, verum tamen praesto non esse aliud veri similius quod proferam: quamobrem in versione eorum explanationem sequutus sum. LOCEL. *Mitscherl.* facile largitur *Locellae*, locum nondum esse persanatum. Vix autem credo *Xenophontem* vocem *ἀναλαμβάνειν*, adeo minus usitatam hac significatione, et medicis quasi

pro-

propriam, usurpasse. Quaenam autem vox substituenda sit, non liquet. Cum omni loco confer Anthol. Lubin VI. p. 983. — Στέφανοι — οὓς δακρύοις κατέβρεξα — στάξαθ' ὑπὲρ κεφαλῆς ἐμὸν ὑετὸν, ὡς ἂν ἄμεινον — ἡ ξανθή γε κόμη τἀμὰ δάκρυα πίῃ. PEERLK.

P. 6. v. 8. συνεῤῥάφει.] Audacior quidem translatio, at convertenda tamen Lepidior est illa militis gloriosi apud *Plaut.* IV. 8. 25. *labra labellis ferruminant.* In Cod. Flor. monstrum comparet vocabuli συνηραφήκει. LOCEL. Eadem translatione utitur *Eustath.* lib. V. p. 175. περὶ τὸ στῆθος τῆς κόρης ὅλον μου τὸ στόμα συνέῤῥαψε τοῖς ὀδοῦσι δάκνων. Ex locis, a *Palair.* laudatis, placent *Julian.* Misop. p. 338. γλυκερωτέροις χείλεσι χείλη προσμάττειν. et Mattii in Anthol. Latin. T. I. lib. III. p. 63. *Conserere labra labellis.* PEERLK.

P. 6. v. 9. διὰ τοῦ φιλήματ. παρεπέμπ.] Gemina sunt apud *Aristaen.* lib. II. ep. 19. lib. I. ep. 25. ABRESCH. Ταυτολογία porro quaedam est in verbis διὰ τῶν χειλέων, et διὰ τοῦ φιλήματος, neque adeo injuria suspicari possis, posterius prioris esse glossema in orationem illatum. Utcumque sit, conatus tamen sum ταυτολογίαν hanc in versione reddere. LOCEL. Ante *Locellam* idem suspicatus est *Tresling.* Adv. p. 50. Ego et haec et alia Nostri ταυτολόγα tribuere malim nimio ejus perspicuitatis studio. PEERLK.

P. 6. v. 10. πολλ. με λυπήσ. ὑμεῖς.] Inter dotes Vindobon. edit. numeranda quoque sunt haud pauca menda. Hoc loco excusum est πολλάκις μὲν λυπῆσ. ὑμᾶς. LOCEL.

P. 6. v. 10. κέντρον ψυχῇ.] *Qui aculeum amoris animo meo, instar apis, infixistis. Meleag.* in Anthol. *Lub.* lib. VII. ep. 13. ad apem, quae cutem Heliodorae tetigerat. Ἦ σύ γε μηνύεις ὅτι καὶ γλυκὺ καὶ δύσοιστον — Πικρὸν ἀεὶ κραδίᾳ κέντρον ἔρωτος ἔχει. conf. *Prodrom.* lib. II p. 77. et *Anacr.* Od. 40. In Pericle tanta fuit vis eloquentiae ut in eorum mentibus qui audissent, quasi aculeos quosdam relinqueret. *Cicero* de Orat. cap. 34. ex *Eupolide*, τὰ κέντρα ἐγκατέλιπε τοῖς ἀκροωμένοις. v. *Valcken.* ad *Eurip.* Hippol. pag. 304 — 305. PEERLK.

P. 6. v. 21. καλῶς μοι.] Ita exaratum est in Cod. Flor. atque sic etiam habuisse *Salvinium* et *Cocchium* ex eorum versionibus adparet. Quare κακῶς μοι in ed. Londin. typothetae sphalma est, in Luc. et Vindob. editione repetitum. De errore admonere non neglexit *Hemsterh.* Ad διακονήσατε *Abresch.* laudat *Ach. Tat.* lib. II. p. 91 *Themist.* Or. XV. p. 196. et *Lucian.* Tyrann. p. 802. LOCEL. Ex Cod. quoque jam emendarat *D'Orvill.* ad *Char.* p. 686. Et firmare videtur

Aristaen. II. Ep. 21 νὴ τὸν Ἔρωτα τὸν εὐτυχῶς εἰς σὲ τὴν ἐμὴν τετοξευκότα ψυχήν. *Arnald.* legebat ἐν κακῶς. PEERLK.

P. 6. v. 12. ἔρωτα — εἰς — ψυχὴν ὡδηγήσατε.] *Appul.* Met. X. p. 684. *Ista enim tui oculi per meos oculos ad intima dilapsi praecordia, meis medullis acerrimum commovent incendium.* Cui similia *Lucian.* Asin. T. III. pag. 346. PEERLK.

P. 6. v. 13. ταὐτὰ.] Pro ταῦτα in edd. sic reposuimus ex emendatione *Hemsterhusii* LOCEL.

P. 6. v. 14. ἔχετε ψυχάς.] An pro συνέχετε, *junctas tenete et constringite?* An potius *tuemini*, *praesidioque vestro tegite?* Quemadmodum dii dicuntur ἔχειν γῆν et πόλεις, quae eorum in tutela sunt. Sed aliud requiri videtur. Forte sumendum et p. 36. v. 6—7. ἔχω — τὴν ἔννοιαν τὴν σήν. HEMSTERH. Non erat profecto cur hic haereret vir Graece doctissimus. Nempe hoc vult Anthia, *oculi nostri animos nostros ita gubernent ac regant*, *ut*, *quem in iis amorem accenderunt*, *eumdem ipsi quoque fideliter tueantur atque custodiant*, *alium vero omnem amorem introitu prohibeant.* Ἔχειν saepe usurpari pro κατέχειν, κρατεῖν, ἄρχειν, satis cognitum est, exemplis passim obviis. Igitur ἔχετε ψυχὰς mihi videbatur commode posse converti, *regite animos*, ad imitationem praeclari illius *Horatiani* dicti — *animum rege*, *qui nisi paret*, *Imperat.* LOCEL. Mihi ἔχετε modo indicativo accipiendum videtur. *Habetis animos nostros in potestate vestra*, *quos ipsi amore incendistis hos pariter servate.* Oculi habent animos in potestate, (cui contrarium hoc *Senecae* Prov. — *Nihil peccant oculi*, *si non oculis animus imperet.*), quia prohibere possunt quominus Habrocomi alia videatur formosa, Anthiae alius pulcher. — *Oculi sunt in amore duces Propert.* II. 12. ξύμβουλοι τοῦ ἐρᾷν, ἄγγελοι τῆς ψυχῆς etsim. apud Graecos. *Palairet.* pro ἔχετε conjiciebat τέρπετε. Illud autem ταύτας τηρήσατε accepit *G. d'Arnaud* Var. Conject. p. 152. quasi additum esset ἁγνὰς — ut vertere liceret *has servate castas.* Elegans est conjectura *H. Weythingii*, pro ταύτας ὁμοίως τηρήσατε, legentis ὁμονόους. Communicavit eam mecum *Tresling.* PEERLK.

P. 6. v. 16. τῶν Ἀφροδίτης ἐρώτων.] Malebat *Hemsterh.* legi ἐρῶντες. Ratio est quia in edd. excusum est τῆς Ἀφροδίτης; sed meliorem lectionem restituimus ex Cod. Flor. LOCEL. Τῶν pro τῆς jam restituerat *D'Orv.* ad *Charit.* pag. 686. Neque tamen sic locum credo esse sanum. Nam ἔρωτες Ἀφροδίτης notare nunc debebit *amorem venereum*, cujus significationis desidero exempla. Neque haec tulisse videtur *Oudend.* ad *Appul.* II. Met. p. 132. *Graeci*, inquit, *passim*

sim Venereum fructum vocant ἀπολαύειν τῆς Ἀφροδίτης, τῶν ἐρώτων — laudatque etiam h. l. quo respiciens scribere debuisset ἀπολαύειν τῆς Ἀφροδίτης ἐρώτων. Atque haec etiam ratio est quare Hemsterh. legeret ἐρῶντες; non quam tradit *Locella*. Nam recte dicitur ἀπολαύειν τῆς Ἀφροδίτης, non τῆς aut τῶν Ἀφροδίτης ἐρώτων. Nota sunt in hoc genere τὰ Ἀφροδίτης, ἡδοναὶ Ἀφροδίτης, et ἔργα Ἀφροδίτης, atque hoc ipsum est quod hic *Xenophonti* restituimus, legentes τῶν Ἀφροδίτης ἔργων. Φιλοτήσια ἔργα ap. *Homer*. Odyss. Λ. 250. *Ach. Tat.* lib. IV. p. 237. τὸ μὲν γὰρ ἔργον Ἀφροδίτης καὶ ὥραν ἔχει καὶ κόρον. Cui simile illud *Heliod.* I. p. 33. κόρος γὰρ ἔρωτος, τῶν ἔργων τὸ τέλος. Ubi parum accurate interpres: *Amoris quo res prosequimur, finis est satietas*, quum τὸ τέλος τῶν ἔργων sit ipsa ἀπόλαυσις. Et melius hunc locum intellexit *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 203. — Nam τέλος et τελεῖν ad nuptiarum sacra pertinent. *Anacr.* Od. 22. *Homer.* Odyss. Λ. 245. *Theocrit.* Epigr. IV. δυνατὸν Κύπριδος ἔργα τελεῖν. adde *Rhunken.* ad *Timaeum* in voc. προτέλεια. Sed, ut in viam redeam, *Long.* I. c. VII. utitur etiam γευόμενος τῶν ἔρωτος ἔργων. Postea vidi quaedam notata a *Bastio* Lett. Critiq. p. 111. et Schrad. ad Musaeum, p. 228. — Non inique, credo, ferent viri docti me h. l. edidisse, ut conjeci. Valde hoc placet inventum v. d. in novo literarum nuntio Lipsiensi, et altero in *Annal. Belgicis*, unde et *Palairetum* sic voluisse primum didici, (proposui autem hanc emendationem jam in Spec. Obs. p. 39.) *Palair.* haec adnotavit. „Sic *Anton. Lib.* c. 21. τὰ μὲν ἔργα Ἀφροδίτης ἐξύβρισεν, apud „eumdem c. 37. dicitur Diomedes accusasse suam uxorem Aegialeam χάριν ἔργων „Ἀφροδίτης. *Ach. Tat.* lib. IV. p. 219. μέχρι πότε χηρεύσομεν τῶν τῆς Ἀφροδίτης „ἔργων, ubi prave, ni fallor, legitur ὀργίων." Ego autem illud ὀργίων *Tatio* eripere nolim. Nam Erotici aliique saepissime usurpant de amore verba mysteriis propria. Ὄργια Ἀφροδίτης habet *Aristoph.* Lys. v. 832. et 898. Ipse *Tatius* lib. I. p. 25. ἔρωτι τετελεσμένος pag. 37. μύστης et συνηθέστερος τῇ τελετῇ τοῦ θεοῦ. et lib. IV. p. 237. ἐξορχήσομαι τὰ μυστήρια. *Heliod.* lib. I. pag. 34. τῶν Ἀφροδίτης μυούμενον. *Aelian.* V. H. III. 9. βέβηλος καὶ ἀτέλεστος τῷ θεῷ sc. amori. Conf. *Lennep.* ad *Coluth.* lib. II. c. 1. p. 80. Neque in Phalar. ep. p. 368. ego vulgata ista sollicitaverim θεσμὰ παρθενίας ἀποθέσθαι. PEERLK.

P. 6. v. 17. ἐφιλονείκουν — ἐρῶν.] Tantum non ad verbum haec descripsit *Aristaen.* lib. I. ep. 16. ult. ABRESCH.

P. 6. v. 19. χρόνον καλῶν.] Nulla vitii suspicio tetigit interpretem (*Cocchium*) poterat tamen admonere inpedita structura. Nihil succurrit opportunius, quam ut una tantum litera commutata scribatur. ἀπολ. ἀλλήλ. ὧν ἐπεθύμησαν χρόνον, καλῶν.

post-

postquam ex sese invicem ceperant fructum eorum, quae jamdudum expetiverant, bonorum. Καλῶν pro τὰ καλὰ, pendet ab ὧν, et χρόνον intellecto πολὺν, ex *Homero* notum, et *Herodoto*: vel pro χρόνον τινὰ, aliquamdiu, in *Act. Apost.* XIX. 22. ubi vide *Raphel.* Ita χρόνῳ tandem pag. 57. v. 14. pag. 116. v. 3. HEMSTERII. Opportuna sane emendatio est χρόνον, cui me in textu locum dare debuisse, erunt forte qui putabunt: verum mihi sic ῥῆσις ista nondum persanata esse videbatur; displicebat enim praeterea constructio verbi ἀπολαύειν non modo cum genitivo ἀλλήλων, (quod jam valet *frui se mutuo*, non *ex se invicem*, ut vertit *Hemsterh.*) sed etiam cum alio genitivo καλῶν; hoc enim esset *frui se mutuo bonis*, quod in Graeco sermone non magis, opinor, tolerari potest quam in Latino. Ferrem facilius, si legeretur saltem ἀπολαύσαντες ἐξ ἀλλήλων, ὧν ἐπεθύμησαν χρόνον, καλῶν, vel potius χρόνον πολὺν, quod longe praefero, atque adeo in versione sequutus sum, Graeca intacta relinquens. Si, quae hactenus narravit *Xenophon*, consideres, non adparet quidem diu se expetivisse Habrocomen et Anthiam; at enim, quod brevi licet tempore exoptarunt amantes, immo vero omnes universim δειλοὶ βροτοὶ, id eos diu optasse dici non foret ineptum. LOCEL. Locum, ut vulgatur, ita accepisse videtur *Coraës* in Epist. ad *Alex. Basil.* praemissa *Heliod.* T. I. p. 15. ut jungeret χρόνων καλῶν, eaque verba redderet *temporibus fortunatis.* Nam inter alia senescentis Hellenismi, quae in Nostro occurrunt, exempla, etiam numerat καλοὶ χρόνοι] ἀντὶ τοῦ ἀγαθοὶ ἢ εὐτυχεῖς χρόνοι. Et alter locus, quo illud pertineat, in *Xenophonte* non occurrit. *Mitscherl.* putat vulnus esse altius adactum, et excidisse quaedam ante χρόνων. Forte legendum ac distinguendum ἀπολαύσαντες ἀλλήλων, ὧν ἐπεθύμησαν, χρόνῳ καλῶν, *fruentes alter alterius tandem bonis, quae expetiverant.* Genitivus ἀλλήλων pendet a voce καλῶν, ut, quas de duplici hic genitivo difficultates movet *Locella*, nullae sint, neque opus sit ut cum eo legamus ἐξ ἀλλήλων. Sic *Aristaen.* I. Epist. 10. τῆς ἀλλήλων ἀπέλαυον ἀγλαΐας. *Ach. Tat.* I. p. 33. ὅπως σοῦ τῶν δώρων ἀπήλαυσα. Liban. Ep. 272. Joseph. A. J. VII. 14. p. 410. et alia ubique exstant, in quibus nemo dixerit duplicem genitivum ab ἀπολαύειν pendere. Illud χρόνῳ, quod et Noster ita aliquoties habet, pro *tandem, post longum tempus*, illustravit *Valck.* ad *Eurip. Phoen.* p. 108. et ad *Theocrit. Adoniaz.* v. 1. — Proprie non erat illud longum tempus, sed amantibus *longa mora est omnis quae gaudia differt. Xenoph. Symp.* IX. §. 6. in re simili — ἐφιεμένοις πράττειν ἃ πάλαι ἐπεθύμουν. Conf. *Zeun.* ad *Cyrop.* I. iv. 18. et *Schrader* ad *Musaeum* p. 321. 322. Et me inprudente, in textum irrepsisse χρόνῳ nunc demum video. PEERLK.

P. 6.

P. 6. v. 19. *ἑορτὴ — ὁ βίος.*] Sic iterum Noster lib. V. c xv. Eleganter *Thucyd.* lib. I. p. 99. *καὶ μήτε ἑορτὴν ἄλλο τι ἡγεῖσθαι ἢ τὸ τὰ δέοντα πράττειν.* Frequenter ita legitur ap. *Liban.* Ep. 63. 261. et alibi. Diversa parum ratione *Ach. Tat.* lib. IV. p. 267. *καὶ ἦν ἅπας ὁ ποταμὸς ἑορτή.* In *Eustathio* de Amor. Hysm. saepius de festo die legitur *ἡ πόλις ὀρθή.* v. c. lib. X. p. 436. *καὶ πάλιν ἡ πόλις ὀρθὴ, καὶ πάλιν ὀρχεῖται τὸ πλῆθος.* Non me fugit quomodo *arrecta* civitas possit defendi, ut *ὀρθὴ* esset quod alii etiam exprimunt per *ἠρμένη ταῖς διανοίαις, ἐκκρεμαννυμένη* etsim., tamen rectius hic vel illic legeretur *ἑορτὴ* pro *ὀρθή.* PEERLK. Similis loquendi modus est p. 118. v. 7—8. et apud *Pseudo—Lucian.* Vol. II. p. 426. LOCEL.

P. 6. v. 20 *τὸ εἱμαρμένον.*] Deëst articulus *τὸ* in edd. quam e Cod. Flor. supplevi. Acute ait *Xenophon*, amantes quidem oblivionem cepisse eorum, quae ex oraculi responso iis imminebant, sed Fatum eorum non fuisse oblitum. Non me fugit *τὸ εἱμαρμένον*, pro persona *Fati* insolens esse, attamen malui sic intelligere cum *Salvinio* et *Cocchio*, quam *Oudendorpium* audire, qui ad *Th. Magistrum* p. 384. pro *ἐπελέλληστο* corrigi vult *ἐκτετέλεστο.* *Jourdanus*, memor scilicet eorum, quae in sua praefatione dixerat, sic hunc locum vertit: *mais le destin, appuyé sur son livre redoutable, ne perdoit point de vue la page terrible, où cet arrêt étoit écrit de sa propre main.* Vah! capitulum lepidissimum! In quinque Auctoris nostri verbis cuncta haec inesse tu solus deprehendisti. LOCEL. Articulum *τὸ* etiam suppleverat *D'Orv.* ad *Charit.* p. 686. *Mitscherl.* edidit *τὸ Εἱμαρμένον* litera majuscula, et vulgatum putat esse multo venustius, quam *Oudendorpii ἐκτετέλεστο.* *Palairet*, etiam conjecerat *ἐπιτετέλεστο*, quod proprium in hac re dicit. PEERLK.

P. 6. v. 21. *ὅτῳ ἐδόκει ταῦτα θεῷ ἠμέλει.*] Pro *θεὸς ἠμέλει*, quae sunt Atticae venustatis. HEMSTERH. Eleganter porro et cum gravitate repetitur particula *ἀλλά*, quam vero ejectam vult *Tresling.* Adv. Crit. p. 51. LOCEL.

P. 6. v. 25. *μεγάλη.*] Una navis erat, non plures. Vitiosum in edd. *μεγάλαι* emendavimus praeëunte Hemsterh. LOCEL.

P. 6. v. 25. *ἀναγωγὴν.*] Mendosum in edd. *ἀγωγὴν*, et mox v. 13. *ἀγωγῆς* corrigi jussit idem vir doctus, addens p. 18. v. 1. recte legi *ἀναγωγῆς.* „'Αγω„γὴ, inquit, Graecis inauditum hoc sensu: *ἀνάγεσθαι* et *ἐπανάγεσθαι* de navibus, „quum portu solventes in altum provehuntur, usus apud *Xenophontem* nostrum „sunt frequentissimi." LOCEL.

P. 6. v. 26. *πολὺς δὲ.*] In edd. desideratur *δὲ*, quod habet Cod. Flor. LOCEL.

P. 6. v. 27. *θυσίαι καὶ εὐχαὶ.*] Pro more scilicet. v. *Meurs.* ad *Lycophr.* 1473. et Interpretes ad *Petronii* c. 99. extr. ABRESCH. Mox *Cl. Weigel* admonuit in Cod. Fior. legi τοῦ δήμου, sed articulus in edd. est omissus. LOCEL.

P. 6. v. 29. *παίδων κοινῶν.*] *Omnes Ephesii tanto moerore afficiebantur, quasi Anthia et Habrocomes liberi essent non parentum suorum, sed communes toti civitati, adeo eos quisque amabat.* Diverso consilio Lycurgus in *Plutarch.* vit. c. 15. οὐκ ἰδίους ἡγεῖτο τῶν πατέρων τοὺς παῖδας, ἀλλὰ κοινοὺς τῆς πόλεως. Magis ad rem *Appulej.* IV. Met. pag. 293. *Speciosus adolescens inter suos principalis, quem filium publicum omnis sibi civitas coöptavit.* Ad q. l. docet *Oudend. filium publicum* et eum dici in quo omnem spem habet civitas et a cunctis perinde ac filius diligatur, et eum qui revera decreto senatus populique sit declaratus et habitus Reipublicae filius. Ad hanc posteriorem explicationem retulit et h. l. *Xenophontis, nisi tamen*, addit, *priori sensu id sumere quis velit.* Quod mihi probabilius videtur. Mox ἐπ' Ἄιγυπτον dedit *Loc.* ex Cod. pro εἰς, quod habent edd. PEERLK.

P. 6. v. 30. *μελλούσης — ἐπανάξεσθαι.*] Ante haec quaedam deficere manifestum est. In postrema voce [ἐπανάξασθαι in edd.] litera mutanda, ἐπανάξεσθαι. alioqui scripsisset, opinor, ἐπαναχθῆναι, ut καταχθῆναι p. 21. v. 4. et ἐπανήχθη p. 63. v. 8. ἐπαναχθεὶς p. 101. v. 12. p. 104. v. 8. *Demosth.* in *Polycl.* p. 1090. D. οὐκ ἤμελλεν αὐτῷ ἀνάξεσθαι. HEMSTERH. *Locella* verba quae deësse putabat, ita in versione resarcivit, *eos comitabantur.* *Mitscherl.* defectum duobus asteriscis indicavit, et sententia ei postulare videtur *navi imponebantur* vel simile quid. Ego nihil deësse arbitror, modo ex sqq. τὸ Ἐφεσίων πλῆθος hic repetas atque intelligas παρῆσαν, quod et saepe in aliis scriptoribus est faciendum. Ecce Nostri ipsius exemplum lib. II. c. 11. δι' ἣν — ἀφῃρέθην ἐρωμένου — νυνὶ δὲ κινδυνεύω τοῦ ἀνδρός. Ubi contra ex praecedentibus repetendum ἀφαιρεθῆναι. Eleganter hunc discessum describit *Xenophon*, quocum conf. *Charit.* lib. III. pag. 51. ex quo haec inprimis notanda. ἐπεὶ δὲ ἧκεν ἡ κυρία τῆς ἀναγωγῆς ἡμέρα, τὸ πλῆθος εἰς τὸν λιμένα συνέδραμεν, οὐκ ἄνδρες μόνον ἀλλὰ καὶ γυναῖκες καὶ παῖδες, καὶ ἦσαν ὁμοῦ εὐχαὶ, δάκρυα, στεναγμοὶ sqq. Illud ἐπανάξασθαι se non praefracte velle tueri adversus crisin *Hemsterh.* ait *Abresch.* ad *Aesch.* p. 27. PEERLK.

P. 6. v. 31. τὸ Ἐφεσίων — παρῆν.] Si conferas p. 22. v. 7. p. 113. v. 3. p. 114. v. 9. excidisse vix dubitabis πλῆθος. HEMSTERH. Quod si ellipsin velis esse hujus vocabuli, scribendum foret Ἐφέσιον, sed genuinam esse arbitror *Hemsterhusii* emendationem: igitur eam in textum recepi, ita tamen ut uncinis include-

derem. LOCEL. Usitatissima sunt illa apud Graecos τὸ Ἐφέσιον, πᾶν τὸ Ἐφέσιον etsim. v. c. *Philostr.* Heroic. p. 666. p. 704. et alia. Tamen ita hoc loco scribi non potest, quia sequitur παραπεμπόντων. Vide autem an πᾶν τὸ Ἐφεσίων defendi possit his exemplis. *Arrian.* Exp. Alex. V. IV. τὸ γὰρ Περσῶν τῶν πάλαι — οὐκ ἔχω ἀτρεκῶς ὡς γε δὴ πρὸς τὰ Ἰνδῶν ξυμβαλεῖν. *Joseph.* A. J. V. VI. p. 293. τοῦ δὲ Ἀσιανοῦ παντὸς τὸ Ἰσραηλιτῶν ἐστὶν ἰδεῖν νῦν ἀτιμότερον γεγενημένον. *Eustath.* de Ism. Ilism. I. p. 4. ὀρθὴ γοῦν ἡ πόλις, καὶ πᾶν τὸ ταύτης περὶ ἐμέ. Ubi non obscure πλῆθος intelligitur. Prius ellipsios genus illustravit *L. Bos*, hoc posterius non item. — Parum tamen abest quin veram esse credam *Hemsterh.* emendationem πᾶν μὲν τὸ Ἐφεσίων πλῆθος παρῆν, quod ubique sic loquitur *Noster*, et alii plerique Erotici, in quibus et *Heliod.* VI. p. 258. σύμπαν τὸ Μεμφιτῶν πλῆθος. PEERLK.

P. 6. v. 31. τῶν . . . . μετὰ λαμπάδων.] Supplere licet hiantem orationem istum in modum: πολλαὶ δὲ καὶ τῶν ἱερειῶν, vel ἱερῶν παρθένων. HEMSTERH. Ad marginem exempli sui *Cocchius* adscripserat, in Cod. Flor. *spatium* hic relictum esse pro uno verbo, forte παρθένων. Quare mihi quoque vacuum relinquendum esse spatium judicabam, versionem autem conjecturae *Hemsterhusii* adcommodavi. Aliter visum *Vindobonensi* editori, qui, non admonito, ut solet, lectore, vocabulum παρθένων in orationem intulit. LOCEL. *Mitscherl.* cum Cocchio vocem etiam versione omisit. Honoris vero caussa eos deducebant μετὰ λαμπάδων, qualis honor antiquissimis temporibus Deis tantum obtigit, quorum imagines transferebantur, deinde etiam regibus, principibus aliisque v. *Casaub.* ad *Sueton.* lib. III. c. 13. et *M. de Roa* Singul. T. I. p. 199—200. PEERLK.

P. 6. v. 33. τοῦ παιδὸς, τῆς ἀποδημίας.] Conjunxit haec *Salvinius*, distinxit *Cocchius*, quem sequutus sum. LOCEL.

P. 6. v. 35. τὰ τέλη.] Pro τὸ τέλος. *Constant. Porphyrog.* de Them. lib. II. εἰς τὰ τέλη τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου. *Joseph.* A. J. IV. 8. pag. 254. Usus inprimis recentioribus Graecis frequentatus. conf. *Cor.* ad *Heliod.* pag. 317. PEERLK.

P. 6. v. 35. ἤδη μὲν —] Comparasse haud poenitebit cum loco simili apud *Ach. Tat.* lib. II. p. 123. ABRESCH. Adde *Philostr.* V. A. T. 358. Paullo ante, articulum ἡ ante Εὐίππη cum *Lorella* addidi, et mox cum eodem edidi δάκρυα δὴ pro δὲ, ex Cod. Flor. PEERLK.

P. 7. v. 2. βοὴ τῶν ἀπὸ γῆς.] Hic, quia sequitur καὶ τῶν ἐν τῇ νηὶ συμμιγής, si quis pro ἀπὸ praeferat ἐπὶ, is sciat ἀπὸ in multis locis elegantius legi quam ἐπὶ,

 et

et tamen eamdem fere vim habere. *Charit.* lib. I. p. 12. οἱ ἀπὸ γῆς opponuntur τοῖς μένουσιν ἐν τῷ κέλητι. conf. *D'Orv.* p. 106. ubi nec hujus loci oblitus est. Eadem fere iterum notavit pag. 703. *Joseph.* A. J. II. x. p. 102. de serpentibus volantibus, solitis etiam ἀπὸ γῆς κακουργεῖν. *Anton. Lib.* c. 18. de ave quae τίκτει μὲν ἀπὸ γῆς. *Philostr. Icon.* I. 16. καὶ ὁ μὲν ἀπὸ γῆς — ὁ δὲ ἀπὸ τοῦ μετεώρου, *alter stans in terra, alter in loco editiore. Liban.* Ep. 584. ὅπερ οἱ τοὺς ἐν χειμῶνι πλέοντας ἀπὸ γῆς ὁρῶντες πάσχουσι. Quod *Lucretii* notum illud est, *E terra alterius magnum spectare laborem.* Ut *Cicero* II. ep. 7. ad Attic. *Cupio istorum naufragia ex terra intueri.* Anthol. *Lubin.* IV. p. 77. ἀπ' ἠπείρου ὁρᾶν πέλαγος. *Arrian. Exp. Alex.* I. 3. ἀπὸ νεῶν λῃστεύειν. II. 19. οἱ ἀπὸ τῶν τριήρεων. II. 21. οἱ ἀπὸ τοῦ τείχους. Saepissime ita *Xenophon* v. c. Hellen. I. 1. et III. v. 23. ubi Lacedaemonii mortuos tollere non poterant διὰ τοὺς ἀπὸ τῶν πύργων. Quis non miretur *Schneiderum* ibi scribentem, *an fuit olim ἐπὶ τῶν πύργων?* Iterum *Xenoph.* lib. VII. 2. 8. οἱ μὲν ἀπὸ τῶν πύργων, τὴν φλόγα φοβούμενοι, ἐξήλλοντο, οἱ δὲ ἐπὶ τῶν τειχῶν. sqq. Recte quoque in *Theophrasti* Char. Eth. c. 11. legitur ἄρας τι τῶν ἀπὸ τῆς τραπέζης, et frustra *Pavus* et alii volebant ἐπί. conf. *Fischer.* Et sic *Frontin. Strat.* IV. 1. 33. *relictus e militibus quidam a terra voce et gestu expostularet uti toleretur.* i. e. *stans in terra.* v. *Oudend.* Eadem saepe vis est in praepostione ἐκ. *Plutarch.* de Glor, Athen. pag. 87. οἱ πεζομαχοῦντες ἐκ θαλάσσης. *Xenoph. Anab.* I. 11. 18. ἔφυγεν ἐκ τῆς ἁρμαμάξης. ubi. v. *Zeun.* PEERLK.

P. 7. v. 4. ἐκάλει, μέγα εἰς ὑπόμν.] Hoc pacto si distinguas, erit: *magnum aliquod et egregium ad conservandam recordationem adiumentum.* Neque tamen diffiteor commode jungi posse ἐκάλει μέγα, vocabat clamore magno, ut μέγα ἀνεστέναξεν p. 20. v. 3—4. et μέγα ἀνωλόλυξε v. 9—10. HEMSTERH. *Locella* priorem distinguendi rationem, quam unice veram putat, sequutus est, ego contra posteriorem, quam et *Palaireto* placuisse video. Sic *Long.* lib. I c. 14. μέγα Χλόην καλοῦντα. Notissima μέγα βοᾶν, ἀναβοᾶν etsim. Ac nescio quomodo illud μέγα nude sic positum mihi displiceat, quod reddit *Locella*: *magnum invicem recordationis subsidium in animo nomen relinquentes*, scripsisset saltem μέγα τι vel ὡς μέγα τι. Sic v. c. *Heliod.* II. p. 95. μέγα γάρ τι εἰς λήθην κακῶν. conf. *D'Orv.* ad *Charit.* p. 36. PEERLK.

P. 7. v. 5. φιάλην λαβών.] Vinum pater ex poculo in mare projiciebat, in honorem Neptuni deorumque marinorum, quod ipsi navigaturi etiam facere solebant. Alexander ap. Arrian. Exped. VI. 3. ἐπιβὰς τῆς νεὼς, ἀπὸ τῆς πρώρας ἐκ χρυ-

χρυσῆς φιάλης ἔσπενδεν ἐπὶ τὸν ποταμόν. conf. *Gaulmin* ad *Theod. Prodrom.* pag. 515. PEERLK.

P. 7. v. 7. μάλιστα μὲν εὐτυχοῖτε.] *Ante omnia oro ut sitis felices, haec est votorum meorum summa, sin autem, scitote nos dolori ferendo pares non esse futuros.* Sic mox, μάλιστα μὲν εὐτυχεῖν εἴη — ἂν δ' ἄρα τι εἴη πεπρωμένον παθεῖν — ὀμόσωμεν ἑαυτοῖς. *Arrian.* Exp. Alex. IV. 20. Darius ad Jovem Σὺ νῦν μάλιστα μὲν ἐμοὶ φύλαξον Περσῶν τε καὶ Μήδων τὴν ἀρχὴν — εἰ δὲ δὴ ἐγὼ οὐκέτι σοι βασιλεὺς τῆς Ἀσίας. — q. l. ante oculos habens *Curtius* IV. 10. *Dii patrii, inquit, primum* (μάλιστα) *mihi stabilite regnum: deinde, si de me jam transactum est.* — An hunc verborum sensum accurate reddiderit *Locella*, dubito. Reddidit autem *quam maxime estote felices.* conf. *Viger.* Idiot. c. VII. s. 8. p. 337. PEERLK.

P. 7. v. 8. ἄλλο συμβαίη.] Rarius in hac ominata formula solent ἄλλο: plerumque ἕτερον vel ἑτεροῖόν τι. Latinis non dissimili virtute, *alter*, *alterum augurium*, *altera avis.* Vide *Festum.* Arcesilaus ap. *Diog. Laërt.* lib. 4. s. 44. εἴ τι γένοιτο ἀλλοῖον, *si vita fungar.* Mox p. 20. v. 6. non discrepat ἂν δ' ἄρα τι εἴη πεπρωμένον, ibi praecessit item ut hic μάλιστα μὲν etc. HEMSTERH. Eodem modo ὡς ἄλλως *Joseph.* A. J. lib. VI. c. 11. s. 7. pro ὡς ἑτέρως. ut loquitur lib. VII. c. 7. s. 2. et ἄλλη συμφορὰ in *Aristoph.* Ran. 1195. ABRESCH. Ἕτερον et ἄλλο proprie *diversum est ab eo quod optamus.* Homo enim *sperat infestis metuit secundis alteram sortem*, ut ait *Horatius.* Non intellexit formulam interpres Epigr. *Juliani* in *Anthol. Lub.* lib. III. p. 522. vid. *Wolf.* ad *Liban.* ep. 466. et *Bentlei.* ad Fragm. *Callim.* N. 91. *Lennep.* ad *Phalar.* ep. pag. 113. Mire *Prodrom.* lib. I. p. 31. πεσσὸς τῆς κακοσχόλου τύχης — ἄλλως κυλισθεὶς καὶ στραφεὶς ἐναντίως. De Latinis *aliud*, *aliter*, *alter* v. interpr. ad *Appul. Met.* lib. IX. p. 643. Ceterum non displicet mihi sententia *Tresling.* Spec. Advers. pag. 49. legentis h. l. εἰ δέ τι ἄλλο συμβαίη, in qua etiam fuit *Palairet.* PEERLK.

P. 7. v. 9. ὁδόν.] Deësse per ellipsin praepositionem κατὰ verius esse puto quam εἰς: haec vero supprimi non solet si post accusandi casum personae sequatur in eodem casu aliud quodvis nomen substantivum, excepto ὁδός. Sic e. c. apud *Arrian. Ind.* c. XX. s. 8. Νέαρχόν γε οὔποτε ἂν Ἀλέξανδρος προήκατο ἐς κίνδυνον, et apud *Demosth. Philipp.* IV. p. 138. Ἕλληνας ἅπαντας εἰς δουλείαν προέσθαι, ut alia plurima omittam aliorum scriptorum loca. Idem in praemittendi significatione obtinet, e. c. apud *Homer.* Od. XVI. 328. LOCEL. Quod si illud

illud etiam ante alia substantiva facerent, loca essent saepe obscura, quod in ὁδὸς non est verendum, cui voci junctae cum verbis *mittendi veniendi* etsim. raro additur praepositio. Sic apud *Nostrum* lib. III. c. VI. ὁδὸν ἔρχομαι. *Long*. III. p. 100. ἦλθεν ὁδούς. Ut Latinis *ire viam*. PEERLK.

P. 7. v. 10. ἐξιόντα.] Servavit *Loc*. lectionem edd. nam in Cod. male legebatur ἐξιών. Similiter *Charit*. lib. III. pag. 57. Eustath. lib. VI. pag. 242. PEERLK.

P. 7. v. 10. καὶ ὄντοι ἀπῄεσαν.] Pro ὄντοι cum *Palaireto* legendum censeo ὄντως. Sic Noster, inquit, lib. IV. cap. 1. καὶ ὄντως ἀπελθόντες εἰς Λαοδικείαν. *Plutarch*. T. I. p. 772. καὶ οἱ μὲν ὄντως ἀπεχώρουν. *Eratost. Cataster*. c. 22. καὶ ὄντως ἐλθὼν. PEERLK. Male in edd. ἄπησαν sine iota subscripto. Ferri quidem potuisset ἄπησαν, sed mihi nullum dubium fuit, quin *Xenophon* scripserit, quod reposui, ἀπῄεσαν, quamvis nihil adnotatum reperissem in margine exemplaris *Cocchii*. Usitatius in compositis ab εἶμι est plusquamperfectum medii non modo pro äoristo, sed etiam pro imperfecto verbi activi: quippe non assentior iis, qui ἀπῄεσαν in *Act. Apost*. XVII. 10. volunt esse aor. 1. act. et quidem Attice, ut aiunt, pro ἀπῆσαν. Vide *Simon*. Lexic. in Nov. Testam. Sic Noster p. 95. v. 9. ἀπῄεσαν, p. 3. v. 15. παρῄεσαν, p. 113. v. 2—3. περιῄεσαν, p. 21. v. 9. συνῄεσαν, p. 47. v. 5. et p. 118. v. 2. ᾔεσαν; alibi vero ᾔει, ἀπῄει, εἰσῄει, ἐξῄει, περιῄει. His jam diu scriptis edoctus sum a *Cl. Weigel* etiam in Cod. Flor. legi ἀπήεσαν, quamquam sine iota subscripto. LOCEL.

P. 7. v. 12. ἀνανεοῦντες.] Multa animo versantes et repetentes. Deëst in *H. Steph. Thes*. ALBERTI. Dubiae auctoritatis vox est ἀνανοεῖν, nec aut aliunde aut e Lexicis mihi nota. Non tamen id propter ausim proscribere, quod et alibi, variandae orationis ergo, a minus usitatis haud abstinet: e. c. διαχώριος pro ἐπιχώριος, quo alibi saepius fuerat usus. Posset alioqui scriptum ab *Auctore* videri ἀνανεοῦντες, *in memoriam sibi revocantes*, qua licet notione vox potius media poni soleat, id tamen non impedit, quo minus et activum eamdem admittat, apud *Xenophontem* in primis, cui et alia haud pauca sub utraque forma promiscui sunt usus. Adde quod eodem ferme sensu, si originem spectes, potestatis ejusdem ἀνακαινίσαι exstat in *Basilio* To. II. p. 185. . . . Hoc minus arriserit, legi posset ἀναπολοῦντες . . . . vel tandem ἐννοοῦντες, quae vox singulis fere paginis obvia: p. 83. v. 6. p. 84. v. 14. ABRESCH. Adde p. 8. v. 11. p. 16. v. 4. p. 37. v. 7. p. 44. v. 6 et 9. p. 46. v. 8. p. 58. v. 15. p. 67. v. 11—12. p. 90. v. 7. Ab auctore nostro profectum esse ἀνανοοῦντες, quod perspicui

cue legitur in Cod. Flor. ex eo verisimile videri posset, quod verbis compositis ab ἀνὰ valde delectatur; tamen magis eo inclino, ut ἐννοοῦντες verum esse credam cum *J. Elsnero* Sched. Crit. c. IV. p. 25. LOCEL. Mihi dudum in mentem venerat ἅμα νεοῦντες; eaque conjectura magis etiam fidebam, quum *Higtium* idem velle viderem. Et sic solet Noster. v. c. lib. III. c. v. ἐνενοεῖτο δὲ ἅμα πολλά. lib. III. c. XII. πολλὰ ἅμα ἐσκόπει. conf. quae dabimus ad lib. V. c. 13. Nihil tamen esse mutandum nunc judico. Nam vocem minus usitatam reperi ap. *Theod. Prodrom.* lib. VIII. p. 350. Ταῖς παρθένοις γὰρ τὴν ἑαυτοῦ παρθένον — Ἀνανοῶν, ἔκλαιεν ἐν τῇ καρδίᾳ. Ἀνανοεῖν ex *Xenophonte* in Lexicon suum intulit *Schneider.* addens *si tamen, sana sit lectio.* PEERLK.

P. 7. v. 13. πατέρας.] Hoc est *parentes*, saepe et ap. Latinos poëtas inprimis *patres* et *genitores*. conf. *Munker.* ad *Hygin* p. 230. *Observ. Misc.* Vol. I. p. 211. et *Duker.* de Lat. Vet. Ictor. p. 402. PEERLK.

P. 7. v. 15. διανύσαντες — κατήντησαν.] Prorsus ut *Actor.* c. XXI. s. 7. et *Apollod.* lib. I. c. IX s. 21. *Palaeph.* Incred. c. XV. s. 2. ABRESCH.

P. 7. v. 16. ἱερὰν νῆσον.] Vide sis *Spanhem.* ad *Callim.* H. in Delum v. 48. et 49. Mox. vs. 15. Cod. Flor. perperam exhibet εὐξόμενοι. LOCEL.

P. 7. v. 18. ἄρα ἡμῖν.] Tolerari h. l. potest omissio vocis ἔφασαν, vel alterius similis: de qua omissione egit *Burman.* ad *Sueton.* in Aug. c. 42. p. 314. LOCEL. Vide quae notavimus ad hujus libri cap. IX. Hic autem omitti potest quia praecedit λόγοι δὲ ἐν αὐτοῖς πολλοὶ πρὸς ἀλλήλους. v. *Hindeburg.* Animadv. ad *Xenoph.* M. Socr. p. 93. PEERLK.

P. 7. v. 18. ὑπάρξει συγκαταβιῶναι.] Edd. habent ὑπάρξαι, quod, praeeunte *Hemsterh.* correxi. Verbum συγκαταβιόω. quod et pag. 102. e. recurrit, caret auctoritate in *H. Steph.* Thes. et *Scotti* Append. Habent tamen etiam *Alciphr.* lib. I. ep. 32. et *Plutarch.* ubi vide indicem. LOCEL.

P. 7. v. 9. ἀνασκευάξας.] Ita mihi esse edendum invito etiam Codice, pridem constitueram: praeterea videbam mecum facere *Salvinii* et *Cocchii* versiones, in quibus duo participia ἀνασκευάξας et γενόμενος, reddita sunt. Verum et ipse Cod. Flor. adstipulari putandus est, in quo *Cocchius* in margine exemplaris sui adnotavit scriptum esse ἀνασκευάσαν, *Cl. Weigel* autem plane ibi legit ἀνασκευάξας. In edd. duplici errore exhibetur ἀνασκεύαξεν. LOCEL.

P. 7. v. 21. καὶ πῶς.] Sic exhibet recte Cod. Flor. Male in edd. καὶ πᾶς, et cum nota interrogationis post ἀπαλλαγῶμεν, quae in Cod. Flor. non comparet. Prave impositus accentus, pravam peperit interpunctionem: quae Italicum et Latinum

tinum interpretem in fraudem induxerunt. Vidit vero errorem *Hemsterh.* et admonuit. LOCEL.

P. 7. v. 21. *ὀμόσωμεν ἑαυτοῖς.*] Id est *ἀλλήλοις*, p. 115. v. 11. *ἑαυτοὺς ἀπειλήφαμεν.* Improbant hunc verbi usum veteres apud *Eustathium* Grammatici, ipsomet calculum addente Episcopo ad Odyss. E. p. 240. ult. Contra tendit *Suidas*, Atticis cum vindicans: cui facile adsentior, quod apud optimos quosque ita inveniam. *Sophocl.* Antig. 194. *Thucyd.* lib. IV. c. 25. *Demosth.* sub princ. orat. in Pantaenet. *Themist.* Orat. IX. p. 121. A. Contra *ἀλλήλους* pro *ἑαυτοὺς* posuit *Thucyd.* lib. III. c. 81. et ea mente *Suidas*, laudans ejusdem locum, lib. II. c. 70. observante id ad Schol. loci posterioris *Hudsono.* ABRESCH. Conf. *Reitz.* ad Lucian. Vol. II. pag. 98. *Perizon.* ad Aelian. V. H. lib. I. c. 21. et *Jo. Alberti* Observ. Philol. p. 389. LOCEL.

P. 7. v. 22. *οὐκ ἂν.*] Propter illud *συνοικήσαιμι* mutatumque tempus, *ἂν* abesse non potest. HEMSTERH. Igitur, quoniam in edd. non legitur, inseri nunc oportuit. *Συνοικεῖν* non raro usurpant Graeci de contubernio viri et feminae, qui sine legitimo matrimonio simul habitant. Interdum etiam simpliciter valet *coire.* Ad utramque significationem spectant loci a *Mureto* Var. Lect. lib. VI. c. 7. laudati, quibus adde *Herodot.* lib. I. c. 110. Utro modo in hoc Nostri loco intelligere velis perinde est. *Salvinius* transtulit *non mi accaserò:* melius, opinor, *Cocchius* vertit, *numquam mihi fore cum alia consuetudinem.* LOCEL.

P. 7. v. 24. *περὶ ἀνδρὸς ἔτι κατ' ἐμοῦ σκέψῃ.*] Macula vacare non facile mihi persuadeo. HEMSTERH. Quia praecessit *περὶ ἀνδρὸς*, noluit, opinor, praepositionem repetere, sed *κατὰ* pro *περὶ* adhibuit, quod exemplis non caret. V. *Zeun.* ad *Viger.* de Idiot. p. 611. et indic. *Reiskii* in *Demosth.* LOCEL. Ratio loquendi dura *σκέψῃ περὶ ἀνδρὸς κατὰ* seu *περὶ ἐμοῦ. cogites de viro quod ad me adtinet.* Ego omnino locum corruptum censeo. *Palairet.* legit *περὶ ἀνδρὸς ἑτέρου καλοῦ σκέψομαι. Arntzen.* in Dissert. Crit. Jur. p. 15. *περὶ ἀνδρὸς ἔτι καὶ γάμου σκέψομαι.* Melius certe *Palaireto. Arnald. σκέψις* aut *σκήψῃ. Cocchius* vertit, *ipsam alii me tradituram viro suspiceris.* Vulgatum si quis tueri velit ita erit accipiendum, ut *κατ' ἐμοῦ σκέψῃ* significet *tam male de me opineris, quod ad virum adtinet περὶ ἀνδρὸς.* Tamen malim *περὶ ἀνδρὸς ἔτι κατ' ἐμοῦ σκέψομαι, me de viro etiam mecum esse cogitaturam.* Pro *σκέψομαι* facile scribere potuit librarius *σκέψῃ*, cujus oculi jam properabant ad primam vocis sequentis literam *ἥτις*, ante quam illud *σκέψομαι* plene scripsisset. Scio autem usitatius Graece dici

dici σκέπτεσθαι καθ' ἑαυτὸν, genitivi tamen exemplum est apud Nostrum lib. V. c. v. ἐβουλεύετο κατ' ἀυτῆς, ubi recte *Cocchius secum ipsa consuluit.* et *Loc.* volebat καθ' ἀυτὴν Ad q. l. pauca notabimus. Laetor hanc explicationem non displicere v. d. in *Annalibus Belgicis.* PEERLK.

P. 7. v. 25. ἥτις οὐδὲ ζήσομαι τὴν ἀρχὴν ἄνευ σοῦ. Graecismum istum, quem jure nominant scopulum interpretum, nemo melius certiusque exposuit *Lennepio* ad *Phalar.* Epist. XVI. p 82. 83. et LXXXVIII. p. 251—252. Nempe ostendit evidentissime vir insigniter Graece doctus, τὴν ἀρχὴν vel ἀρχὴν, quando cum particula negativa, seu in oratione negante aut privante occurrit, significare *omnino*, *plane*, *prorsus;* contra ea, in oratione adfirmante, aut huic simili verti debere *initio*, *principio*, *olim.* Jam igitur nemini esse dubium poterit ,quin apud *Joann.* in loco illo πολυθρυλλήτῳ c. VIII. v 23. τὴν ἀρχὴν reddi debeat, *initio* sive *principio.* Concordes quidem esse deprehendi omnes, quos inspexi, recentiores enarratores, catenus, ut vulgatam versionem *principium*, *qui et loquor vobis*, rejiciant; at in eo dissentiunt, quod alii volunt converti *omnino*, alii *initio.* Remanent nihilominus, secundum omnes, quas adhuc vidi, loci hujus interpretationes, tenebrae quaedam, quas discutere, ni fallor, liceret, locum interrogative capiendo: videlicet ut τὴν ἀρχὴν ὅ τι καὶ λαλῶ ὑμῖν vertatur *principio* (i. e. *ante omnia*) *quid tandem* (*de me* scilicet) *dicam vobis?* Concinnius tum adparebit adjici quod sequitur: πολλὰ ἔχω περὶ ὑμῶν λαλεῖν καὶ κρίνειν. Restat ut particulae καὶ vim in ὅ τι καὶ, quando significat *tandem*, *denique*, paucis adhuc exemplis firmatam, hac occasione data, pluribus stabiliamus: namque optimos quosque interpretes nullam hujusce significationis rationem habuisse deprehendi. Tamen non infrequentem esse formulam ὅ τι καὶ, sequentia docebunt exempla, quae tametsi plurima sunt, haud tamen sunt omnia, quae in adversariis meis habeo notata. In solo *Luciano* invenias Vol. I. p. 2. 262. 340. 784. 799. Vol. II. 656. 660. 662. 706. 759. 803, Vol. III. p. 80. 88. 162. 189. 376. 381. 428. 502. et 509 bis. tum vero in *Aeschyl.* Prom. 1072. *Sophocl.* Trach. 2026. *Eurip.* Orest. 439. *Aristoph.* Lysistr. 443. Concion. 1014. *Herodot.* lib. II. c. 114. p. 155. *Platon.* Vol. II. p 6. III. 7. et 21. V. 10. *Xenoph.* Cyrop. lib. III. c. 1. s. 6. (ubi καὶ pro ἂν poni somniavit *Zeunius*) porro in *Demosth.* p. 102. 1443. *Appiano* Vol. I. p. 117. III. 22. *Plutarch.* Vol. IX. pag. 93. *Procop.* Ep. XV. *Alciphr.* lib. I. ep. 21. (ubi male admonuit *Bergler.* καὶ abundare) in *Heliod.* lib. II. p. 112. 114. V. 265. X. 508. denique, in *Charit.* p. 121. et 166. ubi v. *D'Orvill.* LOCEL. Minus accurate etiam hic οὐδὲ τὴν ἀρχὴν reddidit *Cocchius*, *ne tan-*

 tu-

tulum quidem. Bene jam explicaverat *Palairet.* Observ. Philol. p. 243. Mirum autem quantum erraverint in hac formula bene vertenda interpretes modo *initio*, modo *dignitatem* modo aliter reddentes. Hujus rei duo adfeiam exempla *Apollod.* I. c. 9. §. 19 Ἡρόδοτος δὲ αὐτὸν οὐδὲ τὴν ἀρχὴν φησι πλεῦσαι. *neque jam tum statim.* Errorem jam detexit *Munker.* ad *Anton. Liber.* c. XXVI. *Aelian.* V. H. XIV. 1. μὴ ὅμοιον εἶναι ἀρχὴν τινὰ μὴ λαβεῖν, ἢ λαβόντα ἀφαιρεθῆναι. *dignitatem quandam.* Ubi melius *Kuhnius.* Et ita saepe *Aelian* v. indic. Dicto ap. *Aelian.* simile illud *Xenoph.* Cyrop. lib. VII. c 5. s. 82 οὐ γὰρ τὸ μὴ λαβεῖν τὰ ἀγαθὰ οὕτω γε χαλεπὸν, ὥσπερ τὸ λαβόντα στερηθῆναι λυπηρόν. conf. *L. Bos* Observ. Crit. p. 59. ubi corrigit etiam locum *Herodoti*, cui alterum addit v. d. Observ. Misc. Vol. III. p. 326. *Jensius* Lect. Lucian. p. 352. Pro ἀρχὴν vel τὴν ἀρχὴν, nam utrumque dicitur, etiam usurpatur ἐξ ἀρχῆς. v. *Abresch.* Lect. Aristaen. p. 249. PEERLK.

P. 7. v. 25. ὡς.] Habet h. l. vim ἀποτελεστικὴν, sive potius conclusivam, pro *itaque*, *quare*: de qua parce agit *Hoogev.* Doctr. Partic. c. LIV. s. 1. §. 23. LOCEL.

P. 7. v. 25. μεγάλην Ἄρτεμιν.] Prorsus velut in *Act. Apost.* c. XIX. v. 27—28. HEMSTERH.

P. 7. v. 26. ταύτ — θάλατταν.] Ad simile jusjurandum in *Charit.* lib. III. c. 2. p. 58. *D'Orvill* locum Nostri adferens in Animadv. p. 447. ait, videri sibi loca haecce imitationis indicia prae se ferre. At solitum fuisse navigantibus per *maria jurare*, ad *Ach. Tat.* lib. I. c. 16. p. 452. adnotavit *Boden.* LOCEL. Alia non desunt loca, in quibus clariora imitationis signa perspiciuntur, ut non dubitem quin *Chariton* legerit *Xenophontem* nostrum. Ceterum jurisjurandi istius multa sunt exempla apud poëtas, *Ovidium* inprimis. v. III. Met. 638. *Per mare fallaces perque omnia numina jurant.* PEERLK.

P. 7. v. 27. τὸν ἐπ' ἀλλήλους ἡμᾶς ἐκμήναντα θεόν.] Ordo est, ne quis fallatur, τὸν θεὸν ἐκμήναντα ἡμᾶς ἐπ' ἀλλήλους. Ἐκμαίνειν τινὰ ἐπὶ τινὶ et ἐπὶ τινὰ explicavit *Bast. Let. Crit.* p. 113. neque hujus loci oblitus. Saepe *Ach. Tat.* v. c. lib. V. p. 303. et alibi. Εἰς autem additur saepius rebus, quarum amore quis incenditur. Ut *Liban.* ep. 432. ἐξέμηνε τὴν πόλιν εἰς σοφίας ἔρωτα Θεμίστιος. *Ach. Tat.* lib. II. p. 71. Ut autem ἐκμαίνω, sic et μαίνω τινὰ dicitur, quod frustra negavit *Eustath.* v. *Wytt.* Bibl. Crit. Vol. III. c. IV. p. 44. PEERLK.

P. 7. v. 27. βραχύ τι ἀποσπασθ. σου — ἥλιον ἐφορμαι.] *Abresch.* comparat *Lucian.* in Charidem. Vol. III. p. 629. *Eurip.* Alc. 287. *Joseph.* A. J. lib. VI. c. 11.

c. 11. s. 4. et lib. XV. c. 3. s. 6. Adde *Long.* II. c. 27. μὴ ζήσεσθαι μόνος ἄνευ Χλόης μηδεμιᾶς χρόνον ἡμέρας. *Alciph.* I. 39. ὃν φιλεῖς οὕτως ὥστε τὸ μηδὲ ἀκριβῶς αὐτοῦ διαζευχθῆναι δύνασθαι. Ubi in spec. Observ. p. 40. legendum conjeci ἀκαρῶς, melius tamen, quod postea vidi v. d. in Observ. Misc. Vol. V. p. 61. ἀκαρῆ πως. — Illa autem ἔστε τὸν ἥλιον ἐφορῶμαι addita sunt ἐνεργείας caussa, ut interpretantur *Homeri* Il. A. 88. ζῶντος καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο. Odyss. Δ. 540. — ζώειν καὶ ὁρᾶν φάος ἠελίοιο. Hinc juncta reperias apud Latinos *vivere et videre*, et Graeci simpliciter ὁρᾶν et βλέπειν pro *vivere* utuntur. v. V. D. *Observ. Misc.* Vol. V. T. II. p. 233. *Prodrom.* lib. VIII. p. 365. Ζῇς μοι Ῥοδάνθη καὶ βλέπεις τὴν ἡμέραν. PEERLK.

P. 7. v. 28. ὁ καιρὸς — ἐποίει τοὺς ὅρκους φοβερωτέρους.] Nox enim erat, quae horrorem quemdam, jurantibus praecipue, incutit, ut jusjurandum etiam sanctius videatur. Horat. Ep. XVI. 1. *Nox erat — cum tu magnorum numen laesura Deorum — In verba jurabas mea.* — Ubi vetus commentator. *Tempus noctis horrendum ipsum jusjurandum facit.* Et fuere qui crederent Deos noctu in terra versari, ex qua opinione Hesiodeum illud Op. et D. 730. μακάρων νύκτες ἔασιν, explicat *Graev.* Lect. Hes. p. 82. PEERLK.

P. 7. v. 29. Κῶ.] In gratiam minus Graece doctorum admoneo recte et vero Attice scribi Κῶ in accusandi casu, neque adeo, imperitorum librariorum more, mutandum hic esse in Κῶν. Attica illa forma, (quam leviter adtigit *Thom. Mag.* in τυφῶς p. 861.) occurrit e. c. ap. *Xenoph.* de Exp. Cyri lib. V. c. 1. *Arrian.* de Exp. Alex. lib. II. c. 5. s. 8. lib. III. c. 3. s. 8. *Polyb.* in Exc. de Virt. ex lib. XVI. Vol. III. p. 58. *Appian.* de B. Mithrid. c. XXIII. Vol. I. pag. 674. *Strab.* lib. II. p. 186. B. lib. X. 748. B. *Agathem.* lib. c. 4. s. 389. *Aristid.* Vol. I. p. 77. Vol. II. p. 423. *Joseph.* A. J. lib. XIV. c. 7. s. 2. ter. *Apollod.* lib. I. c. 6. s. 2. lib. II. c. 7. s. 1. aliosque. Etiam apud *Thucyd.* lib. VIII. c. 108. p. 573. pro Κῶν ἐτείχιζε in optimae notae Cod. *Clar.* exaratum est τὴν Κῶ ἐτείχιζε, et in *Demosth.* de Pace p. 63. et pro Rhod. libert. p. 198. in quinque Codd. recte scriptum est Κῶ. Similiter in *Act. Apost.* XXI. 1. longe major eaque praestantior pars Codd. exhibet εἰς τὴν Κῶ, quamobrem etiam *Griesbach.* id in textum recepit; et denique apud *Diod. Sic.* lib. XVII. c. 27. p. 180 itemque lib. XX. c. 27. p. 425. Cod. Reg. Paris. habet Κῶ, quod sane recipere potius debuisset *Wessel.* quam vulgatum Κῶν tueri; nam lib. V. c. 81. pag. 398. et lib. XIII. c. 69. p. 596. in omnibus collatis MSS. Attica forma servata fuit. Postremo addam nomen *Stingo*, quo nunc haec insula vocatur, factum esse e Graeco εἰς

 τὴν

τὴν Κῶ. His jam scriptis reperi de promiscuo usu accusativi Κῶ et Κῶν egisse quoque *Wetsten.* in sua N. T. edit. Vol. II. p. 600. sqq. LOCEL. Occurrit apud *Anton.* Lib. c. XXX. Μίνω. *Philostr.* Heroic. p. 671. τὴν Κῶ. *Joseph.* A. J. XVI. 11. pag. 786. Κῶ. In Orat. *Demosth.* de Pace *Beckius* tamen cum *Reiskio* edidit Κῶν ex longe plurimis Codicibus. v. *Beck.* edit. p. 87. — Illud autem *Stingo* sive proprie *S'tinCo* ex more recentioris Graecismi, quo plura locorum nomina corrupta sunt. Proprie enim ita pronuntiabant incolae quum motum indicarent versus insulam Ceam. Sic ortum est *Stives* ex ἐις Θήβας, *Stalimini* ex ἐις τὴν Λῆμνον, et ipsa *Constantinopolis* a Turcis appellata est *Stinbol* seu *Stanbol* ex male intellectis incolarum verbis quum dicerent se ire ἐις τὴν πόλιν. Et ita in aliis, quae reperiuntur in hominum recentiorum itineribus per Graeciam factis. PEERLK.

P. 7. v. 32 κατήγετο ἡ ναῦς ἐις Ῥόδον.] Minus accurate interp. *Rhodum subducta navi. Subducere navem.* i. e. *ex mari in litus trahere* Graecis est ἀνασπᾶν et ἀνέλκειν. Κατάγεσθαι *appellere*, cui oppositum ἀνάγεσθαι, *in altum vehi*. Potest igitur navis κατάγεσθαι quae non subducitur, sed in portu in statione manet. Illud ἀνασπᾶν *Musaeo* de Her. et Leand. v. 298. restituendum dudum videram, legens ἀνέσπασε pro ἀνέκλασε, ubi *D'Orvill.* in ed. Röver. legebat ἀνέλκυσε. Postea tamen vidi eumdem ad *Charit.* pag. 267. etiam illud ἀνέσπασε occupasse. Si igitur in eodem versu pro διχθάδα cum *Brunck.* ad *Apoll. Rhod.* ponamus διψάδι, habebimus eumdem omni vitio sanatum. Mirum autem ἀνασπᾶν, hac positum significatione, non unum interpretem fugisse. *Laur. Vallam*, Herod. lib. VII. cap. 188. ἀνασπάσαντες τὰς νέας *revulsis navibus*, reddentem correxit *L. Bos* Observat. Critic. pag. 58. Huic oppositum κατασπᾶν *navem deducere* non intellexit *Vultej.* in his *Polyaen.* Stratag. I. p. 109. κατασπάσας δύο τὰς ταχυναυτούσας τῶν νεῶν, *contractis duabus celocibus* pro *deductis*, vertens. Idem mihi in altero *Musaei* loco accidit, ut quum vs. 236. pro Μαρτυρίην λύχνοιο πολυκλαύστοιο δοκεύων, legerem πολυκαύστοιο, hoc postea a *Koenio* ad *Gregor.* de Dial. p. 189. mihi praereptum reperirem. Nunc tamen praeferam περικαύστοιο, quemadmodum *Straboni* lib. XVI. πέτρα περίκαυστος dicitur *pharus*. Ejusdem *Musaei* v. 127. ita correxit *Ruardius*. Ἱέρειαν ἀφάσσειν Παρθένον ἧς ἐπὶ sq. pro vulgato παρθενικῆς. Quae conjectura *Valckenario* elegans et vera videbatur, ut ex illius epistola ad *Ruardium* scripta cognovi. PEERLK.

P. 7. v. 33. ἔχων μετὰ χεῖρα.] Attica est loquutio. Vide *Aeschin.* in Timocr. p. 16. ed. Ald. *Thucyd.* lib. I. c. 138. *Apollod.* lib. II. c. 4. s. 6. *Alciphr.* lib.

lib. III. ep. 40. *Themist.* Orat. XIX. p. 226. C. *Lucian.* Demosthen. Encom. extr. *Joseph.* in Vit. sua s. 44. ubi et legas κατὰ χεῖρας δέξασθαι, A. J. lib. VIII. c. 12. s. 4. lib. c. 12. s. 1. . . . . . Jones juxta cum poëtis tertium adjungunt casum. *Lucian.* de Astrol. p. 988. μετὰ χερσὶν ἔχων τὴν λύρην: neque tamen id perpetuum; nam *Herodoto* lib. VII. c. 16. itidem placuit μετὰ χεῖρας ἔχειν. Eumdem usum praestat διὰ χειρός. *Aelian.* de Anim. lib. VII. c. 37. τὸ δρέπανον διὰ χειρὸς εἶχε. An item ἐπὶ χεῖρα, ut non affirmem, ita negare plane non ausim, quod apud *Polyaen.* lib. III. c. 7. s. 1. ediderunt viri docti, ἀχρειχοὺς χρυσοῦς ἐπὶ χεῖρας ἔχων ἔφευγε, libris tamen MSS. praeferentibus μετὰ χεῖρας. Ἀνὰ χεῖρας φέρειν dixit *Phurnut.* de N. D. c. XVI. ABRESCH. Apud *Alexand. Bibl. Interpr.* saepe legitur ἐπὶ χεῖρας. Ceterum in cunctis locis ab *Abreschio* indicatis, quibus facile plura e. c. ex *Arriano* de Exp. Alex. et *Herodiano*, possent adjungi, est μετὰ χεῖρας, ut adeo apud Nostrum sic quoque nonnemo existimare possit esse reponendum pro μετὰ χεῖρα; sed, praeterquam quod singularis numerus rei, de qua agitur, bene est adcommodatus, non video cur μετὰ χεῖρα non aeque recte scribi possit atque ἀπὸ χειρὸς, διὰ χειρὸς, ἐν χειρὶ, ἐκ χειρὸς, ἐπὶ χειρὶ, vel ἐπὶ χεῖρα, quae omnia, ut alios taceam, saepius leguntur apud modo laudatos Alexandrinos Interpret. De ἀνὰ χεῖρα, ὑπὸ χεῖρα, et κατὰ χεῖρα vide *Thes. Stephani.* LOCEL.

P. 7. v. 35. οὐκ ἔστιν — ὅστις.] Non hic legendum esse cum *Palaireto*, οὐκ ἦν τῶν ἰδόντων ὅστις, nec *Tresling.* οὐδεὶς ἦν, patebit ex iis quae diximus ad hujus libri cap. I. Neque hic *Locellam* vitii suspicio movit, quamvis aeque praecedat συνῆεσαν, atque ibi προσεῖχεν. PEERLK.

P. 7. v. 35. σιωπῶν.] Retinui lectionem edd. quam tacitae emendationi Salvinii deberi suspicor; nam in Cod. Flor. mendosa exstat λυπῶν. LOCEL.

P. 7. v. 35. ἐπιδημίαν ἐκ τῶν θεῶν.] Habuimus p. 12. v. 11. ἡ ἐκ τοῦ θεοῦ βοήθεια, p. 100. v. 5. occurret τὴν ἐκ θεῶν καλουμένην νόσον. In hisce loquendi modis abundare interdum videre possit ἐκ, quod vult *Reitz.* ad *Lucian.* Vol. II. p. 884. (estque huic Nostri loco fere similis in *Heliod.* lib IV. c. 9. p. 242. τὴν ἐκ θεῶν οἰκονομίαν, et alter in *Aesch. Socrat.* Dial. I. s. ult. ἐπιπνοίᾳ ἐκ τῶν θεῶν,) vel, quod malo, ponitur pro ἀπὸ, aut denique servit paraphrasi, potestque reddi per solum nomen adjectivum quemadmodum apud *Polyb.* lib. X. c. v. habetur μετά τινος θείας ἐπιπνοίας. Sic e. c. apud *Theoph.* Char. Eth. c. XI s. 3. τὸ μὲν ἐκ τῆς πόλεως ἐφόδιον est pro πολιτικόν; apud *Eurip.* Jon. 671. ἐκ τῶν Ἀθηνῶν, et apud *Plutarch.* in Thes. Vol. I. p. 55. ἐξ Ἀθηνῶν est pro Ἀθηναῖος. In hoc

quoque Auctoris Nostri loco nihil differt ἐπιδημίαν ἐκ τῶν θεῶν, a θείαν ἐπιδημίαν. Abundare fortasse judicabis ἐκ apud *Xenoph.* de Venat. c. 3. s. 4. εἰσὶ δὲ καὶ τῆς ἰχνεύσεως πολλοὶ τρόποι ἐκ τῶν αὐτῶν κυνῶν. LOCEL. Adeo diversus est apud Graecos hujus praepositionis usus, ut ad paucas regulas non redigi, sed et ejus vis saepius intelligi quam Latine circumscribi possit. Quod non cogitantes quidam, qui ingenium Linguae Graecae Latina vel sua metiuntur, istam praepositionem vel extrudere, vel mutare ausi sunt. Aelian. V. H. IV. 28. τὴν ἐκ τῶν συνήθων ἐξέκλινε συνουσίαν. *Schefferum* ἐκ ejicientem refellit *Kuhn.* v. ind. Neque in l. l. *Xenophontis* ἐκ abundare ego quidem judicaverim. Nam ἐκ, ut saepe alibi, indicat actionem ἰχνεύσεως quae fit a canibus. Imperite illud ἐκ τῶν κυνῶν in Indice Zeun. redditur *quod attinet ad canes.* Hic etiam ἐπιδημία ἐκ θεῶν duos quosdam ex numero Deorum indicat, quod per θείαν ἐπιδημίαν non tam accurate fieret. Neque, si de uno loquuntur, dicunt Graeci ἐπιδημία ἐκ θεῶν, sed ἐπιδημία θεοῦ. v. *Lucian.* Conviv. Tom. IV. p. 345. *Eunap.* Praefat. vit. Sophist. pag. 7. Inscriptio *Palmyrena* (in Biblioth. Libr. Nov. *Neocori* - T. I. p. 398.) ἐπιδημίαν θεοῦ Ἀλεξάνδρου. Ἐπιδημεῖν autem dicuntur Dei, quando in hoc illove loco praesentes adesse credebantur, oppositum ἀποδημεῖν. Notum est ex poëtis varia quemque incolere loca. Et haec ἐπιδημία festus plerumque dies habebatur; quare et mox addit Noster ἑορτὴν ἄγουσι τὴν ἐπιδημίαν αὐτῶν. *Callim.* H. in Apol. 13. meminit Φοίβου ἐπιδημήσαντος. Ad q. l. opportune haec *Procopii* laudantur. Οὐδὲ γὰρ οἱ Δελφοὶ ὅλως αὐτῶν ἀπεῖναι τὸν Πύθιον ἔλεγον, οἱ καὶ παρόντος εὐθὺς ἑορτὴν ἄγουσι τὴν ἐπιδημίαν Ἀπόλλωνος. conf. *Wyttenb.* Bibl. Crit. Vol. III. c. IV. pag. 44. Sic Erycini Veneris ἀποδημούσης et ἐπιδημούσης festa ἀναγώγια et καταγώγια celebrabant. v. *Aelian.* V. H. I. 15. *Veneris absentis* in re simili meminit *Appulej.* IV. Met. p. 303. Eo etiam respexit *Theod. Prodrom.* lib. VIII. p. 349. οὕτως ἑορτὴν ἔσχε κοινὴν ἡ πόλις — τὴν εἰς ἑαυτὴν τοῦ νέου παρουσίαν. PEERLK.

P. 8. v. 1. προσηύχοντο.] Προσεποιοῦντο [quod exhibent edd.] sensum hic nullum, certe minus congruentem habet. Omnino refinge, consuetum loquendi morem scriptoris nostri secutus, προσηύχοντο, velut p. 2. v. 5. p. 5v. 3. HEMSTERH. Ante *Hemsterhusium* admonuerat *Albertius* conferenda esse *Acta Apost.* XIV. 11. et notandum προσποιεῖσθαι pro *sibi propitium reddere.* Postea *Jac. Elsner.* Sched. Crit. c. IV p. 26. legi volebat προσεπιπτνοῦντο. Non male, nisi quod verbum esse poëtis modo usitatum videtur. At *Steph. Bernard.* Animadv. in scriptor. Graec. in Act. Societ. Rheno — Traject. Vol. I. p. 211. retinendum esse judicabat προσεποιοῦντο, atque, ut probaret, προσποιεῖν τινὰ significare *sibi aliquem conciliare* pro-

propitium reddere, laudavit *Ctesiam* in Persic. pag. 671. (ad calcem Herodoti *Wessel.* p. 120.) Mihi sine haesitatione recipienda visa est *Hemsterhusii* emendatio, quae praeterea verbis mox sequentibus, ἐπεύχονται δὲ αὐτοῖς δημοσίᾳ, fulcitur. LOCEL. *Mitscherl.* qui προσεποιοῦντο servavit, ait se praeferre *Elsneri* προσεπιτνοῦντο vel propter similes literarum ductus. Ego cum *Locella* facio. PEERLK.

P. 8 v. 2. ἐπεύχονται δὲ αὐτοῖς.] Erunt fortasse, qui insolentia structurae moti, [nam in edd. est ἐπεύχ. δὲ αὐτοὺς] scriptum malint: εὐωχοῦσι δὲ αὐτούς, ut apud *Parthen.* Erotic. c. XIII. ἑορτῆς — τελουμένης, ἐν ᾗ δημοσίᾳ πάντες εὐωχοῦνται. Alios fore praevideo, qui αὐτοῖς refingendum putabunt, prout in *Aristaen.* lib. II. epist. 2. pro ἐπηυξάμην θεοὺς, *Cl. de Pauw* substituendum videtur θεοῖς. Mihi tamen id haud dum est liquidum, ut qui didici, cum pluribus in verbis eandem observari structurae diversitatem, tum in ejusdem et cognatae significationis προσεύχεσθαι atque προσκυνεῖν. . . . ABRESCH. Postea idem vir doctus in *Lect. Aristaen.* p. 199. haec adnotavit huc facientia: „Ad structuram quod at„tinet τοῦ ἐπεύχεσθαι cum casu quarto hic pariter atque apud *Xenoph. Ephes.* l. „d. non magis ei controversiam movendam putem, quam τῷ προσεύχεσθαι, cui „eundem casum dedit *Aristoph. Plut.* 959. nec inobservatum reliquit *Suidas.* „Conf. *Lucian.* Hermot. c. 5. Huc adde, quod ἐπεύχεσθαι per omnes structu„ras dativi tantum excepta, sequitur verbum ἐπομόσαι, ut simplex εὔχεσθαι sim„plex ὀμόσαι. Praeterea adgregata sic quaedam ei haeserit significatio, et ἐπεύ„χεσθαι θεὸν fuerit. *preces adlegare ad Deum*, alterum εὔχεσθαι θεῷ ἐπί τινι „πράγματι, *precibus exposcere quidpiam.*" At me ista cuncta non impediunt, quin censeam, et apud *Aristaenetum* corrigendum esse θεοῖς, et apud Nostrum αὐτοῖς, idque etiam in textum, invito licet Cod. Flor. esse inserendum, quod feci. Confudit non semel, vel ambigue saltem exaravit, librarius Codicis illius terminationes οις et ους, de quibus cf. indicem. quo magis probabile fit, id etiam hoc in loco ei usu venisse. In προσεύχομαι, praepositio quartum casum personae facilius admittet, quod secus est in ἐπεύχομαι. Verbum istud quando denotat *precari* vel *imprecari*, si quidem casum habet aliquem conjunctum (nam non raro sine casu, velut προσεύχομαι adhibetur) tertium personae unice admittere mihi persuadeo. Ita certe reperio apud *Homerum*, *Pindarum*, (ubi Pyth. III. 137. est eadem vi, qua apud Nostrum h. l.) *Sophoclem*, *Aristophanem*, *Theophrastum*, *Aeschinem* rhetorem, *Plutarchum* etc. atque sic quoque apud reliquos, quotquot supersunt, veteres Graecos scriptores inventum iri confidenter adseverare ausim.

In

In *Luciano* et *Plutarcho* legitur cum dativo personae et accusativo rei. Ubi vero solum regit accusandi casum, tum is semper rem, vel formulam precandi designabit, non personam cui bene vel male precamur. Denique, ut hoc addam, quoniam ἐπεύχομαι sine adjuncto casu notat etiam *jacto me*, *glorior*; cum quarto casu constructum verti potest, *glorior de aliquo*, vel *de aliqua re*. velut apud *Eurip.* Iphig. in Taur. 508. et Rhes. 693. An etiam eadem potestate casui tertio jungi queat, valde ambigo. Est unicus locus in *Homero* Il. XI. 431. Σήμερον ἢ δοιοῖσιν ἐπεύξεαι Ἱππασίδῃσι, ubi implicatior est oratio, quia ἐπεύξεαι refertur simul ad duos dativos, et ad verba Τοιώδ' ἄνδρε κατακτείνας, καὶ τεύχε' ἀπούρας; verum non *regit* tamen, ut loquuntur Grammatici, nisi haec ipsa verba: in δοιοῖσιν Ἱππασίδῃσι autem, praeter ellipsin praepositionis ἐπί, commode subaudiri potest κταμένοις vel simile verbum. Quare, si Latine per ablativum, quem dicimus, absolutum convertas, sic optime procedet oratio: *Hodie binis Hippasidis occisis, vel gloriabere te tales viros interfecisse, eosque armis spoliasse, vel, mea hasta percussus, animam perdes.* Alterum locum Il. XIV. 478. Τῷ δ' Ἀκάμας ἔκπαγλον ἐπεύξατο nemo, opinor, in hanc rem laudabit, nisi qui, vulgata versione deceptus, existimabit τῷ hoc loco significare *super hunc*, quum sit *ideo*, *ob id*, *idcirco*. LOCEL.

P. 8. v. 3. ἑορτὴν ἄγουσι — ἐπιδημίαν.] Ut *Ach. Tat.* II. pag. 96. ἑορτὴν δὲ ἄγουσιν ἐκείνην τὴν ἡμέραν. *Nepos* Timol. c. v. *Quo factum est, ut ejusdem natalem festum haberet universa Sicilia.* PEERLK.

P. 8. v. 3 ἐξιστόρησαν.] Sic exstat in Cod. Flor. at in edd. legitur διϊστόρησαν: quod vero emendari oportere docuit *Tresling.* Advers. Crit. spec. pag. 54. his verbis: *Legendum esse διιστόρησαν vix est ut moneam.* . . . . Ceterum, si legitimum esset διϊστορέω, tametsi lexicis nondum insertum, firmari posset auctoritate *Paulli Silent.* ep. LXXIV. in *Anal. Brunck.* Vol. III. p. 96. ubi tamen significat *trado*, *perhibeo*, *memoriae prodo.* Simplex verbum ἱστορέω non raro reperitur adhibitum ea significatione, qua compositum ἐξιστορέω hoc loco usurpatur; sed hujus, hac fere potestate, unicum exemplum invenio apud *Joseph.* A. J. lib. III. c. 14. s. 2. *Oculis urbem lustrare* dixerunt *Lucan.* VII. 795. et *Petron.* Satyr. c. XI. LOCEL. Urbem perlustrabant, et Soli mox munus dedicabant. Sic paullo ante in Samo sacra faciebant Junoni. Priscam consuetudinem servavit *Ovid. Heroid.* epist. XXI. 91. *Protinus egressae, superis, quibus insula sacra est — Flava salutatis thura merumque damus.* Ἱστορία est *locorum peregrinorum lustratio*, hinc *notitia quaecumque*, quae et verbo ἱστορεῖν in-

insidet. Quaedam huc pertinentia dederunt *Gataker*. ad Marc. Anton. pag. 28. *Heuman*. Poec. T. III. p. 423. — et Lennep. ad Phal. ep. p. 226. Praepositio ἐκ significationem vocabuli auget. Qua de re quae olim mecum communicavit *Jo. Ruardi*, lectori non invidebo. „ *Sophocl.* Antig. 1219. τάδ' ἐξ ἀθύμου δεσπότου „ κελεύσμασιν — ἠθροῦμεν. Cum ἐξ dativo non jungatur *Heathius* legit τάδ' ἐυν. „ Quid? Si jungamus τάδ' ἐξαθύμου. De ἐξ augente v. *Budae.* Comm. Ling. Gr. „ p. 409. *Valcken.* Diatrib. Eurip. p. 197. qui et ad *Phoen.* p. 448. *Euripidi* „ in Bacchis restituit ἐξέπεισε. Nonne Trach. *Sophocl.* v. 2. ἐυκ ἂν αἰῶν' ἐκμάθοις „ βροτῶν, πρὶν ἄν — θάνοι τις, ἔυτ' ἐι χρηστὸς, ἔυτ' ἔι τῳ κακός, mecum agnoscis „ vim eamdem? Cum eo loco, quod ad sensum attinet conf. Oedip. Tyr. v. 1528. „ ὥστε θνητὸν ὄντ', ἐκείνην τὴν τελευταίαν ἰδεῖν — ἡμέραν ἐπισκοποῦντα, μηδέν' ὀλ- „ βίζειν, πρὶν ἂν — τέρμα τοῦ βίου περάσῃ, μηδὲν ἀλγεινὸν παθών. *Vauvill.* cum „ *Heath.* *Stanlejanum* ἔδει pro ἰδεῖν improbat. Mihi quidem ἰδεῖν frigere videtur. „ Quid? Si γε δεῖν. An etiam admittas in Trachin. 47. ἀλλ' ἡδοναῖς ἄμοχθον ἐξα- „ νύει βίον, pro ἐξαίρει. Ἐξανύει illud *Sophocli* familiare, eidem pro ἐξαίρει red- „ didit *Valcken.* ad Phoen. p. 188. Vis praepositionis etiam conspicua in *Aesch.* „ Choëph. 213. *Sophocl.* Elect. 658." PEERLK.

P. 8. v. 4. πανοπλίαν.] Gravem armaturam esse intelligendam docuit *L. Bos* in Exerc. ad Paulli Ep. ad Eph. VI. 13. Panopliae partes omnes videntur fuisse galea, lorica, clypeus, gladius, hasta et ocrea, quarum tres solum numerat *Schol.* ad *Eurip.* Phoen. 786. Occurrunt cunctae hae partes, praeter gladium, in numo Syracusano apud Celebr. *Eckhel.* Doctr. Num. Vet. Vol. I. pag. 243. De panoplia consulere licet quos laudant *Wolf.* Cur. Philol. et Critic. in Paulli Ep. ad Eph. VI. 11. et *Simon.* in Man. Graec. N. T. Non fuisse hanc, de qua agitur, ex auro, sed inauratam modo, vel auro ornatam, facile quivis judicabit. Solent Graeci non raro vocabulo χρυσοῦς sic uti: nec desunt apud Latinos exempla. LOCEL. Πανοπλίαν dedicabant Anthia et Habrocomes, non quasi arma ipsi tractarent, aut Soli ea praecipue dedicari solerent. Armatura autem hic consideranda est tamquam quodvis summa arte et splendore confectum munus. Alexandrum quidem apud *Arrian.* Exped. I. pag. 17. nemo mirabitur τὴν πανοπλίαν τὴν αὐτοῦ ἀναθεῖναι εἰς τὸν νεὼν Minervae. Et sic Davides apud *Joseph.* A. J. VII. v. χρυσᾶς πανοπλίας ἀνέθηκε PEERLK.

P. 8. v. 4. ἐπέγραψαν.] Quod praecipue faciebant victores qui spolia hostium Diis consecrabant. Aeneas ap. *Virg.* III. Aen. 287. — *rem carmine signo* —

 Aeneas

Aeneas haec de Danais victoribus arma. conf. *Valcken.* ad Eurip. Phoen. p. 218. Idem tamen de aliis etiam donis factum est. PEERLK.

P. 8. v. 6. ξεῖνοι.] Cod. Flor. post ξεῖνοι addit κλεινοὶ, quod fortasse ex varia lectione in codicis antiquioris margine adscriptum librarius textui suo stulte inseruit. In latina mea interpretatione retinui Cocchii versus, quod in Graeco scriptore nobilioris ordinis non fecissem, etenim prorsa potius Graecos, sicubi occurrunt, versus esse Latine reddendos jam p. 152. in adnot. p. 12, v. 4. admonui. LOCEL. Reddidit *Cocchius. Aurea dona tibi ponunt haec arma lubentes — Habrocomes Ephesi cives atque Anthia sacrae.* — Ego, ut et ξεῖνοι exprimerem — *Arma tibi ex auro ponunt haec hospes uterque.* — Pro τεύχε' ἔθηκαν. *Palair.* malebat τευχ' ἀνέθηκαν, quia duriusculum ei videbatur duplex ε inter τεύχε ἔθηκαν. Sed non erat hoc durum auribus Graecis, quos talia non fugere, vel ex initio Iliados patet, ubi *Homerus* ἄλγε' ἔθηκε posuit. Quod ad ἱρῆς 'Εφέσιο, occurrens in eodem carmine, est illud frequens apud poëtas urbium epitheton. *Homerus* Athenas ἱερὰς appellat, in quibus cives erant religiosissimi. Eo allusit *Liban.* ep. 242. conf. *Spanhem.* de Usu et Praest. Num. pag. 778. sqq. et *Duker.* ad *Flor.* p. 474. PEERLK.

P. 8. v. 9. ἐπισιτισάμενοι.] Recte Interpres *viatico instructi e portu solvunt.* . . . Idem in his locis ἐπισιτίσασθαι quod σιτία ἐμβάλλεσθαι. Vide p. 17. v. 11. ABRESCH.

P. 8. v. 10. καὶ τὰ μὲν πρῶτα ἐφέροντο.] Haec et quae sequuntur de praedonibus captisque Anthia et Habrocome, adeo similia sunt iis quae narrat *Heliodor.* V. p. 206 — 210. ut nostra ad ea conformata esse videantur. Caeterum nota est hac significatione vox φέρεσθαι ut Lat. *ferri.* Ea restituenda videtur Achilli Tatio III p. 163. πολλοὶ δὲ καὶ ξύλοις ἀπεῤῥωγόσι συμπεσόντες, ἐπείροντο δίκην ἰχθύων. Legebat ἐφέροντο Jo. Ruardi, idque acute cogitatum putabat G. Koenius. PEERLK.

P. 8. v. 11. ἀναμετροῦντες — θάλατταν.] Verbum compositum pro simplici, velut apud *Theocrit.* XXIV. 125. nam ἀναμετρεῖν proprie valet *remetiri.* Delectatur Noster verbis ab ἀνὰ compositis. *Homericum* est πέλαγος μέγα μετρήσαντες, Odyss. III. 179. quod imitati sunt Latini: quare nobis quoque in versione verbo *metiri* uti licere putavimus. LOCEL. Videtur ista vox actionem iterandi hac quidem significatione non saepe retinuisse. *Homer.* Od. M. 428. — ὄφρ' ἔτι ἀναμετρήσαιμι Χάρυβδιν. Eo respicit *Philostrat.* Vit. A. T. I 35 Πλάτων δὲ τρὶς ἀναμετρῆσαι λέγεται τὴν Χάρυβδιν ὑπὲρ πλούτου Σικελικοῦ. Id. III. x. V. IV. et alibi. 'Ανε-

'Ανεμέτρει τὸ χωρίον παρ' 'Αριστοφάνει ἀντὶ τοῦ διεμέτρει, observavit *Schol. Euripid.* v. *L. Bos* Observ. Crit. p. 64. Et *Schol.* ad supra l. l. *Homeri*, explicat ἀναμετρήσαιμι, per διέλθοιμι, παρέλθω. PEERLK.

P 8. v. 12. καὶ ναυτῶν ῥαθυμία.] Nescio quid *Mitscherlichio* acciderit, qui locum sanum sic refingere nos jubet. καὶ ναυτῶν ῥαθυμία, καὶ μέθη ἡ ἀρχὴ τῶν μεμαντευμένων. Ejectis καὶ πότος ἐν τούτῳ, et καὶ in ἡ mutato. Addit verba Nostri quae mox sequuntur — ἔκειντο δὲ πάντες — — ὑπὸ μέθης καὶ ῥαθυμίας. Omnia bono satis ordine procedunt. *Ventus remisit, ut navis nihil fere procederet. Nautae, quibus tunc parum erat, quod agerent, potare coeperunt. Hinc ebrietas orta, et ecce rerum oraculo praedictarum initium.* PEERLK.

P. 8. v. 13. τῷ δὲ 'Αβροκόμῃ ἐφίσταται.] Difficulter mihi persuadeo *Xenophontem* diutius lectores suspensos voluisse detinere, utrum vigilanti an per somnium, mulieris ista species obversata fuerit. Certe neminem inveni adhuc, qui, quo id patescat, statim non adjecerit. Vide ipsum *Xenoph.* p. 105. v. 12. p. 41. v. 14. *Apollod.* lib. II. c. 4. s. 2. de Perseo; Longum lib. II. p. 50. lib. III. pag. 94. Nec aliter *Ach. Tat.* lib. I. c. 3. IV 1. VII. 12. *Act. Apost.* XII. 6 et 7. aliique, quos ibi laudant Philologi. 'Εγρηγορότι addit *Lucian.* in Philops. p. 487. et in princip. Cronosol. Hic legeris τῷ δὲ 'Αβροκόμῃ κοιμωμένῳ, sive καθεύδοντι ἐφίσταται, nihil interest, nisi hoc tantum quod prius obliterasse videtur similitudo literarum, quae finiunt vocem praecedentem. ABRESCH. Quod in Graeco desideratur, in versione saltem esse supplendum existimabam verbis unciuis inclusis. LOCEL. Verba *Xenophontis* quae sequuntur adfirmant *Abreschii* sententiam, *Habrocomes, his visis, perterritus* προσεδόκα τὸ δεινὸν ἐκ τοῦ ὀνείρατος. Unde non immerito hic legendum quis suspicetur τῷ δὲ 'Αβροκόμῃ ὄναρ ἐφίσταται. *Palair.* inserebat ὑπνωμένῳ. Quidquid est, verbum aliquod desideratur, indicans Habrocomen haec omnia non vigilantem vidisse. Nisi putemus Xenophontem omissa tali voce indicare velle, somnium illud tam clare visum Habrocomi quam si vigilaret: Quo pertinent haec *Heliodori* III. 124. ἤδη δὲ μεσούσης τῆς νυκτὸς ὁρῶ τὸν 'Απόλλω καὶ τὴν 'Αρτεμιν, ὡς ᾤμην (εἴγε ᾤμην, ἀλλὰ μὴ ἀληθῶς ἑώρων). Quod tamen non est verisimile. PEERLK.

P. 8. v. 14. γυνὴ φοβερά, μέγεθος ὑπὲρ ἄνθρωπον.] Comparat *Abresch.* ad h. l. et postea ad p. 23. v. 10. *Lucian.* in Asino p. 123. et *Herodian.* in Maxim. p. 536. LOCEL. Ex opinione qua Dei irati, forma humanam superante longitudinem hominibus apparebant. (conf. *Burman.* ad *Propert.* IV. vi. 31.) Sive quod omnino Dei apparentes, manes hominum, et similia noctis simulacra majora

 pu-

putabantur humana forma. Hinc *Serv.* explicat *Virg.* II. Aen. 772. *Infelix simulacrum, atque ipsius umbra Creüsae — Visa mihi ante oculos et nota major imago.* Quem locum ante oculos habens *Senec.* Thyest. 673. umbras mortuorum vocavit *majora notis monstra.* *Juven.* Sat. XIII. 221. *Charit.* lib. II. p. 22. PEERLK.

P. 8. v. 14. *ἐσθῆτα ἔχουσα.*] Phrasi *ἐσθῆτα ἔχειν* alii quoque utuntur. *Aristid.* Tom. III. p. 693. *Lucian.* in Cynic. p. 973. Noster supra p. 14. v. 8. Supplendum in ea *ἀμφὶ* vel *περὶ σῶμα.* Plene *Eurip.* Hel. 561. *Herodot.* lib. VII. c. 72. . . . ABRESCH.

P. 8. v. 15. *καίειν.*] Edd. habent *καίνειν*, quod auctoribus *Albertio* et *Hemsterhusio* correxi. Emendatio ista comprobatur etiam ab iis, quae p. 24. v. 13—14 narrantur. Reprehenditur *Cocchius* ab *Albertio*, quod *ἐπιστᾶσα* conjungens cum *τὴν ναῦν*, verterit *visa est navi instare:* [pariter jam *Salvinius* reddiderat *stando sopra la nave*] nam, inquit, *ἐπιστᾶσα* cum accusandi casu, est *reprimens*, *cohibens*, cum dativo autem construere solent quando *instare* notat, ut p. 23. v. 15 p. 41—42. p. 112. v. 15—16. Hactenus ille. Verum non satis adcurate haec sunt tradita, etenim alia etiam significat *ἐφίστημι* cum dandi et accusandi casu, atque etiam sine casu constructum. Cum dandi casu et *adparendi* significatione paullo ante v. 12—13. occurrit *τῷ δὲ Ἀβροκόμῃ ἐφίσταται*, sed nunc *ἐπιστᾶσα*, si quid video, jungi debet cum *τὴν ναῦν*, vertique *navim sistens*, subaudito post *καίειν* rursum *τὴν ναῦν*; nam si, (quod vult *Albertius*, et *Jac. Elsnerus* Sched. Crit. c. IV. p. 25.) *τὴν ναῦν* pertineret ad verbum *καίειν*, crediderim *Xenophontem* potius scripsisse *ἐπιστᾶσα ἐδόκει καίειν τὴν ναῦν*; hoc enim modo cavisset, ne lector locum ita intelligeret, prout nos eum intelligi oportere existimamus. Sic apud *Aelian.* V. H lib. II. c. 28. *ἐπέστησε στρατίαν* verti debebat *exercitum consistere fecit*, admonente *Verheykio* ad *Anton. Lib.* c. XXXVII. pag. 251. LOCEL. Neque vero haec accurate tradita sunt a *Locella* Legendum omnino ac distinguendum est, *ἐπιστᾶσα δὲ, τὴν ναῦν ἐδόκει καίειν.* Repetit *Xenophon* pro more suo *ἐπιστᾶσα δὲ*, quia praecesserat *ἐφίσταται.* Sic mox c XIII. *ἔτυχον μὲν παρορμοῦντες* — — — *παρώρμουν δὲ.* lib. III. c. 11. *ἠράσθην* — — *ἠράσθην δὲ.* *Aelian.* V. H. III. 19 *ἐπέθετο*, et multis interjectis, *ἐπιθέμενος δὲ.* Similis nostro est hic locus *Luciani* Philops. T. III. p. 593. *ἐφίσταταί δὲ ὁ δαίμων, ἐπί τινα τῶν πολλῶν ἥκειν νομίζων, καὶ δειδίξεσθαι κἀμὲ ἐλπίζων ὥσπερ ἄλλους, αὐχμηρὸς καὶ κομήτης, καὶ μελάντερος ζόφου. καὶ ὁ μὲν ἐπιστάς.* Charit. II. p. 36. *ἐπέστη δὲ αὐτῇ εἰκὼν Χαιρέου* — — *ἑστὼς δὲ.* Eleganter itaque et connectendae orationis caus-

caussa repetiit Xenophon ἐπιστᾶσα δέ. Jam ἐπιστᾶσα τὴν ναῦν, quod vertit *Locella*, *navim sistens*, Graecum non est. Dictum oporteret ἐπιστήσασα τὴν ναῦν. Ut in exemplo *Aeliani* etiam videmus aoristum primum, quem locum jam correxerat *Munker.* ad *Anton.* Lib. p. 295. ed. suae. Sic *Arrian.* Exp. Alex. V. 16 ἐπέστησε τοὺς ἱππέας τοῦ πρόσω. *Xenoph.* Cyrop. IV. II. 18. ἐπέστησε τὸ στράτευμα. In *Zosim.* Hist. lib. II. p. III. pro ἐγκατέστη omnino cum *Sylburg.* leg. ἐγκατέστησε. *Herodian.* I. c. II. κομισθὲν ἐπὶ νεὼς τὸ ἄγαλμα — — — — ἔστησε θείᾳ δυνάμει τὸ σκάφος. non *navigium substitit* ut interpr. sed *stitit* erat reddendum. Nisi *Politianus* legerit ἔστη, quod *Stephanus* putat. Notavit et quosdam errores ortos a discrimine non servato quod est inter aoristum primum, secundum, et imperfectum hujus verbi *D'Orvill.* ad *Charit.* pag. 489 et 770. — *Palair.* legebat. ἐπιστᾶσα δὲ τὴν ναῦν ἐκαιεν, καὶ ἐδόκει τοὺς μὲν ἄλλους sqq. Inprimis autem dicitur ἐφιστάναι de apparitione divina, sive in somniis sive alia ratione, proprietatemque animadvertit *Ulpianus* ad *Demosthen.* de Coron. p. 482. (v. *D'Orv.* ad *Charit.* p. 28.) neque tamen isti significationi vox est adstringenda, quod fecit *Pricaeus*, notatus a *Gronov.* ad *Arrian.* Exped. Alex. II. 3. Generaliter enim significat *subito ex improviso alicui adesse*, vel *in locum venire*. v. *Budae.* Comm. Lat. Gr. p. 596. PEERLK.

P. 8. v. 16. διανήχεσθαι.] Male in Lond. edd. animadvertente iterum *Albertio*, excusum est διανήκεσθαι, et stulte servatum in Lucensi et Vindobonensi. Admonuit praeterea *Hemsterh.* διανήχεσθαι *natando evadere*, velut apud *Athen.* lib. VI. c. 8. p. 260. F. Addere poterat *Lucian.* in Toxari Vol. II. pag. 547. LOCEL.

P. 8. v. 16. εὐθὺς.] Hoc quoque loco minus bene converteretur *statim*. conf. adnot. p. 152. ad p. 12. v. 7. LOCEL. Si loca *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 162. et 207. ed. Amstel. inspexeris, diversam eorum esse rationem videbis. Ipse *Charit.* p. 35 εὐθὺς μὲν οὖν ἐσίγησε διὰ τὸ πλῆθος. Ubi idem esse atque τότε, nemo non videt. Et sic intelligenda vox est apud Alciphron. I. 26. εὐθὺς μὲν οὖν μόλις με προσεῖπε — — εἶτα sq. *Tunc quidem vix me alloquebatur — deinde vero* sq. Ubi Berglerus non cogitavit de ista τοῦ εὐθὺς significatione, nam scribit. *Haec inter se pugnare videntur.* Paullo melius rem cum Herelio expedivit ibi Wagnerus, qui edidit Alciphronem ao. 1798. Lips. — Neque *Aristoph.* Nub. 1043. ad quem Locella iterum provocat lib. I. c. 16. huc pertinet. Vertendum autem est εὐθὺς, si cum ὡς jungatur, *simul ac*. Ut hoc loco ταῦτα ὡς εὐθὺς εἶδεν, ἐταράχθη. Et sic in participiis, quibus ὡς addi non potest. Ita legimus lib. III.

c. 2. οὗτος ἐπιβὰς εὐθὺς τῇ Περίνθῳ — ἐρᾷ τὸν Ὑπεράνθην. Quod idem est ac si scripsisset οὗτος ὡς εὐθὺς ἐπέβη. — lib. III. c. 12. ἐρᾷ τοῦ Ἀβροκόμου εὐθὺς ἀχθέντος εἰς τὴν δικίαν. pro ὡς εὐθὺς ἤχθη. Εὐθὺς etiam non cum ὡς sed verbo sequenti jungitur. Sic Noster lib. I. c. 7. ταῦτα ὡς ἐκομίσθη τὰ μαντεύματα — εὐθὺς δὲ πατέρες ἦσαν ἐν ἀμηχανίᾳ. lib. II. c. 5 ὡς δὲ ἀφίκετο, εὐθὺς ἡ Μαντὼ — συνετάττετο. lib. III. c. 7. ὡς εἰσῆλθεν — εὐθὺς ἰδὼν — ἐξεπλάγη. In quibus et similibus exemplis potius *simul ac* quam *quum-tunc* vertendum est, sive jungas v. c. in postremo exemplo εὐθὺς cum ὡς, sive cum ἰδὼν, sive cum ἐξεπλάγη. Parum differunt ὡς τάχιστα *Heliod.* I. p. 17. ἐπεὶ τάχιστα *Ach. Tat.* V. 391. et similia. PEERLK.

P. 8. v. 16. προσεδόκα τὸ δεινὸν.] Melius est, quod conjicit *Palairet.* τι δεινόν. Pro ἐγίνετο, quod sequitur, *Locella* malebat, ἐγένετο. PEERLK.

P. 8. v. 18. ἔτυχον μὲν ἐν Ῥόδῳ πειραταὶ.] Ecce iterum piratae! Non aliter confici posse dicas Graecam fabellam amatoriam. Habet ad manum suos piratas *Longus*, habet *Achilles Tatius*, habent *Heliodorus*, *Chariton*, et insipidus ille fabulator *Eustathius* sive *Eumathius*. Nimirum adhibuerit piratas princeps istorum *Antonius Diogenes*, a cujus imitatione totum hocce pendet scriptorum genus. Πειραταὶ Nostro dicuntur praedones maritimi, qui vetustioribus Graecis λῃσταί. Vide *Valcken.* ad *Ammon.* p. 194. Sed tamen etiam voce λῃστὴς utitur, de iisdem piratis loquens, p. 31. v. 2. et p. 32. v. 1. λῃστήριον dixit pro πειρατήριον, quo utitur *Achill. Tat.* lib. VI. c. 20. p. 564. Adscripserat ad praesentem locum *Abreschius*, excidisse post ἔτυχον μὲν particulam οὖν transitum fulciendae necessariam, sed postea in *Lect. Aristaen.* p. 142. agnovit haud esse necessarium istud additamentum. Inseruit tamen *audax verba infercire* Vindobonensis editor. LOCEL.

P. 8. v. 19. παρώρμουν.] In edd. male excusum est προσώρμουν. Quod edidimus est ex emendatione *Hemsterh.* tamen προσώρμουν mihi aptius esse videtur. LOCEL.

P. 8. v. 19. γεννικοὶ.] Non displicet mihi ἦσαν, quod addere volebat *Iligtius.* Nunc explicandum est ex solita apud Nostrum verborum trajectione. Melius καὶ πολλοὶ καὶ γεννικοὶ statim sequerentur post Φοίνικες τὸ γένος. PEERLK.

P. 8. v. 20. τῇ νηὶ.] Interpone ἐν τῇ νηὶ [quod fecit nam in edd. desiderarur ἐν.] pariter omissum p. 85. v. 7. ubi praecedentis syllabae μὲν similitudo particulam expulit: quamquam non ignorem saepius accidere, ut absit, (forte descriptorum negligentia) ubi videbatur requiri; velut pag. 3. v. 13. . . . . Paria notavit *Syl-*

Sylburg. in adcurata Praefat. ad Lect. ex *Pausania*. *Aelian.* V. H. lib. III. c. 12. τῇ Σπάρτῃ καταμεῖναι, ubi *Faber* ἐν τῇ Σπ. κατ. renitente *Kühnio*, qui nimius est, quando hanc praepositionis ellipsin Atticam dictitat. HEMSTERH. Addit in nupera Aeliani editione Lipsiensi *C. G. Kuehnius*, eiusdem cum *Fabro* sententiae fuisse etiam *Schrad.* ad *Museum* p. 276. multisque exemplis probasse, hanc τοῦ ἐν ellipsin poëtis tantum usitatam fuisse. LOCEL. Non hoc ibi probat *Schrad.* sed poëtis talia magis esse in delitiis. Idque praecipue locum habet in nominibus propriis urbium regionum ac populorum. v *Valcken.* ad *Eurip.* Hippol. p. 226. Neque apud poëtis tantum, sed etiam *Herodotum* lib. I. c. 22. ἐς τὸν Ὀλυμπίῃ διέποντες ἀγῶνα. conf. *Observ Miscell.* Vol. II. p. 251. quod non cogitavit v. d. in *Observ. Misc.* Nov. Tom. IV. p. 214. legens in *Stephano* de Urb. Ἄβαι — πόλις ἐν Φωκεῦσιν — ubi vulo ἐν abest. Grammatici etiam omittunt in citandis scriptorum libris. v. c. *Anton.* Lib. c. 35. Ξάνθιος Λυκιακοῖς, pro ἐν Λυκιακοῖς. v *Munker.* ad cap. 20. PEERLK.

P. 8. v. 20. πολλὰ καὶ τιμία.] Ad mancipia haec verba *Salvinius* retulit; *Cocchius* vero, quamvis nullam distinctionem poni curaverit post ἀνδράποδα, vertit *aurum et argentum, et mancipia, multaque magni pretii.* Recte meo judicio, si respexeris ad ea, quae p. 17. v. 11—12. de multis ac variis vestibus navi impositis narrantur et ad p. 24. v. 12. τὰ τιμιώτερα τῶν φορτίων. Praeterea nec multa nec magni pretii mancipia in illa nave fuisse adparet, cum ex eo, quod mancipiorum p. 17. v. 11—13. nulla facta fuit mentio, tum etiam ep. 24. v. 13. ἄλλους τε τινὰς τῶν οἰκετῶν ὀλίγους. LOCEL. Quo minus locum ita cum *Cocchio* accipiamus vetat defectus conjunctionis καὶ ante πολλὰ κ. τ. vel potius, credo, tum Noster scripsisset καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ τιμία. Orta mihi est suspicio, legendum καὶ χρήματα πολλὰ καὶ τιμία. Potuit librarius hic καὶ χρήματα oblivisci, et mox ponere, ubi verbis istis vix locus est, quem tueri possunt. PEERLK.

P. 8. v. 22. καὶ τὰ χρήματα.] Deësse aliquid ante vel post haec verba suspicari posses; habent enim nescio quid hiulci. Quod si non insolitam Nostro verborum traiectionem esse dixero, tamen quaeres fortasse num χρήματα vendi recte dici possint? Aio equidem, si pro *praeda* sumantur, velut apud *Xenoph.* Hist. Gr. lib. III. c. 5. s. 3. lib. VI c. 5. s. 37 accipi posse videntur. Quod si hoc non placet, reponerem κτήματα, quoniam haec generatim sunt *res utiles, bona, quae possidemus.* Hac significatione κτήματα occurrunt p. 32. v. 5. p. 55. v. 7—8. p. 110. v. 13. *Cocchius* vertit, *cum reliqua praeda*, quod retinui.

nui. LOCEL. Nulla opus est emendatione. *Xenoph.* Hellen. III. 4. 24. etiam χρήματα vocat praedam. et III. 5. 3. (quem et laudat *Loc.*) ἐλάσαι χρήματα, quae certe *vendi* possunt dici. Ceterum aut deëst aliquid, aut haec verba non suo loco sunt posita. PEERK.

P. 8. v. 22. ὀυκ ἀξιομάχων.] Hoc loco ὀυκ ἀξιόμαχος non est, ni fallor, *indignus quicum dimices, sed qui non est par conserendae pugnae, minus idoneus ad pugnam, atque ad piraticam exercendam*; redditur enim ratio, cur eos venumdare decreverint praedones. Nota etiam δὲ pro γὰρ positum. LOCEL. Ego simpliciter acceperim *Spernebant omnes, quicumque in navi essent, tamquam non pares sibi in pugna futuros. Adeo non dubitabant de victoria.* PEERLK.

P. 8. v. 23. ὁ ἔξαρχος.] Id est *dux, praefectus.* [*Ach. Tat.* vocatur λῄσταρχος lib. III c. 22. p. 272. c. 19. p. 294. c. 20. p. 302. et *Joseph.* A. J. lib. XIII. c. 10. s. 5. nec non de B. J. saepius ἀρχιλῃστής.] ἐξάρχειν λῃστρικοῦ *Heliod.* lib. I. p. 60. et *Joseph.* B. J. lib. II. c. 12. s. 4. Κορυφαίους καὶ ἐξάρχους jungit *Themist.* Orat. XVI. pag. 210. B. et συμποσίων καὶ θιάσων ἔξαρχος dicitur Bacchus apud *Aristid.* Vol. I. pag. 54. Frequens vocabuli est usus apud recentiores. Vide *Du Cang.* et *Suicer Thes. Eccles.* ABRESCH.

P. 8. v. 24. ὡς δὲ.] Inserui particulam δὲ, quae deëst in edd. legitur vero in Cod. Flor. admonente *Cl. Weigel.* LOCEL.

P. 8. v. 25. παρέπλεον.] Eodem dolo utuntur praedones apud *Heliod.* V. p. 208. πλησιάσαντες γὰρ οἱ λῃσταὶ, καὶ ἐγκάρσιοι παρελαύνοντες, ἀποπειρώμενοι τὲ, εἰ πως ἀναιμωτὶ γένοιντο ἐγκρατεῖς τῆς ὀλκάδος. *Palairet.* legit προσέπλεον, quia παρέπλεον accusativi casum postulat. Idem ego cogitans dudum antea conjeceram παρέπλεον τοὺς περὶ Ἀβ. Atque ita scripsisse credo *Xenophontem.* Saepius in describendis syllabis οις et ους peccavit ille qui Codicem Florentinum ex alio descripsit v. *Locella* ad lib. I. c. 16. Neque dubitavi edere τοὺς. Si quis me accuset audaciae, hujus me reum ipse fatebor, si mihi ostendat exempla in quibus παραπλεῖν hac *praeternavigandi* significatione cum dativo personae construitur. PEERLK.

P. 8. v. 26. ἔκειντο — ὑπὸ μέθης.] Sic etiam lib. III. c. 10. *Liban.* Oper. T. I. *Polyaen.* Strat. VIII. 25. 1. *Long.* III. p. 83. αἵματι κεῖσεται πολλῷ. Ἀνέκειντο μέθῃ καὶ θυμηδίᾳ *Polyaen.* Strat. VIII. 36. Quamquam haec ita vertit *Abresch.* *dediti erant et addicti. Observ. Miscell.* Nov. T. III. p. 22. In quibus κεῖσθαι ὑπὸ

ὑπὸ μέθης, idem est atque κεῖσθαι μεθύοντα quod legitur ap. *Anacr.* Od. 26. *Zosim.* lib. IV. p. 233. PEERLK.

P. 8. v. 27. τελευταῖον — ἐφίστανται δή.] Signa parentheseos ad mentem *Hemsterh.* adposui, eodemque suasore mutavi δὲ in δή. Haec, inquit, particula inservit orationi, quae interrupta fuerat, redordiendae. *Lucian. Demosth.* Encom. p. 211. B. ἡ Ἀθῆνα δή. *Minerva inquam;* ut bene interpres. Eumdem usum apud Graecos an δὲ habeat, haud satis memini. Hactenus *Hemsterh.* LOCEL. *Maxim* Tyr. Dissert. XXVII. initio. Φέρε, ἐρώμεθα τὸ — et interjecta parenthesi repetitur oratio — ἐρώμεθα δέ. *Arrian.* Exped. Alex. I. 24. Ἀλέξανδρος δὲ — multis interpositis — ὁ δὲ καὶ ὡς. *Plato* Alcib. I. §. 4. ἐὰν θᾶττον εἰς τὸν Ἀθηναίων δῆμον παρέλθῃς (τοῦτο δὲ ἔσεσθαι μάλα ἡμερῶν ὀλίγων,) παρελθὼν δέ. Ubi recte illud δὲ tuetur contra *Stephanum Gottleberus*, docens ex *Abresch. Dilucid. Thucyd.* p. 70. 780. δὲ saepe significare οὖν, quando resumit vel redorditur sermonem vel per paucissima interruptum. Et sic Noster lib. V. c. 6. ἐνθέμενοι δὲ pro οὖν. Ubi et *Locella* legendum contendit δή. v. *Orellium* in Suppl. Notar. ad *Nicol. Damascenum* p. 24 — 25. *Xenoph. Hellen.* I. vi. s 4. *Schneid.* restituere vult δή, quod apodoseos ratio requirit. *Cyrop.* II. iii. §. 19. τούτοις δ' ἡσθεὶς, *his, inquam, delectatus.* Ubi quum *Zeun.* legere vult δή, sibi ipse contrarius est, qui alibi in Xenophonte non semel observet δὲ exquisite poni pro οὖν. Ecce alterum e Cyrop. IV. vi s 3. exemplum. τοῦτον ὁ νυνὶ βασιλεὺς οὗτος, καλέσαντος τοῦ τότε βασιλέως, πατρὸς δὲ τοῦ νῦν, ὡς δώσοντος τὴν θυγατέρα τῷ ἐμῷ παιδί. (ἐγὼ μὲν ἀπεπεμψάμην, μέγα φρονῶν, ὅτι δῆθεν τῆς βασιλέως θυγατρὸς ὀψοίμην τὸν ἐμὸν υἱὸν γαμέτην) ὁ δὲ νῦν βασιλεὺς ἐπὶ θήραν αὐτὸν παρακαλέσας. *Eum igitur, eum inquam.* Neque ibi in alio codice pro δὲ alia vox legi videtur, neque in aliis plurimis locis hujus rei est controversia. PEERLK.

P. 8. v. 27. ἀλύοντες.] Parum interest, attamen in edd. atque etiam in Cod. Flor. legi ἀλύοντες admoneo, propterea quod *Villois.* in Animadv. ad *Longum* p. 64. Attice sic scribi vult. Contra ea *Albertius* ad h. l. adnotavit corrigi oportere ἀλύοντες, laudatque *Hesych.* in ἀλύουσα. Mihi consuetam scribendi rationem sequi visum est, quae infra p. 108. c. 13. in edd. aeque ac in Cod. Flor. exhibetur. In versione usus sum verbis *J. Caes.* de B. Civ. lib. II. cap. 14. [*languentes atque animo remissi*] quibus ἀλύοντες hoc loco bene reddi posse arbitrabar. *Salvinius* vertit *addolorati*, sed *Cocchius* interpretatus est *exanimi et aegre se habentes.* De varia verbi istius potestate consuli possunt *Kühn.* ad *Aelian.* V. H. lib. IX. c. 25. et *Krebs.* ad *Plutarch.* de aud. poët. p. 166. LOCEL.

Vid. *Bourdel.* ad *Heliod.* pag. 24. *Pierson.* ad *Moer. Atticist.* p. 179. et v. d. *Observ. Misc.* Vol. II. p. 293. PEERLK.

P. 8. v. 27. Κόρυμβον ἐλαυνομένη — — πολλῇ.] Nihil durius scribi potuit his ultimis: τριήρης ἦν σὺν ὀξύτητι πολλῇ. [Sensit hoc *Cocchius*, et in versione sua plane omisit.] Verum ita *Xenophontem* dedisse haud crediderim. Duritatem tollet mutata distinctio, quam si collocaveris post Κόρυμβον, sponte fere sua consequetur hoc modo legendum: ἐφίστανται — Κόρυμβον. ἐνελαυνομένη τῇ νηὶ τριήρης ἦν σὺν ὀξύτητι πολλῇ. Sic discrimen obtinebit piraticam inter et vectoriam navem, quod observatur mox p. 24. v. 2. et p. 25. v. 1. et inter πλοῖον et τριήρη apud Demosth. in Timocr. pag. 443. ed. Paris. Aptum foret ἐπελαυνομένη, sed illud praetuli ob propiorem erroris causam: nec, licet ἐνελαύνειν ignoret *H. Steph. Thes.* idonea ideo auctoritate destituitur; habet enim *Pind.* Pyth. VIII. 11. [alium *Pindari* locum et tria *Homeri* reperias in *Dammii Lexico*] Adde quod periphrasi participii cum verbi εἰμὶ [Chalcidicum Schema vocant] utitur crebro. Vide p. 42. v. 2. p. 51. v. 9 — 10. p. 72. v. 9. p. 76. v. 10 — 11. p. 78. v. 4 — 5. Triremes piratarum naves fuisse docet item locus *Apollod.* lib. III. c 5. s. 3. Conf. *Scheffer.* de Mil. Nav. lib. II. cap. 2. ABRESCH. Ingeniosa est *Abreschii* conjectura, verum, si quid video, caret probabilitate, atque ipsa etiam facit, ut ingrato quodam modo interpelletur oratio, et naturalis verborum ordo perturbetur; sic enim procedere deberet: ἡ δὲ τριήρης ἐνελαυνομένη ἦν τῇ νηὶ σ. ὀ. π. Praeterea ἐνελαύνειν, in locis ubi exstare novimus, est *intrudere*, *infigere*, non *irruere*, *impetum facere*, quae significatio h. l. requireretur. Deinde, si revera noster Auctor novam exorsus fuisset periodum, non mihi videtur post ἐνελαυνομένη omissurus fuisse δὲ illud suum, quo tam saepe utitur connectendae orationis gratia: postremo etiam articulus ἡ ante τριήρης, manente ea loci sententia eaque interpunctione, quam proponit Abreschius, commode abesse non posset. Quid multa? Equidem *Xenophontem Ephesium*, concinnum et elegantem scriptorem, dura illa verba τριήρης ἦν σὺν ὀξύτητι πολλῇ, (hoc videlicet sensu, *triremis erat magna celeritate praedita*) narrationi suae παρενθετικῶς intrusisse neutiquam mihi persuadere possum; quare magis eo propendet animus, ut τριήρης ἦν glossema esse suspicer, ad τῇ νηὶ pertinens, e margine in seriem orationis invectum; nam duo ista vocabula ab ipso Auctore ad navis genus declarandum fuisse adiecta minus est verisimile, quod jam paullo ante triremis piraticae meminerat. Cohaerebunt tum verba ἐφίστανται δὴ αὐτοῖς — ἐλαυνομένῃ τῇ νηὶ σ. ὀξ. π. In versione medium quoddam tenui. LOCEL. Omnia *Mitscherl.* plana esse videntur, si

τριή-

τριήρης ἦν parenthesi includantur. Sic tamen additum mallem *δὲ*, ut legeremus *τριήρης δὲ ἦν*. Noster lib. III. c. 2. *ὅσα ἐδυνάμην — — ἐδυνάμην δὲ ὀλίγα.* lib. V. c. 6. *τὸν κλῆρον, ἦν δὲ πολὺς, ἐκείνοις καταλιπόντος.* Ut Latini *autem*. v. c. Liv. lib. XXVIII. c. 24. *Concitis popularibus, Lacetani autem erant.* Si illud obstat, quod supra jam dixit, piratas vectos fuisse *ἐν τριήρει μεγάλῃ*, possumus hic *ἦν δὲ τριήρης* vertere, *erat enim triremis*, ut caussa reddatur celeritatis, qua id genus navium praecellebat. Neque tamen, ut verum fatear, res mihi satis expedita videtur, de qua adeo non dubitat *Mitscherl.* ut etiam exclamet: *Jam vide, quantum pulveris commoverint viri docti ad hunc locum!* — Facio igitur cum *Locella*, donec meliora docear. PEERLK.

P. 8. v. 30. *ἀπώλλυντο.*] In Cod. Flor. et Lond. edd. male *ἀπόλλυντο.* LOCEL.

P. 8. v. 30 *ἀπεσφάξαντο.*] Cod. Flor. vitiose *ἀπεσφάξοντο.* Aoristi 1. medii significationem passivam exemplis quibusdam confirmare sibi visus est *Abreschius*, quae postea in *Miscell. Observ.* nov. Vol. III. p. 34. aliena fere esse agnovit. Rariora certe in aoristo sunt exempla, quemadmodum animadvertit *Kust.* de Verb. med. p. 157. Attulit ibi quaedam *Wollius* p. 309 quibus addi potest *ἐξιάσηται* in *Platon. Phaedon.* Vol. I. pag. 177. Ad nostrum locum facit quod adnotat Kuster. pag. 76. non omnibus verbis Graecis uti licere sensu reciproco, neque adeo e. c. pro *occidere se* Graece dici *ἀποσφάξασθαι*, sed *ἀποσφάξαι ἑαυτόν.* Sic est e. g. apud *Xenoph.* Exp. Cyri lib. I. c. 8. s 29. et *Lucian.* Dial. Mort. XXVII. Vol. I. p. 442. et in Cataplo p. 627. LOCEL. Hinc autem non sequitur in *ἀπεσφάξαντο* vim esse passivam, quae h. l. requiritur; ergo verbum illud ita est intelligendum ut *κείρεσθαι se praebere tondendum*, de quo mediorum genere egregie disputat *Kusterus* Sect. II. de Verb. med. p. 115. ut *ἀποσφάξασθαι* dicerentur ii qui inertes se occidendos praebebant hostibus, se non defendebant, non resistebant. Tamen quum in Cod. legatur *ἀπεσφάξοντο*, legere inde malim *ἀπεσφάζοντο.* Literae ξ et ζ saepissime confunduntur, ejusque rei exemplum vidimus apud Nostrum lib. I. c. 2. ubi pro *ἐζήτει* editum erat *ἐξήτει.* Non nego media saepe pro passivis usurpari, sed usus iste non per omnia tempora obtinet, at plerumque futuris continetur. Talia sunt exempla quae *Zeun.* ad *Xenoph.* Apol. Socrat. s. 26. et ad alios Xenophontis libros in Indicibus Syntacticis notavit. Adde *Ernest.* ad M. S. III. vii. s. 9. *Kühn.* ad *Aelian.* V. H. VII. 10. *Valck.* ad Theocrit. Eidyl. decem p. 12. Dedit tamen pauca exempla *D'Orv.* ad *Char.* p. 261. aoristorum medii in quibus notio passiva ei obtinere videtur. In quibus ta-

tamen explicandis prudenter agendum puto, ac videndum an non ad alteram mediorum significationem sint referenda, qua hic ἀπεσφάξαντο etiam accipi posse conjiciebam. Eodem pertinent plurima quae disseruit *Erasmus Schmidius* in Dissert. de Verb. Graec. Med. ed. Wollii p. 253 sqq. in qua probare nititur *verba media non active tantum sed passive etiam interdum significare.* Lectu dignus est libellus, una tamen cum subjectis *Wollii* animadversionibus. His ego scriptis, longo tempore post incidi in egregium *G. Hermanni* librum *de emendanda ratione Graecae Grammaticae.* Ille lib. II. c. 26. p. 236. postquam negaverat usum esse passivum in aoristis mediis, et laudaverat hunc ipsum *Xenophontis* nostri locum, haec addit. „In *Xenophonte* autem miror quod *Locella* lectionem Cod. Flor. „ἀπεσφάζοντο vitiosam pronuntiavit, quae certe propius ad veram lectionem, „quam vulgata, accedit. Ἀπεσφάζοντο enim scribendum esse, quum temporum „ratio et praecedentia imperfecta docent, tum ea ostendunt, quae in principio „sequentis capitis leguntur: ἀκούσας ὁ Κόρυμβος, εὐθὺς ἐκέλευσε φείσασθαι φονεύον- „τας." Atque istam Hermanni conjecturam laudat merito *Bast. Lettr. Crit.* p. 196. Adeo ut mihi gratulans de consensu virorum doctissimorum, non veritus fuerim edere ἀπεσφάζοντο. PEERLK.

P. 8. v. 31. περιτρέχουσι τῷ Κορύμβῳ.] Corrigit *Hemsterh.* παρατρέχουσι, addens ita quoque p. 32. v. 15. male editum esse περιδίδωσιν. Ut speciosa sit emendatio, mihi tamen aptius videbatur προστρέχουσι, et vix me continui quin orationi insererem. Quam frequenter περὶ et πρὸς commutata sint, fraudem faciente obscuro fereque eodem scripturae compendio, nemini non notum est. Aptissimum foret προσπίπτουσι, nisi quod longius abit a vulgatae lectionis literarum ductibus. LOCEL. *Mitscherl.* ad h. l. *Ego vulgatum tueor, quod Latinorum ambire respondet.* At prius erat demonstrandum περιτρέχουσι τῷ Κορύμβῳ Graece dici pro τὸν Κόρυμβον. Deinde exempla erant producenda in quibus περιτρέχειν responderet Latino *ambire*, *prensare*, more candidatorum, atque inde *rogare*, *precari.* Hoc enim vult, credo, *Mitscherl.* Si legeretur περιτρέχουσι τὸν Κόρυμβον, nihil esset quod me offenderet. Anthia et Habrocomes, trepidantes, in extremo vitae discrimine, certatim cingunt Corymbum, qui, ut dux piratarum, modo hic modo illic erat, et genua ejus amplecti conantur. Sic *Eustath.* lib. X. p. 466. περιτρέχουσιν ἡμᾶς αἱ μητέρες, ἁρπάζουσι, συμπλέκονται, περιπλέκονται, φιλοῦσι, θρηνοῦσι, καὶ συνέχουσιν ἀναπεπταμένα. PEERLK.

P. 8. v. 33. ὑποχείριους σοι.] Sic Cod. Flor. et in edd. mendose σοῦ, quod demiror non offendisse *Hemsterh.* et *Abresch.* qui nihil ad h. l. admonuerunt, tametsi

metsi secundus casus σολοικίζει. Exempla cum dandi casu duo quidem sola protulit *H. Steph.* in *Thes.* alterum e *Thucyd.* lib. III. c. 86. alterum, quod male tribuit *Antiphonti*, nam est *Lycurgi* c. *Leocrat.* p. 185 tamen rara non esse docebunt indices in *Xenoph. Cyrop.* de *Exped. Cyri*, et *Mem. Socrat.* in *Aelian.* Var. II. in *Diod. Sic.* et in *Lysian:* adde sis *Lycurg.* c. *Leocrat.* p. 131. 191. et 197. *Joseph.* A. J. lib. VI. c. 1. s. 2. *Phalar.* Ep. LIX. p. 190. Auctoritates has olim adscripseram, quo substitutum a me in textu σοὶ pro σοῦ, dudum antequam Cocchii exemplum nactus essem, stabilirem: delendas vero nunc esse non putabam, quod utilitate quadam carere non videbantur. LOCEL.

P. 8. v. 33. πρὸς αὐτῆς θαλάσσης.] Non otiose ponitur αὐτὸς in obtestandi formulis. Sic *Liban.* Ep. 647. πρὸς αὐτῆς τῆς Ἀθηνᾶς. *Ach. Tat.* V. pag. 317. ὄμνυμι γάρ σοι τὴν θάλατταν αὐτήν. Ovid. Her. Ep. X. v. 73. *per ego ipsa pericula juro.* Aliis etiam nominibus addit emphasin. v. *Pierson.* Veris. pag. 245. PEERLK.

P. 9. v. 1. ὑφ' ἑνὶ — δεσπότῃ.] Idem petunt Chaereas et Polycharmus apud *Charit.* lib. III. c. 7. p. 75. LOCEL. *Phalar.* ep. p. 242. ὑφ' ἡμᾶς ποιῆσαι. Cum dativo personae reperias apud Herodotum, alios. Vid. Lennep. et Bud. Com. Lat. Gr. PEERLK.

P. 9. v. 5. πάντας — ἠδύνατο.] Πάντας pro πάντες ex Cod. restituit *Locel.* *Tresling.* etiam emendarat. Pro ἠδύνατο vitiose in edd. Lond. legebatur ἐδύναντο, unde *Tresling.* ἐδύνατο. Atticam formam ex eod. Cod. dedit *Locel.* monens in Luc. et Vindob. edd. esse ἐδύνατο. Ex vitioso ἐδύναντο sqq. eleganter hanc conjecturam formavit *Palairet.* οὔτε δυνατὸν, οὔτε ἀσφαλὲς ἑώρα. Ut *Heliod.* lib. X. pag. 483. σφαγιασθῆναι με θεοῖς οὔτε δυνατὸν οὔτε δίκαιον εἶναι μαθήσεσθε. PEERLK.

P. 9. v. 7. τὰς χεῖρ. ἐκτ. καὶ ὀλοφ.] Beneficio Rever. *Luchii* supplere mihi e Cod. licuit quinque ista verba longe prius quam *Cocchii* exemplum ad me esset perlatum, ubi postea eadem inveni adscripta in margine. Excidisse ea in supp. edd. typothetae Lond. edit. incuria hoc mihi liquebat manifestius, quod et Salvinium et Cocchium ea in suis interpretationibus reddidisse videbam. LOCEL.

P. 9. v. 8. ἀχθήσεσθε.] Ex emendat. *Hemsterh.* pro ἀχθέσεσθε in ed. Lond. Servatus est error in Lucensi, et auctus in Vindobonensi, ubi legitur ἀχθέσεσθαι. Cod. Flor. exhibet ἀχθήσεσθαι. LOCEL.

P. 9. v. 9. μακάριοι εἰ.] Auctore *Hemsterh.* addidi εἰ, quod ob similitudinem praecedentis syllabae librarius Cod. Flor. non insolita negligentia omiserat. Conf. Ind. v. *Articulus.* LOCEL.

P. 9. v. 9. πειραθῆναι.] *Hemsterh.* admonens in Lond. edit. vitiose legi πειρασθῆναι, comparat p. 31. v. 8—9. τῆς δουλείας πειρώμεθα. Verba πρὸ τοῦ πειραθῆναι δεσμῶν in Lucensi editione, typothetae et correctoris incuria, exciderunt. LOCEL.

P. 9. v. 10. δουλείαν — ἰδεῖν.] Habet vere eamdem vim quam παθεῖν, quocum non semel jungitur. v. *P. Horrei* Observ. p. 36. Callim. Ep. XXVI. ἄξιον ἰδὼν θανάτου κακόν. Gravius hic est ἐπιδεῖν. *Homer.* Il. X. 61. θυγατέρας κακὰ πόλλ' ἐπιδόντα. conf. *Wyttenb.* ad *Plutarch.* de Sera Num. Vind. p. 17. Plerumque hoc verbum ἐπὶ συμφορᾶς poni notat *Th. Mag.* Etiam tamen in rebus laetis docent *Xenoph.* Hellen. II. iv. 17. *Plutarch.* de Virt. Mul. p. 293. In sacris literis frequentantur ἰδεῖν, θεωρεῖν θανάτον, ζώην, etsim. quae illustrat *Gatakker.* Op. p. 62 et 144. adde *Annam Fabri* ad *Callim.* l. l. PEERLK.

P. 9. v. 12. ἐνεγκών.] Sic in Cod. Flor. invenit *Cl. Weigel*, atque sic rescribendum esse jusserat *Hemsterh.* pro ἀνεγκών, quod habent edd. LOCEL.

P. 9. v. 23. ποῖ με καταλείψεις.] *D'Orvill.* ad *Charit.* pag. 286. proferens emendatum e primo illo *Cocchii* exemplo in margine correcto, quod ab ipso *Cocchio* acceperat, scribit πῇ. Nisi calami aut typothetae error est in *D'Orvillii* Animadversionibus, oportet varietatem lectionis negligentius hoc loco fuisse a *Cocchio* adnotatam in margine secundi exemplaris sui, quo ego usus sum, nam ibi ad ποῖ nihil adscriptum inveni, sed solum καταλείψεις pro καταλείψῃ. Quod exhibent Lond. et Luc. In Vindob. novo addito errore, legitur ποῖ μὲν καταλείψῃ. Aptius huic loco est ποῖ, quamquam et πῇ tam saepe a librariis sunt permutata, ut, propriis utriusque particulae significationibus, Codicum saltem MSS. auctoritate, non satis discriminatis, utra harum ab ipso Auctore scripta fuerit, decernere non omnibus in locis facile sit. Idem plane sonat πῇ et ποῖ in ore Jotacistae, qui duo ista vocabula conjuncta si proferat, ridicule pipire videbitur. Profecto si ipse a morte revocatus Xenophon, vitiosa illa pronuntiatione usus, nobis hunc locum suum recitaret, tamen, hercle, aeque ignoraremus ποῖ an πῇ nobis sit scribendum. Ceterum res mihi non est tanti visa, ut propterea Rev. *Luchi*, meo rogatu, Cod. Flor. inspiciendi molestiam susciperet. LOCEL. *Palairet.* malebat καταλείπεις, ob sequens ἀπερχόμενος: Non male. PEERLK.

P. 9.

P. 9. v. 15. τί γάρ ἐστί μοι ζῆν;] Pro τί γὰρ κέρδος. *Antonin. Imper.* lib. II. s. 2. τί μοι ζῆν ἐν κόσμῳ κενῷ θεῶν. Plene *Eurip. Med.* 798. τί μοι ζῆν κέρδος. PALAIR.

P. 9. v. 16. ὄψεσθαι — παραδοὺς.] Ὄψεσθαι ex Cod. restituit *Locel.* pro ἐλέσθαι. Cum altero conf. *Maxim. Tyr.* Dissert. I p. 3. παρέδωκαν ἑαυτοὺς τῷ κύματι. *Ach. Tat.* lib. III. p. 157. παραδόντες ἑαυτοὺς τῇ τύχῃ. Illud ἔτι, quod praecedit ὄψομαι, significare in *posterum*, *posthac*, monet *Locella*, laudans *D'Orvill* ad *Charit.* p. 259. et *Zeunii* Ind. ad *Xenoph. Cyrop.* et *Exped. Cyri.* PEERLK.

P. 9 v. 18. ἀναλαμβάνειν.] Comparat *Abreschius* locos *Luciani* in Cataplo Vol. I. p. 641. et *Josephi* de Vita sua s. 3. LOCEL.

P. 9. v. 20. ἦγον δὲ.] Asteriscus positus est in edd. inter οἰκεῖα et αὐτοὺς, lacunae signum Si addideris, inquit *Hemsterh.* ἦγον vel ἀπῆγον δὲ, integra est sententia; quod neque eruditum Interpretem [*Cocchium*] fugit. Veram esse conjecturam demonstravit iterata Cod. Flor. collatio a *Cocchio* instituta. LOCEL.

P. 9. v. 22. ἐπὶ — μέρει.] Huc refer quod de *Gessio Floro* scribit *Joseph.* de B. J. lib. II. c. 14. s. 2. A. J. lib. XX. c. 11. s. 1. —— ABRESCH. Idem dicit *Heliod.* I. p. 61. ἐπὶ ὁμοίᾳ καὶ ἴσῃ τῶν ληφθησομένων διανομῇ. adde *Herodian.* I. 10. PEERLK.

P. 9. v. 22. πλοῦ.] Cod. Flor. inepte πλόος, similiterque p. 113. v. 9. LOCEL.

P. 9. v. 23. καὶ σφοδρόν.] Restitui e Cod. Flor. particulam καὶ, quae deëst in edd. LOCEL. *Mitscherl.* καὶ in sua editione omisit, monens contra morem esse loquendi Nostro frequentatum. Fecit ille imprudenter. Habet enim καὶ vim hic suam. *Amare coepit Habrocomen, et vehementissime quidem.* Verum est aliis locis in eadem formula καὶ esse omissum, sed iis locis non eamdem vim inesse voluit Noster quam huic. v. *Fischer* ad *Theophr.* Char. Eth. p. 121. καὶ εὑρὼν τι καὶ ἐν τῇ ὁδῷ βαλλάντιον — *etiam in via*, in qua omnibus praetereuntibus quasi erat expositum βαλάντιον. Quo gratiore animo debebat esse μεμψίμοιρος, quod ipse forte fortuna illud invenisset, nec jam aliis esset inventum. Male et ibi posterius καὶ a nonnullis ejectum est. Adde Reitz. Glossar Theophil. PEERLK.

P. 9. v. 24. πρὸς — συνήθεια.] Legerem potius ἢ πρὸς τὸ μειρ. συνή. ABRESCH. Quo magis adsentiamur faciunt quae alibi de omisso articulo sunt adnotata. LOCEL.

P. 9.

P. 9. v. 24. τῷ πόνῳ.] Nec *laborem* nec *periculum* commode significare potest. Legendum puto τῷ πλῷ; mox enim ἐπεὶ δὲ κατήχθησαν εἰς Τύρον οὐκέτι καρτερῶν. p. 107. v. 11—12. ἐν τῷ μακρῷ πλῷ. *Lucian.* Amor. p. 1067. E. ἐν τῷ μεταξὺ πλῷ. Idemne viderit *Cocchius* an πόνον navigandi laborem intellexerit, haud facile definivero. HEMSTERH. Viam praemonstrante viro Cl. conjecturabam πόρῳ. Joseph. A. J. lib. XIII. c. 12. s. 3. et de B. J. lib. III. c. 9. s 2. ABRESCH. Utrambilet conjecturam praeferas, idem, quod ad meliorem sensum adtinet, obtinebis, nisi quod πόρῳ eo se commendat magis, quo minus a πόνῳ recedit: alioqui *navigationem*, an *trajectum* dicas hoc in loco nihil prorsus interest. *Cocchius* vertit *in ipsa navigatione*, ego sic, ut quodammodo utrique viro docto morem gererem LOCEL. Πόνος et πόρος saepe permutata sunt. Exemplum praebet *Gronov.* ad *Arrian.* Exp. Alex. III. 29. PEERLK.

P. 9. v. 24—26. ἔυ τε — — ἀλλὰ καὶ.] Nimis jejune de ἔυ τε agit *Hoogev.* in Doctr. Partic. Graec. c. XXXVIII. s. 3. §. 8. Cohaeret ἔυ τε (quod hoc loco similibusque aliis rectius divisim scribi arbitror, quamvis obsequutus non sit typotheta,) cum ἀλλὰ καὶ. Porro de ἀλλὰ καὶ vide eumd. *Hoogev.* c. I. s. 8. et *F. A. Wolf.* ad *Demosth.* Orat. in Leptin. pag. 226. Geminus est locus apud *Plutarch.* in Thes. Vol. I p. 54. In edd. punctum post ἐρῶντα positum indicio est, editoribus de nexu inter ἔυ τε et ἄλλα καὶ nihil suboluisse. In *Xenoph.* Mem. Socr. lib. II. c. 6. s. 19. legitur etiam ἔυ τε γὰρ absolute. Ad majorem orationis evidentiam verba ἑώρα γὰρ — — ἐρῶντα. notis parenthesios includi curavi. Infra p. 83. v. 5 rursum occurrit ἔυ τε — καὶ. LOCEL.

P. 9. v. 25. διάκειται.] In Cod. Flor. vitiose exaratum est διάκεινται. LOCEL.

P. 9. v. 26. χαλεπὸν ἶναι.] Auctoritate Cod. Flor. inserui ἶναι, quo carent edd. LOCEL.

P. 9. v. 26. ἐδεδοίκει.] Sine controversia sic esse scribendum pro ἐδόκει, quod est in edd. monuit Hemsterh. Eadem verbi forma occurrit pag. 34. v. 7. LOCEL. Si ἐδόκει esset a *Xenophonte*, legendum putem ἐδόκει γὰρ δή τι ἑαυτὸν ἐργάσεσθαι δεινόν. Sed ἐδεδοίκει verum puto. *Long.* III. p. 361. Φοβουμένη μὴ τελέως ἀπελπίσας ὁ Δάφνις τὸν γάμον, τολμήσειε τι θανατῶδες. *Heliod.* II. p. 56. δεδιώς τε μή τι κακὸν ἑαυτὸν ἐργάσηται Ubi male in ed. *Commel.* legitur ἑαυτῷ. Bene restituit *Coraës* accusativum, quod est inprimis Atticorum. *Charit.* III p. 55. παρεφύλαττε, μὴ ἄρα τι δεινὸν ἑαυτὴν ἐργάσηται. v. de duplici illo accusativo *Cor.* ad *Heliod.* l. l. et v. d. *Observ. Misc.* Vol. I. p. 118—119. Imperiti librarii,

rii, duplicis accusativi usum non intelligentes, dativum pronominis saepe intruserunt. Sic ap. *Joseph.* A. J. VII. 14. p. 408. pro varia lectione est αὐτῷ, bene editum αὐτόν. Miror autem in *Xenoph. Cyrop.* VIII. VII. 24. etiam legi ἤδη δέ τινες τούτων καὶ ἐναντία ἀλλήλοις ἔπραξαν, magis quam in *Ach. Tat.* lib. IV. p. 241. Φοβοῦμαι μή τι σοι κακὸν ἐργάσηται. Dicit tamen *Zeun.* ad l. l. *Xenoph.* se plura ejusmodi laudasse ad *Viger.* p. 282. Eidem *Xenoph. Hellen.* I. I. 20. pro οὐδὲν ἄλλο κακὸν ἐργασάμενος ἐν τῇ πόλει, eleganter reddidit *Koeppen.* τοὺν ἐν τῇ πόλει. Verum, inquies, etiam in *Lysiae* Orat. XIII. p. legimus πρᾶξαι ἀγαθόν τι τῇ πόλει. Sed differt nonnihil a πρᾶξαι ἀγαθόν τι τὴν πόλιν. Prius significat *urbi aliquod bonum conciliare*, posterius *urbem aliquo bono afficere.* v. *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 191. PEERLK.

P. 9. v. 29. θαῤῥεῖν παρεκάλει.] Inter φράσεις, quibus Noster delectatur, haec inprimis est adnumeranda. Vide pag. 43. v. 5. 61. v. 10. 67. v. 11. 70. v. 11—12. 84. v. 11. 91. v. 1.. 99—100. 166. v. 2—3. 107. v. 2. 110. v. 14. LOCEL.

P. 9. v. 30. ἐνόμιζεν.] Sic legitur in Cod. Flor. at in edd. ἐνόμισεν. LOCEL.

P. 9. v. 30. τὸ δεύτερον δέ.] Praecesserat τὰ μὲν πρῶτα, cui respondere solet ἔπειτα, εἶτα, μετὰ ταῦτα, cum vel sine particula, aut etiam δὲ solum. P. 23. v. 12—13. habuimus τὰ μὲν πρῶτα — τελευταῖον δέ. Equidem τὸ δεύτερον in ejusmodi consequutione alibi mihi lectum esse non commemini. Vocabulo συλλῃστής, quod sequitur, locupletanda sunt lexica. Legitur etiam apud *Charit.* lib. III. c. 3. p. 64. LOCEL. Lib. II. c. 11. τὰ μὲν πρῶτα — τελευταῖον δὲ iterum apud Nostrum occurrit. Ut adeo suspicari quis posset etiam h. l. ita legendum esse. Si quis malit τὸ δ' ὕστερον non intercedo. Nihil tamen mutari praestat. PEERLK.

P. 9. v. 32. ἄσμενος.] Erit fortasse qui h. l. et p. 64. v. 13. p. 87. v. 1. ἀσμένως malit, sed consulat *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 541. LOCEL. Frustra quis praeferat ἀσμένως, neque hoc vel illud magis Atticum. v. *D'Orvill.* l. l. p. 414. ed. Amst. Sunt tamen loca in quibus ἄσμενος unice locum habere potest v. c. in illo *Heliod.* VI. p. 235. ὡς ἀσμένῳ γένοιτο ἂν τὸ κῆδος, ut emendavit Cor. pro ἀσμένως. In Latinis scriptoribus optima MSS. plerumque habent *libens* pro *libenter.* v. *Oudend.* ad *Sueton.* lib. V. c. 28. De ἀσμένως conf. *Alberti* in *Gloss. Graec.* N. T. p. 63. PEERLK.

P. 9. v. 33. ἐπ' Ἀνθίᾳ διέκειτο πονήρως.] Solet alibi Noster scribere διακεῖσθαι πονή-

πονήρως, non addita persona. Vocat *Hemsterh.* *structuram insolentiorem*, quam iterum usurpat Noster lib. II. c. IV. πονήρως ἐπί σοι διάκειται. Mihi tamen, quod pace tanti viri dixerim, non insolens videtur. Διάκεισθαι πονήρως de quavis animi aegritudine ponitur, cui si res vel persona, quae caussa est istius aegritudinis, addatur, propter quam aliquis διάκειται πονήρως, quomodo insolens est hanc rem vel personam exprimi dativo cum praepositione ἐπί? Ita *Callim.* Hymn. Dian. 129. Κείρονται δὲ γέροντες ἐφ' υἱάσιν. *Ach. Tat.* lib. V. p. 303. ἐλεῆσαι ψυχὴν ἐπί σοι φλεγομένην. In *Ejusdem* lib. VI. p. 397. nescio an non legendum sit πάσχει τὴν ψυχὴν ἐπ' αὐτῷ. Vulgo ἐπ' αὐτὸν. Nisi quis hoc ita explicet ut πρὸς de quo *Hemsterh.* ad *Chrysost.* de Laud. Apost. Pauli p. 21. Noster lib. V. c. 12. ἀθύμως ἐπὶ τοῖς αὐτοῦ διακείμενον, ut ibi emendandum pro αὐτοῖς. *Qui aegro erat animo propter res suas.* *Dion. Halic.* A. R. lib. VIII. p. 521. mater ad Coriolanum διέμενον ἐπί σοι χήρα *propter te*, *tua causa.* Atque inde etiam ἐπ' ἐμοὶ, ἐπί σοι *meo*, *tuo commodo* potest significare. Ut *Lucian.* Dial. Mort. IV. p. 6. ὑπισχνούμενος ἐπ' ἐμοὶ τεθνήξεσθαι. Ubi venusta loquendi ratio non praeteriit *Hemsterh.* ed. minor. PEERLK.

P. 9. v. 34. φοβερὸν ἔρωτα.] Credo equidem, quia praedonis erat hic amor hominis valde formidolosi, qualem Corymbum suum depinxerat p. 23. v. 10—11. Ista ratione, qui, volet, utetur: mihi certum est scripsisse *Xenophontem* σφοδρὸν ἔρωτα; sic enim solet. Paullo ante p. 26. v. 8. p. 28. v. 10—11. p. 34 v. 12—13. p. 45. v. 2—3. p. 93. v. 11—12. et p. 8. v. 2. ὁ θεὸς σφοδρότερος αὐτῷ ἐνέκειτο. HEMSTERH. Favet huic emendationi *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 389. et habet sane magnam probabilitatem. Fortasse variare orationem voluit Noster, et φοβερὸν ἔρωτα dixit, ut *Virgil.* Ecl. VIII. 47. *Saevus amor*, quod me ut sic converterem, permovit. Affine est illud *Ovidii* Amor. I. 2. 8. *ferus pectora versat amor.* Nec multum abludit ῥῆσις illa apud *Lucian.* de Morte Peregrin. Vol. III. p. 344. δριμύν τινα ἔρωτα ἐρῶν ἐτύγχανε. LOCEL. Mihi φοβερὸν omnino servandum videtur. *Coraës* in epist. *Heliod.* p. 15. praemissa inter alia καταχρήσεως exempla etiam hoc nostri numerat. φοβερὸς ἔρως, ἀντὶ τοῦ μέγας καὶ σφοδρός. *Charit.* lib. III. p. 52. ita usurpat πνεῦμα φοβερὸν, quod primo bene explicat *D'Orvill.* per μέγα, deinde tamen conjicit pro eo σφοδρὸν vel φορὸν. Augent ejusmodi voces simpliciter rei alicujus magnitudinem. Sic *Virg.* IX. Aen. 185. *dira cupido* pro *magna*, notante *Servio.* Neque ignotum est Graecis κακῶς ἐρᾷν, unde Ovid. *pejus amo.* i. e. magis etiam amo. Talia sunt ἐρωτικὸς δαιμονίως ap. Alciphron. I. Ep. 29. *Porticum insanum bonam* ap. *Plaut.* Mostell. Act. III. sc. 3 5.

Forte

Forte etiam simul ad ferox barbari ingenium respicit *Xenophon*, quomodo *Theod. Prodrom.* III. p. 111. θερμῶς ἐρασθεὶς, ὡς νόμος τῶν βαρβάρων. PEERLK.

P. 9. v. 34. καὶ συνεβούλευσε — ἔχεσθαι.] Novem haec verba, in edd. deficientia, suppleta sunt e Cod. Flor.. Verbum ἐπανιάω, in quo notanda est h. l. vis reciproca verbi medii, non habent Lexica. Ἔργου ἔχεσθαι elegans est loquendi modus, quo, inter alios, usi sunt *Xenoph. Hist. Graec.* lib. VII. c. 2. s. 19. *Heliodor.* lib. IV. c. 9. pag. 242. *Ach. Tat.* lib. II. c. 26. p. 184. LOCEL. Suppleverat etiam *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 312. ἔργου ἔχεσθαι ubique fere occurrit, adscripserat etiam *Palairet.* exempla ad h. l. adde *Bergler.* ad *Alciphr.* I. 1. p. 6. PEERLK.

P. 10. v. 1. ὧν ἐκτησάμεθα πόνῳ.] *Frui secure iis, quae labore sunt parta.* [In edd. est πόνων, quod corrigi debere judicavit *Hemsterh.*] Jam *Cocchium* hoc animadvertisse video. *Diog. Laërt.* lib. II esse 66. οὐκ ἐθήρα δὲ πόνῳ τὴν ἀπόλαυσιν τῶν οὐ παρόντων. HEMSTERH. Etiam in Cod. Flor. legi videtur πόνων, quia nil monet *Locella*, qui quum edi curaverit conjecturam *Hemsterhusii*, quis aegre feret me meam textui inseruisse? Credo enim *Xenophontem* scripsisse, ὧν ἐκτησάμεθα μετὰ πόνων. Μετὰ facile potuit absorberi propter praecedens μεθα in ἐκτησάμεθα, quod mille errores in scriptis veterum peperit. Et sic eleganter opponuntur ἀπολαύειν μετὰ ἀδείας et κτήσασθαι μετὰ πόνων. Praeterea observasse mihi videor Graecos, de laboribus et periculis bellicis loquentes, vocem πόνος numero plerumque plurali ponere. *Xenoph. Cyrop.* VII. II. 11. εἰ μή τινα καρπὸν λήψονται τῶν πόνων. *Liban.* ep. 764. opponit νίκην ἀνελέσθαι ἀμαχεὶ τε καὶ μετὰ πόνων. — Fuit etiam quum divinarem ὧν ἐτλήσαμεν πόνων, quod nec multum a vulgatis abit et bene Graece est dictum. Si quis ὧν ἐκτησάμεθα πόνων pertinaciter velit servare, is explicet vocem πόνοι *res labore partas*, ut *Xenoph. Anab.* VII. VI. 9. ὁ δὲ τοὺς ἡμετέρους πόνους ἔχει. conf. *Abresch. Lect. Aristaen.* p. 234. — Ceterum hic μετὰ ἀδείας scripsit Noster, ut *Ach. Tat.* lib. VII. pag. 413. *Zosim.* III. p. 139. alii. Profecto et eleganter dicas ἐπ' ἀδείας. v. *Wyttenb. Bibl. Crit.* Vol. III. p. 2. p. 7. PEERLK.

P. 10. v. 2. ἐξαιρέτους.] Sic e. c. apud *Xenoph. Cyrop.* VIII. c. 14. s. 29. τὰ ἐξαίρετα sunt pars praedae selecta praefectis militum et adparitoribus suis a Cyro tributa. Conf. si operae pretium videbitur, *Long. Past.* lib. IV. c. 18. p. 470. et ibi *Jungerm.* Possis quoque ἐξαίρετος ita intelligere, ut sit extra ordinem datum; velut in loco *Plutarchi* ab *H. Steph.* in Thes. laudato. LOCEL. Τὰ ἐξαίρετα sunt selecta ex reliqua praeda voluntate aut consensu ducis et militum,

tum, non sorte, et numeranda pro justa praedae parte. *Sorti excepta* possis vocare cum *Virg.* IX. Aen. 271. *Sueton.* et aliis *extra sortem.* *Heliod.* I p. 47. τὴν λείαν πρότερον διανείμας, πολλὰ τῶν ἐξαιρέτων αὐτὸς ἑκόντι παραχωρούντων κομισάμενος. *Arrian.* Exp. Alex. II. 12. *Xenoph.* Cyrop. IV. vi. 11. *Homer.* Il. Σ. 144. de Briseide, quam ex reliqua selectam praeda Achilli dederant, ἣν ἄρα οἱ γέρας ἔξελον υἷες Ἀχαιῶν. Ubi Schol. ἐξαίρετον ἔδωκαν. Et sic κλήρῳ opponitur vox ap. *Eurip.* Iphig. Aul. 1198 — 1199. — Itaque ἐξαιρέτους non intelligo h. l. extra ordinem datos. Magnis certe virtutibus latrones istos excelluisse oporteret, ut se Anthiam et Habrocomen extra ordinem accepturos sperarent. PEERLK.

P. 10. v. 3. καὶ δή.] Sic in Cod. Flor. scriptum reperitur pro καὶ δὲ in Lond. et Luc. edit. atque sic reponi oportere viderat etiam Hemsterh. reposuitque *Vindob.* editor. LOCEL.

P. 10. v. 3. συντίθενται κατὰ ταὐτά.] Emendationes sunt *Hemsterhusii* pro συντίθεται in ed. Lond. et ταῦτα in ceteris edit. Priorem confirmat Cod. Flor. De vi verbi συντίθημι pluribus egit *Villois.* ad *Longi* Past. p. 6. LOCEL. Emendationes *Hemsterh.* Cod. Flor. esse confirmatas dixerat *D'Orv.* ad *Charit.* p. 51. Quod quoties monere obliviscitur *Locella*, toties ego hujus mentionem facio. Non erat quod timeret vir doctissimus, ne minus quam meritus est de Xenophonte mereri videretur, si scirent lectores, plurima Ephesii loca jam ante se a *D'Orvillio* ex eodem Codice esse suppleta et emendata. PEERLK.

P. 10. v. 4. λόγους.] Verissimam, ni fallor, recepi conjecturam *Hemsterh.* pro πόνους. Adde quod πόνου ποιεῖσθαι non videtur esse Graecus loquendi modus. Deinceps etiam p. 28. v. 4 — 5. sequitur λέγει ἐὐν — ὑπὲρ. quemadmodum hoc loco ὑπὲρ ἀλλήλων λόγους ποιήσασθαι. LOCEL.

P. 10. v. 4. πείθειν ὄντος.] Scribendum est πείθειν, pro πείθει in edd. HEMSTERH. Πείθει, e. c. *persuadere conatur*, ut ap. *Long.* *Past.* lib. II. p. 61. [Consentit *Villois.* in Animadv. ad *Long.* p. 144.] Tum easdem persuadendi artes Theageni admovet Cybele apud *Heliodor.* lib. VII. p. 341. quibus hic p. 28. v. 5 et sqq. Abrocomam adgreditur Euxinus. . . . . . ABRESCH. Verum est quidem πείθειν inveniri nonnumquam pro *suadere*, sive *persuadere conari*, ut ap. *Demosth.* in Mid. p. 549. v. 27. et *Xenoph.* Mem. Socr. lib. I. c. 3. s. 7. attamen in his et multis aliis locis quae inspexi, diversa est ratio. Praeterea πείθει apud Nostrum, in tempore praesenti, intelligi deberet de ipso suadendi actu, quamvis ante verba cuncta sequentia: ἐν ταύτῃ — — ὑπενόουν collocatum,

tum, nec tamen significare posset *persuadere conatur* sive *suadet*, nam actus suadendi nondum erat inceptus. Quamobrem certam, si quid intelligo, Hemsterh. emendationem non dubitavi in textum admittere; nihil est enim huic loco tam conveniens, quam συντίθενται jungi simul cum πεπεῖσθαι (ubi aor. inf. est pro praesenti) et πείθειν. Ita quoque sensisse *Salvinium* ex ejus versione adparet, quae alioqui Graecis verbis arctissime solet adhaerere, etiam quum nullus aut incongruus in illis est sensus. LOCEL. Unice verum mihi videtur πείθειν, ita tamen ut pro ὄντος legamus αὐτός. Nec me movet *Mitscherl.* qui non necesse putat legi πείθειν. Itaque πείθει edidit. Illud etiam interpretatur *Palair. devincire, propitium reddere conatur.* Sic et *Parthen.*, inquit, Erotic. c. 18. καὶ πρῶτα μὲν διά τε ἦν πείθειν αὐτόν. Ubi prave πρώτη. *Galat.* I. 10. Ἄρτι γὰρ ἀνθρώπους πείθω — *mihi conciliare conor.* Haec *Palairetus.* Caeterum in l. l. Parthenii *L. le Grand*, in editione ab *Heynio* curata, legit πρῶτον. PEERLK.

P. 10. v. 5. ἐν τούτῳ — ἄθυμοι.] Additum mallem ἐν δὲ ἐν sqq. Ut solet Noster quando ad certas personas redit. PEERLK.

P. 10. v. 6. ὁ Εὔξεινος.] Articulum, qui in Lond. et Luc. edit. atque etiam in Cod. Flor. deëst, addidi, quoniam recte abesse non posse putabam. Idem, sed clam. fecit Vindob. editor. LOCEL. Etiam addidit *Tresling.* Adv. Crit. p. 57. PEERLK.

P. 10. v. 9. ἐπὶ τῇ συμφορᾷ.] Eadem structura *Joseph.* A. J. lib. VII. c. 6. s. 1. πράως φέρειν ἐπὶ τῷ θανάτῳ. [et lib. VI. c. 1. s. 2.] *Aelian.* V. H. lib. II. c. 4. βαρέως ἐπὶ τούτοις ὁ νεανίσκος ἤνεγκεν. Adde *Demosth.* apud *Bud.* in Comment. p. 390. Ἐπὶ τὸ φαυλότερον τὸν σοφιστὴν ἤνεγκεν. dicit *Arisoid.* Vol. III. p. 518. ABRESCH. *Joseph* A. J. II. 9. s. χαλεπῶς ἐπ' αὐτῷ φέρων sc. πράγματι. Ubi male interpres *quod ad se attinet valde anxius.* adde *Wyttenb.* Bibl. Crit. Vol. III. P. II. p. 17. Sine praepositione utitur *Xenoph.* Anab. I. III. 3. χαλεπῶς φέρω τοῖς παροῦσι πράγμασι. et *Joseph.* VI. III. 3. Sophocl. Philoct. v. 1011. PEERLK.

P. 10. v. 11. τῇ ψυχῇ.] Si quis hanc lectionem non fastidiat, manifestum est eo sensu capi debere, quam expressit Interpres (*Cocchius*). Verum ista locutio nec Graeci sermonis ingenio, nec sententiae, qualem hic locus flagitat, satis est consentanea. Ψυχὴ quam saepe cum τύχη convertatur, haud ignotum est. Reposueris hic τῇ τύχῃ, quis dubium habebit, quin cum mente *Xenophontis* aptius conveniat? *Oportet autem te fortunae, res humanas pro arbitrio mutanti, cuncta quae tibi evenerunt, imputare:* atque adeo aequius ferre serviendi conditionem,

nem, cujus miseriam scilicet corrigere potes obsequio erga dominum. Cogitaveram quoque τῇ τύχῃ πάντῃ vel πάντας (quamquam et retineri poterat ea potestate πάντα) χρήσασθαι, quae usitata loquendi formula propius accedit ad ea, quae sequuntur, καὶ στέργειν τὸν κατέχοντα δαίμονα. . . . HEMSTERH. Speciosa quidem est prior viri docti emendatio, cui favet quod *Bourdel.* ad *Luciani* Nigr. Vol. I. p. 58. nescio unde adscripsit, τῇ τύχῃ λογιστέα, verum, ut mea fert opinio, non nesessaria, quia ψυχῇ satis bene stare potest, etiamsi hujus loquutionis exempla non suppetant. LOCEL. Mihi jam vera videtur emendatio *Hemsterhusii*, ut non dubitaverim eam recipere. *Oportet te omnia, quae fers, mala, imputare fortunae, quae te in dominorum misit arbitrium, non ipsis dominis. Hos itaque non est quod oderis.* Quem *Bourdelot.* ad *Lucianum* adscripsit, locus est forte ex *Heliod.* I. p. 30. εἰ δέ τι τῶν μὴ κατὰ γνώμην ἐκβέβηκεν, ἐκεῖνα μὲν τῇ τύχῃ λογιστέον. Idem fere quod suadet *Menander* ap. *Plutarch.* Consol. ad Apollon. p. 320. Οἰστέον ἄμεινον ταῦτα, καὶ λογιστέον — Τόδε κεφάλαιον τῶν λόγων, ἄνθρωπος εἶ. *Eurip.* Androm. 186. Γνῶθι τύχην, λόγισαι τὸ παρὸν κακὸν εἰς ὅπερ ἥκεις. Egregie *Plautus* Captiv. II. 1. *Si Dii immortales id voluere, vos hanc aerumnam exsequi — Decet id pati animo aequo. Si id facietis lenior labos erit — Eamque* (servitutem) *herili imperio ingeniis vestris lenem reddere.* Erat igitur Habrocomes δοῦλος τῇ τύχῃ, ut eleganter dicuntur qui non nati sunt servi, sed calamitate fiunt. v. *Stob.* p. 79. Hinc emendandus *Ach. Tat.* lib. V. p. 319. Ἐλέησόν με, ἔφη, δέσποινα, γυνὴ γυναῖκα, ἐλευθέραν μὲν, ὡς ἔφυν, δούλην δὲ νυν, ὡς δοκεῖ τῇ τύχῃ. Pro ἔφυν legitur inepte ἔφην, quod *Salmasium* non vidisse miror. Interpres Latinus illud ἔφην reddit *ut vere affirmare possum.* Ceterum et *Palaireto* arridebat emendatio *Hemsterh.* Saepissime τύχη et ψυχὴ inter se sunt permutata, et alterum pro altero auctoribus suis redditum a viris doctis. *Gesner.* Stob. I. p. 39. *Plutarch.* Consol. ad Apollon. p. 356. *Xenoph.* Cyrop. lib. I. III. §. 18. *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 422. PEERLK.

P. 10. v. 11. στέργειν τὸν κατέχοντα δαίμονα.] Verbi hujus cum quarto casu juncti exemplum unicum adfert *H. Steph.* in Thes. cui, praeter hunc Nostri locum addere poterat *Sophocl.* Ant. 298. Philoct. 545. Vocabulo εὐδαιμοσύνη, quod v. 9. sequitur, ditari possunt lexica. LOCEL. Jungit Noster δαίμονα cum τύχῃ, quae voces vim fere habent eamdem. Ita *Ach. Tat.* lib. VI. p. 389. ἔα με μετὰ τῆς ἐμαυτῆς συντρίβεσθαι τύχης καὶ τοῦ κατέχοντός με δαίμονος. v. *Bergler.* ad *Aristoph.* Nub. 1267. Ita saepe occurrit κατέχεσθαι de adversa qua quis premitur fortuna, et de deo aliquo cujus numine quis adflatur. Notavi quaedam in spe-

specim. Observ. p. 43. Ac *Parthenii* locum bene me ibi correxisse, pro ἐκ τοῦ κατεχόμενην legentem ἐκ θεῶν του, vidi ex *Bastii Lettr. Crit.* pag 176. qui in MSS. ait legi ἐκ του θεῶν. *Heliod.* I. pag. 6. ὑπὸ του θεῶν restituit *Coraës.* PEERLK.

P. 10. v. 15. ἐν οἷς] Subandiri videtur πράγματι, vel κινδύνοις, vertique adeo liceret etiam *quo in descrimine verseris, cogita.* Conf. Adn. ad pag. 29. v. 4. LOCEL. Si quis hic malit ἐν ἴσοις, me sibi habet adsentientem. PEERLK.

P. 10. v. 16. ἐνδήμια.] Sic emendavi suasu *Hemsterh.* pro ἐνδημίας in edd. LOCEL.

P. 10. v. 18. πρὸς — δεσπότην βλέπειν.] Βλέπειν εἰς vel πρός τινα et τι solent ii qui auxilium inde aut salutem sperant. Laudat hunc Nostri locum *Wolf.* ad Liban Ep. 132. v. *Eurip. Med.* 247. *Plat. Alcib.* II. *Sophocl. Ai. Flag.* 515. et βλέπειν εἰς θεοὺς, ut Latinum *adspicere*, illustrarunt *Interpret.* ad *Nepot.* XII. 4. *Cicero* I. Offic. 17. *Totaque domus, quae spectat in nos solos, neque aliud ullum potest habere perfugium.* Etiam sine praepositione *Anacr.* Od. 46. μόνον ἄργυρον βλέπουσι, pro quo *Ach. Tat.* I. p. 27. πρὸς πλοῦτον ἀποβλέπων, cui similia multa dedit *Jens. Lect. Lucian.* p. 112. Ἀποβλέπειν πρός τινα, cur Atticorum proprium, non εἰς, dixerit *Fischer.* ad *Theophr. Char. Eth.* c. 2. nulla caussa est, cum jam exemplum in contrarium adduxerit *Hindeb.* Animadv. in *Xenoph.* M. S. p. 163. cui adde *Hellen.* VI. pag. 337. et *Eurip. Iphig.* Aul. 1378 εἰς ἐμ' Ἑλλὰς — ἀποβλέπει. Nec ἀποβλέπειν cum significat simpliciter *aliquem intueri*, semper construitur cum εἰς. Πρὸς addidit *Aelian.* V. H. XII. 1. alii. Ut adeo quae de isto discrimine monent viri docti, parvi sint momenti. PEERLK.

P. 10. v. 19. εὐθὺς.] Conf. indic. In hunc locum convenit quod ait Schol. ad *Aristoph.* Nub. 1043. εὐθὺς interdum significare ἐν ἀρχῇ. LOCEL. Verte potius ut supra monuimus. PEERLK.

P. 10. v. 19. ἀχανὴς ἦν.] De eo ut plurimum dicitur cui prae stupore vox faucibus haeret. Occurrit rursum p. 36. v. 5. p. 77. v. 3—4. p. 110. v. 7. p. 113. v. 15. Ἀχανὴς dici ἀττικῶς, ἄφωνος vero ἑλληνικῶς tradit *Moeris*, ubi vide notas *Piersonii*. qui plura *Heliodori* loca indicat. Ex his quaedam adfert etiam *Abreschius* ad h. l. quae non putabam esse describenda. Addit porro alia aliorum scriptorum loca, in quibus eodem sensu invenitur ἄναυδος, ἄνος et ἄφωνος. Recen-

centiores Atticos inprimis delectatos fuisse voce *ἀχανὴς*, adnotavit *Piers.* ad *Moer.* p. 59. LOCEL.

P. 10. v. 19. *καὶ ὄυτε τὶ ἀποκρ.*] Forte *καὶ οὐκέτι ἀποκρίνεσθαί τι ηὕρισκεν*, aut dele *καὶ*. Sic p. 36. v. 5. *ἔκειτο ἀχανὴς, οὐδὲ προσφθέγξασθαί τι δυναμένη.* ABRESCH. *Idem* tamen vir doctus postea in Addend. adnot. in *Aristaen.* p. 123. diffidens huic suae conjecturae, *vereor*, inquit, *ne non movenda moverim.* Mihi certe *ὄυτε* suspectum est; quare legerim potius *καὶ οὐδέ τι ἀποκρ.* Vide e. c. *Homer.* Il. I. 124. et 542. II. 485. et confer *Nostri* locum ab *Abreschio* laudatum. LOCEL.

P. 10. v. 20. *ἀφορῶν εἰς οἷα ἄρα ἐλήλ.*] In edd. comma positum est post *αὐτόν.* Retrahendum esse comma, et jungendum *πρὸς αὐτὸν ἀφορῶν*, ut p. 34. v. 6. *ἐνενόει δὲ πρὸς ἑαυτὸν* judicavit *Hemsterh.* cui morem gessi. Idem vero vult etiam *ἐφορῶν* scribi pro *ἀφορῶν.* 'Αφορᾷν, inquit, hujusmodi potius structuram postularet: *ἀφορῶν εἰς οἷα ἄρα ἐλεύσεται*, additque *Heliod.* lib. VII. c. 14. p. 330. Vereor ne subtiliter magis quam vere discrimen istud sibi fecerit vir ingeniosissimus inter *ἀφορᾷν* et *ἐφορᾷν*; utrumque enim usurpari pro *intueri*, *inspicere*, *respicere*, et sensu translato pro *oculis mentis intueri*, i. e. *considerare*, tam est usitatum, ut exemplis adscribendis supersedere possim. In *εἰς οἷα ἄρα*, modo sanum sit, subauditur *πράγματα*, vel *κακά.* Apud *Xenoph. Cyrop.* lib. III. c. 2. s. 12. *ἐν οἵῳ ἐστὲ*, supplere licet *πράγματι.* Apud *Herod.* vero lib. VIII. c. 12. plene legitur *ἐς οἷα κακὰ ἥκοι.* Fortasse *Noster*, quoque scripserat *εἰς οἷα κακὰ*, vel *εἰς οἷα ἄρα κακὰ ἐλήλυθε.* LOCEL. Nihil omnino mutandum mihi videtur. Addere interdum solent substantivum. Ut *Noster* lib. III. c. 8. *ἡ δὲ ἐν οἵοις κακοῖς ἐγεγόνει — ἐννοήσασα.* q. l. attigit *Valcken.* ad *Eurip.* Phoen. pag. 551. Idem autem substantivum saepius omittitur. *Heliod* VI. p. 240. *ἐν οἵοις κατειλήπτο ἐννοοῦσα.* Sic *Joseph.* A. J. II. 9. *ἐν ἀμηχάνοις ἦν.* II. 15. *ἐν ἀπόροις γεγενημένους.* Conf. *Bast.* Lettr. Crit. p. 205. qui etiam vulgatum tuetur. *Mitscherl.* conjicit *εἰς οἷα ἄρκυα ἐλήλυθε.* Et ita usurpari solet ista vox v. c. *Ach. Tat.* v. p. 237. *ἐν μέσοις ἄρκυσιν.* *Appulej.* VI. Met. p. 391. — *tantis laqueis inclusa.* Sed, ut dixi, vulgata non sunt movenda. Et delectatur Xenophon hoc *ἄρα.* Sic lib. II. c. I. *τί ἄρα πεισόμεθα.* Et ita alibi. PEERLK.

P. 10. v. 20. *καὶ δὴ λέγει.*] Hic *δὴ* significat *tandem.* *Herod.* lib. I. p. 40. *Λιπαρεόντων δὲ αὐτῶν, καὶ ὄχλον παρεχόντων ἔλεγε δή.* PALAIR. Idem mox pro *καὶ χρήματα πεισθεῖσα, καὶ περιουσίαν* legit *καὶ χρημάτων πεισθεῖσα περιουσίαν*; usitatius quidem hoc, non autem necessarium. PEERLK.

P. 10. v. 27. *ἄυτοὺς*.] Male in Lond. edit. legi *ἀυτοῖς* admonuerat *Hemsterh.* tamen ita quoque exaratum est in Cod. Flor. Servavit vitiosam scripturam Lucensis editor, correxit vero Vindobonensis. LOCEL.

ADNOTATIONES

IN

XENOPHONTIS EPHESII.

LIBRUM II.

P. 11. v. 1. *ἧκον ἐις τὸ δωμάτιον*.] Post *δωμάτιον* [in ed. Lond. deërat *ἧκον*.] omisit librarius *ἐλθόντες*, vel potius *ἐπανελθόντες*, ut p. 37. v. 19. aut aliud certe simili potestate vocabulum. Solent alioquin abesse saepius ornandae orationis gratia, et reticeri verba *veniendi*, *eundi* et caet. *Noster* p. 3. v. 3. *πλῆθος ἐπὶ τὴν θέαν*, scilicet *συνῆλθε*, *συνεῤῥεῖ*. *Xenoph.* Hellen. II. p. 275. v. 34. *ἐκέλευσεν ὁ τῶν τριάκοντα κῆρυξ τοὺς ἕνδεκα ἐπὶ τὸν Θηραμένην*, nimirum *ἰέναι*. — *Philostr.* Icon. II. 850. *ὁ γεωργὸς δὲ λίθοις ἐπὶ τὸν Ἡρακλέα.* intelligendum puta *ἐπῄει*, *ὥρμα*, nam *ἔβαλλεν* structurae est minus accommodatum. Hujus generis innumera sunt in vetustis scriptoribus: de Latinorum usu paria notavit *J. Fr. Gronovius* ad *Senec.* Troad. v. 844. Sed ex locorum indole dijudicandum est, tolerabilis illa sit ellipsis et decus orationi conciliet, nec ne: huc quidem, quale diximus, revocandum

 esse

esse verbum satis indicant, *καὶ πρὸς ἀλλήλους εἰπόντες*. HEMSTERH. *Ἧκον* ex Cod. Flor. restituit *Locella*, quod ibi legi jam monuerat *D'Orvill* ad *Charit.* p. 562. De ellipsi in hoc loco cogitavit etiam *P. Horreus* Observ. ad *Thucyd.* p. 479. qui, adnotatione *Hemsterhusii* negligenter inspecta, et pro *πρὸς ἀλλήλους εἰπόντες* legi fingens *ἐλθόντες*, putavit verbum veniendi ex sqq. hic posse intelligi. Ego dudum suppleveram *ἦλθον*. Ita fere *Ach. Tat.* I. p. 21. *ὡς δὲ εἰς τὸ δωμάτιον παρῆλθον ἔνθα μοι καθεύδειν ἔθος ἦν.* Est autem *δωμάτιον cubiculum*, vocemque Atticam dicit *Phrynich.* pro qua etiam usurpatur *κοιτὼν*, non tam barbare, ut idem censet. v. *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 561. et *Petav.* ad *Themist.* Orat. I. p. p. 526. — De ellipsi verborum *eundi veniendi* v. quae notavi ad lib. I. c. 8. PEERLK.

P. 11. v. 5. *φιλτάτη.*] Ad fidem Cod. Flor. sic edidi pro *φίλτατοι* in edd. LOCEL. Restituerat et *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 562. Ego antea legebam *φίλτατα*, ut Graeci, vocant ea quae cuique sunt carissima, patriam, parentes, liberos. Ita *Heliod.* VI. pag. 233. *πατρίδος τε καὶ πόλεως τῶν φιλτάτων.* Adde *Valcken.* ad *Eurip.* Phoen. pag. 162. Sed Cod. lectio est concinnior. PEERLK.

P. 11. v. 5. *βαρβάρων πειρατῶν.*] Deleri praestat *πειρατῶν*. Errans librarii manus sequentes binas voces [*ὕβρει παραδ.*] praeterierat. Agnito errore, librum macula foedare noluit, aut puncta, dictionis expungendae signa, subnotare neglexit. Possunt autem ordine continuo jungi *τί ἄρα πεισόμεθα ἐν γῇ βαρβάρων ὕβρει παραδ. πειρατῶν.* nisi malis consulere lamentanti Abrocomae; intercisisque brevius orationis membris, recuperandi spiritus inter singultus spatium dare: *τί ἄρα πεισόμεθα, ἐν γῇ βαρβάρων? ὕβρει παραδ. πειρατῶν?* Barbari heic sunt Tyrii. *Ἄνθρωποι βάρβαροι* p. 32. v. 12. conf. p. 35. v. 13. et p. 34. v. 4. ubi agnoscit Manto barbaris objectum a Graecis opprobrium irae gravioris et implacabilis. [Adde p. 34. v. 7. et 14—15. p. 35. v. 9. ut simul animadvertas placuisse sibi *Xenophontem* in vocabulo isto saepe repetendo.] Apud *Plutarch.* in Artax. p. 1014. B. Parysatis *φύσει βαρύθυμος οὖσα καὶ βάρβαρος ἐν ὀργαῖς καὶ μνησικακίαις. Heliod.* lib. VII. p. 64. HEMSTERH. Admodum verisimilis est haec conjectura: nihilo minus erunt fortasse, qui *πειρατῶν* ab Auctore nostro de industria et cum *ἐνεργείᾳ* repetitum esse contendant; quibus, ut adsentiar, equidem non longe absum. Conf. adnot. p. 158. ad p. 15. v. 2. LOCEL.

P. 11. v. 6. *ὑπερηφανίας.*] Jotacismi barbaries fecit, ut in Codd. MSS. aeque ac in libris typis excusis *ὑπερηφάνεια* et *ὑπερηφανία* inveniatur; sed posteriorem

riorem hanc veriorem scribendi rationem esse puto. LOCEL. Jotacismus, quod hic semel monendum in gratiam tironum, est vocalium ac diphthongorum omnium una fere atque eadem pronuntiatio. Hoc iotacismo qui utebantur, proferebant η, υ, ει, οι, tamquam ι. Illis οἶκος, στήλη, λύπη, est ἶκος, στιλι, λιπι. Recentiorum mos iste erat, atque etiam est, Graecorum. De his et similibus consuli potest *Langii* libellus de Philologia Barbaro — Graeca. Interim non defuere viri docti qui etiam statuerent antiquos illos Graecos η pronuntiare solitos tamquam ι, ει et οι etiam sono iis convenire, αι non multum ab ε differre. In qua sententia esse quoque videtur *S. Battierius* in Mus. Helvet. P. XIII. p. 15. Sed inducta est ista depravatio sine dubio a recentioribus Graecis. Quod se probare posse multis argumentis victricibus, praeter ea quae adhuc a viris doctis fuere prolata, ait *Locella* ad lib. I. c. 2. Conferri interea merentur *Rogeri Aschami* Epist. p. 248 sqq. et 404 sqq. *Dausquieius* ad *Quint. Smyrn.* Emend. lib. VI. v. 247. et inprimis *Hermanni* de Emend. Rat. Graec. Grammat. p. 6. — Peperit perversa ista pronuntiandi ratio mille erores in veterum scriptis, quorum multos emendarunt *Battier.* l. l. *Jens.* Epist. ad Graev. in Lect. pag. 409. *Heringa* Observ. p. 220. 273. 289. Multa in brevibus ad *Homerum* Scholiis hinc orta sunt vitia. v. c. Il. Ζ. 513. ubi pro Ἴλιος leg. Ἥλιος. PEERLK.

P. 11. v. 6. εἰσπράττει.] In edit. Vindob. excusum est εἰσπράττεται. Adparet non esse errorem typothetae, sed supervacaneam emendationem editoris, activam verbi formam non ferentis, fortasse quia p. 8. v. 10. τιμωρίαν εἰσπράξασθαι, et p. 18. v. 13. εἰσπρᾶξαι — τιμωρίαν legerat. Εἰσπράττειν aeque ac εἰσπράττεσθαι, simpliciter sine adjuncto casu, valet *exigere*, *repetere*. Prius sic habet *Pollux* VIII. 48. alterum *Demosth.* in Polycl. pag. 1209. Cum accusandi casu personae, rariore usu, pro *conficere* sive *occidere* legitur apud *Eurip.* Hec. 515. Τιμωρίαν εἰσπράττειν occurrit ap. *Plutarch.* de Ser. Num. Vind. Vol. VIII. pag. 203. et *Herodian.* lib. VII. c. 9. s. 25. et τιμωρίαν εἰσπράττεσθαι apud *Joseph.* A. J. lib. XIX. c. 2. s. 2. Δίκην εἰσπράττεσθαι eadem significatione, praeter exemplum ab *H. Steph.* in Thes. ex *Gregorio* adlatum, invenitur apud *Dion. Halic.* A. R. lib. VIII. c. 25. p. 1556. et. c. 50. p. 1612. *Homer.* Ecl. V. s. 10. et *Joseph.* A. J. lib. VI. c. 6. s. 12. lib. VII. c. 9. s. 4. et de Vita sua §. 30. Porro εἰσπράττεσθαι τιμὴν dixit *Dio Cass.* lib. XLV. c. 28. ἐνέχυον *Arrian.* de Exp. Alex. lib. VII. c. 12. s. 12. εἰσπράττειν ἀργύριον *Demosth.* in Apatur. *Plutarch.* in Vit. dec. Orat. Vol. IX. p. 332. Sed εἰσπράττεσθαι ἀργύριον *Lysias* in Accus. Alcib. p. 539. εἰσπράττειν χρήματα *Isocr.* Orat. ad Philipp. Vol. I. p. 404. Sed εἰσπράττεσθαι

Diod. Sic. lib. XIII. c. 42 et 47. *Pollux* IV. 29. Ibidem etiam s. 42. invenitur μισθοὺς εἰσπράττειν et εἰσπράττεσθαι. Mitto alia, nam satis superque est. LOCEL.

P. 11. v. 7. ἀκαίρου πρὸς ἑκατέρους εὐμορφίας.] Insolentior mihi videtur structura, pro ἀκαίρου ἑκατέροις, Sic et ap. Phalar. ep. p. 64. σχολάζειν πρὸς τῇ λύρᾳ. Saepius eadem repetit Anthia, de formae importunitate omnium sibi malorum caussa. Eodem libro c. 11. φεῦ τοῦτο τὸ κάλλος ἐπίβουλον ἀμφοτέροις. Unde et Char. lib. VI. 9. 107. ὦ κάλλος ἐπίβουλον, σύ μοι πάντων κακῶν αἴτιον. Atque Charitonem plurima habere ex Nostro, vel ex initio fabulae illius apparet, quantumvis corrupto et lacunis pleno. Itaque plura ex eo cum Xenophonte contuli, in quo genere diligentiam *Locellae* desiderat *Bast.* Lettr. Crit. pag. 135. PEERLK.

P. 11. v. 8. ὑποθῶ.] *Abresch.* contulit *Joseph.* A. J. XV. 2. s. 6. — ὥρᾳ κάλλιστον ὄντα τὸν Ἀριστόβουλον — τοῖς ἐρωτικοῖς αὐτὸν ὑποθεῖναι. et *Justin.* lib. IX. cap. 6. *Convivarum lubidini velut vile scortum subjecerat.* Laudavit *D'Orvill.* ad *Charit.* pag. 562. Nota Latinis sunt *subire*, *substernere* et sim. PEERLK.

P. 11. v. 8. καὶ — τίς βίος.] *Sophocleum* fere hoc est, Antig. 548. καὶ τίς βίος μοι, σοῦ λελειμμένη, φίλος; sed sedulo cavisse videtur *Xenophon* ne imitationis ex veterum Graecorum scriptis apparerent vestigia. Quod secus est in aliis fere omnibus scriptoribus Eroticis. PEERLK.

P. 11. v. 8. πόρνη.] Sic Cod. Flor. cum edd. Erunt fortasse, qui πορνῷ legi malint, qua de re vide *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 217. Sed nihil mutandum esse reor. LOCEL. Legit scilicet *D'Orvill.* p. 32. πόρνῳ. Videbatur ei Habrocomes indecentius πόρνῃ de se uti. Et sic *Palairet.* laudans *Phalar.* Epist. 4. πόρνον μὲν ἐν παισί, μοιχὸν δὲ ἐν γυναιξίν. Proprie πόρνος erat qui ἀργυρίου πωλεῖ τὴν ὥραν τῷ βουλομένῳ. (*Xenoph.* M. S. I. vi. 13.) v. *Wolf.* Cur. Phil. Vol. II. p. 274. Latinorum *scortum* explicat *Torrent.* ad *Suet.* Vitell. c. 3. — Sed h. l. πόρνη in ore indignantis Habrocomis fortius mihi videtur quam πόρνος; *Tresling.* l. l. p. 58. vulgatam lectionem propterea praefert, quod verbis ἀντὶ ἀνδρὸς directe opponitur. PEERLK.

P. 11. v. 9. τῆς Ἀνθίας.] Deëst quidem articulus in Cod. Flor. habent autem edd. et retinendum esse judicabam, quoniam in eo adscribendo negligentiorem fuisse librarium index docebit. LOCEL.

P. 11. v. 10. ἐκ παιδ. μοι σύντροφον.] *Heliod.* lib. II. p. 108. τὴν μὲν ἐκ παί-

δων μοι σύντροφον ἱερωσύνην ἔγνωκα μὴ καταισχῦναι. *Lucian.* T. I. p. 705. ἀφεῖναι μὲν τὴν ἐκ παίδων φίλην καὶ σύντροφον ἐλευθερίαν. PALAIR.

P. 11. v. 12. τῶν ὅρκων ἀναγκαζόμεθα.] Verbi, quod intercedit, investigandi facilem viam monstrat genitivus τῶν ὅρκων. Lege ταχέως δὴ [in cdd. male δὲ] τῶν ὅρκων μνησθῆναι vel potius ἀναμνησθῆναι, ut idem utriusque principium alterius omittendi occasionem dederit, similiter ac. pag. 69. v. 10. ubi vide adnotata. HEMSTERH. Adde quod amat *Noster* verbis ex ἀνὰ compositis uti. Fortasse tamen genitivus quoque mendosus est, scripsitque *Xenophon* τοῖς ὅρκοις, quod si ita sit, verbum omissum foret ἐμμένειν. Multo certe melius diceret Anthia, cito se et Habrocomen cogi, ut jusjurandam suum *servent*, quam ut ejus *recordentur:* nam pauci modo dies post mutuum illud jusjurandam effluxerant. (conf. p. 20.) et aliquot dumtaxat horae, postquam ambo jurarunt se pacta conventa servaturos (vide p. 27. v. 15.). Hoc me, ut quemadmodum feci, verterem impulit. Infelicissima est conjectura *Steph. Bernard.* ad *Psellum* de Lapid. virt. p. 30. qui supplere vult ἐπιλαθέσθαι, propterea quod p. 117. v. 3. sic legitur. Profecto verbum istud omnium, quae conjectura suppleri poterant, huic loco quam maximo adversum esse, manifeste demonstrant quae praecedunt, quaeque sequuntur. LOCEL. Audacior est *Locellae* conjectura. Verbum autem ἀναμνησθῆναι omnino idem significat quod hic significaret ἐμμένειν, et vero etiam exquisitius est. *Homerus* utitur saepe hoc sensu. Quis ignorat illud παντοίης ἀρετῆς ἐπιμνήσκεο. *Arrian.* Indic. c. 41. δείπνου ἐμνήσθησαν. Quod et ipsum Homericum est. *Heliod.* lib. VI. p. 234. τῆς ἐπανόδου ἐπιμνησθήσομαι. *Eurip.* Orest. 125. τῆς πάλιν μέμνησ' ὁδοῦ. *Zosim.* lib. IV. p. 271. τῆς προτέρας ἀνεμιμνήσκετο διαίτης, *ad priorem vivendi rationem redibat.* Ita huic ἀναμνησθῆναι τῶν ὅρκων contrarium est ἐπιλαθέσθαι, [i. e. παραβαίνειν] quod supplendum hic putabat *Bernard.* Quae conjectura mihi non adeo infelix videtur. *Mitscherl.* censet plura excidisse quae, qualia essent, vellem dixisset. Si locus explicationi sit idoneus, explicem ἀναγκαζόμεθα τῶν ὅρκων, intellecto ἕνεκα, *malis tentamur jurisjurandi caussa, propter illud jusjurandum.* Valde amat *Noster* tales genitivos qui ab illipsi pendent, quod non latuit *Hemsterh.* Observ. Miscell. Vol. T. III. pag. 62. Sic diversis locis occurrunt μνησικακήσης τῶν γεγενημένων, τὴν κόρην οἰκτείρας τῆς συμφορᾶς, τῆς τύχης ἠλέει, παρεμυθεῖτο αὐτὸν τῆς τελευτῆς, alia. Idem fere *Palairetum* voluisse postea vidi. „Forte, inquit, haud necesse erit hic aliquod ver„bum omissum supponere. Si, quamadmodum vox ἀνάγκαι *aerumnas* denotat, „statuamus *Xenophontem* verbum ἀναγκάζεσθαι pro *aerumnis exponi* usurpasse.

„Tum ἕνεκα supplendum est ante τῶν ὅρκων, et vertendum, *cito sane sacramenti* „*gratia* (quo nos in fido amore obstrinximus) *aerumnis exponimur*. Eadem ellip„sis obtinet in nostro verbo, quamvis diverso nonnihil sensu usurpetur apud „*Plutarch*. Lucul. T. I. p 516. C. τῆς στρατηγίας ἀναγκαζόμενος pro ἕνεκα „τῆς στρατηγίας." — PEERLK.

P. 11. v. 13. πείσειν — ἐλεύσεσθαι.] Parum concinne se consequuntur duo isti infinitivi sine copula. Deësse suspicor καὶ ante εἰς, nam ἤλπιζεν regit infinitivos πείσειν, ἐλεύσεσθαι, συγκατακλιθήσεσθαι et ἀπολαύσειν. Quater sic repetitum καὶ neminem morabitur, qui *Xenophontem* nostrum delectari hac iteratione animadverterit; velut c. c. p. 32. v. 3. sqq. καὶ εἶδε — καὶ κατεπλάγη — καὶ εὐθὺς etc. Vide indicem. LOCEL.

P. 11. v. 15. φιλόζωος.] *Steph.* in Thes. interpretatur quidem hoc vocabulum *amans vitae*, *cupidus vitae*. Sed hujus significationis nullam adfert auctoritatem, quam adjicere nunc licet Graecae linguae studiosis ex Auctore nostro et *Charitone* lib. III. c. 3. p. 65. lib. V. c. 2. p. 108. LOCEL.

P. 11. v. 15. ὑπομείναιμι.] Sic emendare jubenti *Hemsterh.* pro ἐπιμείναιμι in edd. obtemperandam esse non dubitabam; neque opus erat, ut ad emendationem suam stabiliendam vir doctus locum Nostri p. 90. v. 10. *Joseph* A. J. lib. XX. c. 8. s. 1. laudaret. Similiter etiam erratum fuisse in *Philone* Alex. de Mundo p. 1196. A. adnotavit *Loesner*. in Specim. Lect. Philonian. s. XX. p. 29. LOCEL.

P. 11. v. 16. ἀποθνήσκωμεν.] Perperam in edd. excusum ἀποθνήσκομεν correxi praeeunte *Hemsterh.* LOCEL.

P. 11. v. 16. μετὰ θάνατον.] Comparat *Abresch.* locum *Hellen.* lib. II. p. 67. Addere potuisset etiam *Charit.* lib. III. c. 7. p. 75. Confer etiam Nostr. p. 64. v. 5. De amore et matrimonio post mortem *Theod. Prodr.* VII. 317. Ἐλπὶς γὰρ αὐτὸν δυστυχὴς ἐβουκόλει — Ὡς κὰν τάφοις ἔρωτὶς ἐστι καὶ γάμοι. Opinio ista in memoriam revocat somnium Glaphyrae apud *Joseph.* A. J. lib. c. 13. s. 4. et locum *Marci* XII. 19. 25. Versu 14. *Hemsterh.* legi vult ὑπ' ἐνδενὸς ἐνδενὸς (sic) ἐνοχλούμενοι. Quid pro mendo illo typothetae scripserit vir doctus divinare nequeo: sed ἐνδενὸς forte nihil aliud est, nisi oscitanter a typotheta repetitum οὐδενὸς. LOCEL. Conf. *Gaulmin.* ad *Prodrom.* p. 532. qui laudat *Tzetzen* ad *Lycoph.* scribentem Achillem in insulis beatis uxorem duxisse Medeam. PEERLK.

P. 11. v. 18. ἡγούμενος.] *Cocchius* corrupto verbo, quem potuit, sensum apta-

aptare fuit conatus. [Transtulit scilicet *exspectans*, at *Salvinius* melius *stimando*.] Rectum est κατηχούμενος, *quum rescivisset*, *edoctus*. *Hesych*. κατηχούμενος, διδασκόμενος. . . . . HEMSTERH. Ut sanum esse ἡγούμενος hoc loco pro *existimans* haud facile mihi persuadere possum, ita *Hemsterhusii* emendationem plane probare nequeo. Parum ad rem facit *Hesychii* glossa, quae manifesto pertinet ad *Paulli* Epist. ad Rom. II. 18. ubi κατηχούμενος ἐκ τοῦ νόμου est, *qui viva voce instituitur sive docetur ex lege*. Abunde notum est τοὺς κατηχουμένους in vetere Ecclesia dictos fuisse Christianae religionis candidatos, qui ante baptismum mysteriis fidei imbuebantur, unde originem ducunt nomina ὁ κατηχητὴς, ἡ κατήχησις et τὰ κατηχούμενα. Verum est quidem κατηχηθεὶς de eo, qui aliquid auditione accepit, occurrere aliquoties apud futilem illum *Auctorem libelli de fluminibus*, qui falso tribuitur *Plutarcho*; sed istius hominis auctoritate insolitum nobilioris ordinis scriptoribus verbi usum in *Xenophontis* Nostri Graecitatem invehere, nefas habeo. Verti tamen *accepisset*, quod mihi maxime quadrare videbatur. LOCEL. Illud κατηχούμενος ex *Hesychio* repetiit Glossator ille, quem edidit *Alberti*, in N. T. pag. 95. vocemque egregie explicavit *Suicer*. Thes. Ecclesiast. Tom. II. voc. κατηχέω. Sed hic locum habere non potest. *Palair*. conjiciebat ἡδόμενος. Nihil mihi aptius in mentem venit nisi πυθόμενος. PEERLK.

P. 12. v. 1. εἰς τὸ χωρίον.] Minus accurate vertitur *in eum locum*, pro *in praedium*, *in villam*, quo eos fuisse deductos narrat lib. I. c. 14. ἦγον δὲ αὐτοὺς εἰς αὐτὴν μὲν τὴν πόλιν οὐχὶ, εἰς πλησίον δέ τι χωρίον — Ἀψύρτου. Sic saepe χωρίον apud alios et Nostrum occurrit. v. c. lib. II. c. 9. lib. III. c. 3. PEERLK.

P. 12. v. 1. τοὺς περὶ Ἀβροκ.] Perspicuum est h. l. et v. 7—8. intelligendam quoque esse Anthiam, itaque nomen eius in versione addidi. Similiter *Villois*. in Animadv. ad *Long*. p. 137. admonuit in τῶν ἀμφὶ τὴν Χλόην lib. II. c. 22. intelligendos esse simul Dryantem et Lamonem. LOCEL.

P. 12. v. 1—2. κατεπλάγη τὴν εὐμορφίαν.] Non nego bene haec dici. Sed si quis meminerit Nostrum usum genitivorum valde amare, is forte mecum conjiciet et hic legendum τῆς εὐμορφίας. PEERLK.

P. 12. v. 4. πειραταῖς.] *Mitscherl*. habet hanc vocem glossema eorum quae praecedunt, nempe τοῖς περὶ τὸν Κόρυμβον. Sed hoc ne cogitemus vel solum perspicuitatis studium suadet, quo Nostrum inprimis teneri jam observatum est. PEERLK.

P. 12.

P. 12. v. 4. ἄκοντες μὲν συνεχώρουν, συνεχώρουν δ' οὖν.] Eleganter prius illud συνεχώρουν etiam omitti solet. Sic v. c. *Lucian.* Asin. T. III. p. 340 μόλις μὲν καὶ βραδέως, ὑπήκουσε δ' οὖν. conf. *Wyttenb.* Bibl, Crit. Vol. III. P. II. p. 40. PEERLK.

P. 12. v. 6. καὶ ἄνθρωποι.] *Abreschius* legi vult, καὶ οἱ ἄνθρωποι, cui eo facilius adsentior, quod librarium Cod. Flor. praetermisisse articulos alibi quoque non semel animadversum est. LOCEL.

P. 12. v. 8. θεοὺς ἐνόμιζον — — κεκτημένος.] Minus apte ista concordant. Si *deos* esse putarunt quomodo beatum potuere Apsyrtum praedicare, qui talia possideret *mancipia?* LOCEL. Barbari putabant eos esse Deos, quum tanta pulchritudo non nisi in Deos caderet, Apsyrtumque beatum praedicabant, qui tales servos esset nactus, quicumque demum essent, Dei seu homines. *Heliod.* lib. I. pag. 14. ubi latrones redeuntem Thyamin excipiunt, mirantes praedam et formam puellae, et templum spoliatum credentes, προσαφῃρῆσθαι δὲ καὶ τὴν ἱέρειαν αὐτὴν, ἢ καὶ αὐτὸ ἔμπνουν μετῆχθαι τὸ ἄγαλμα διὰ τῆς κόρης ὑπ' ἀγνοίας εἴκαζον. Pariter latro ap. *Theod. Prodr.* I. p. 9. veretur ne Dea esset quam ceperat, Οὕτως ἀρίστη τὴν θέαν ἡ παρθένος, et Μή που θεά τις συνδεθῇ τῶν ἐν Ῥόδῳ — Ὑποκριθεῖσα τὴν βροτησίαν πλάσιν. Quae etiam ad judicium vulgi sunt dicta, omnia, quae vult sibi persuadentis. *Ovid.* Heroid. epist. XVI. v. 331. *Ibis Dardanias ingens regina per urbes — Teque novam vulgus credet adesse Deam.* PEERLK.

P. 12. v. 10. παραδίδωσιν.] Ita legebatur in Cod. Flor. et emendarat *Hemsterh.* pro περιδίδωσιν, in ed. Lond. Et quamquam tales emendationes non egent exemplis quibus confirmentur, lubet tamen adscribere locum *Heliod.* e quo haec omnia fere Noster imitatus est. Thyamis apud eum lib. I. p. 14. τοὺς μὲν νέους παραδίδωσι νεανίσκῳ τινὶ Ἕλληνι — et mox τά τε ἄλλα ἐπιμεληθῆναι τοῦ νέου προστάξας. PEERLK.

P. 12. v. 10. δι' ἐπιμελείας — ἔχειν.] Eleganter pro ἐπιμελεῖσθαι. Pariter hac ῥήσει pro *colere* et *observare* usus est *Arrian.* de Exp. Alex. lib. VII. c. 18. s. 9. Sic δι' οἴκτου ἔχειν *Eurip.* Hec. 851. δι' αἰσχύνης Iphig. in Taur. 683. δι' ἡδονῆς *Herodian.* lib. VII. c. 8. s. 16. δι' ἐλπίδος. Idem lib. II. c. 1. s. 16. διὰ φυλακῆς *Dio Cass.* lib. XLVI. c. 56. δι' ὑποψίας *Plutarch.* in Romulo c. 16. Vol. I. p. 109. δι' ὀργῆς *Phalar.* Epist. V. p. 26. et similia alia. Conf. adnot. ad p. 44. v. 12. LOCEL. Atque ita verbum ἔχειν omnibus fere substantivis jungitur. Neque hoc solum, sed alia etiam multa, ut γίνεσθαι, εἶναι, ἔρχεσθαι,

μολεῖν,

μολεῖν, ἴεναι et similia, cum apud poëtas tum alios reperias. Exempla dederunt *Viger.* et *Hoogev.* de Idiot. c. IX. s. o. *Valcken.* ad *Eurip.* Phoen. p. 177. et *Bast.* Lettr. Crit. p. 171. PEERLK.

P. 12. v. 13. ἐπ' ἄλλην ἐμπορίαν.] Quae haec est ἄλλη ἐμπορία? Nulla praecedit mentio rerum ab Apsyrto ante emtarum. *Cocchius* videtur sensisse difficultatem, nam ἄλλην omisit, reddens simpliciter *mercandi gratia; Locel.* vertit *alterius mercaturae causa.* Legendum mihi videtur ἐπ' ἄλλων ἐμπορίαν scilicet οἰκέτων. Proxime praecedit felicem Apsyrtum praedicari οἵους οἰκέτας εἴη κεκτημένος, jubet suos Anthiae et Habrocomis curam habere, sperans se ex iis vendendis multam facturum pecuniam, quo facto ἐπ' ἄλλων ἐμπορίαν εἰς Συρίαν ἀπῆλθε. PEERLK.

P. 11. v. 24. ἦν δὲ.] Valde suspicor *Xenophont.* scripsisse ἦν μὲν, cui mox opponitur πολὺ δὲ. Parum me movet quod monet *Schol.* ad *Thucyd.* lib. II. c. 37. δὲ ibi positum esse pro μὲν, nam, etiamsi verum id esse demus, quod tamen haud facile largiemur, nulla in eo loco est oppositio inter duo δὲ sese consequentes, atque adeo non est par ratio. Conf. adnot. p. 137. ad pag. 5. v. 5—6. LOCEL. Si ista oppositio hic esset necessaria, mallem ἦν δὲ καλὴ μὲν — Saepe alioqui particulae δὲ se invicem consequuntur v. c. *Xenoph.* Ages. c. III s. 6. τῶν δ' αὐτόθεν συμμάχων Φωκέας καὶ Ὀρχομενίους μόνους, τὸ δ' ἄλλο στράτευμα ὅπερ ἠγάγετο αὐτός. ubi v. *Bacch.*, PEERLK.

P. 12. v. 15. ἀπελείπετο. Litera mutanda [in edd. est ὑπελείπετο] ἀπελείπετο, *multum aberat a pulchritudine Abrocomae.* Ita sumitur ἀπολείπεσθαι tum apud alios, tum in *Herodiano* semper: nec me praeterit ὑπολείπεσθαι pari structura nonnusquam occurrere; sed ubicumque reperiatur perinde atque hoc loco corrigendum censuero. HEMSTERH. Quam Graecae linguae ratio evidenter postulat emendationem, invitis etiam Codicibus, in textum recipere idonei editoris officium esse arbitror. Praeterea saepenumero permutari solere ἀπὸ et ὑπὸ, librariorum aeque ac typothetarum incuria, pervulgatissimum est. Etiam apud *Herodot.* lib. IV. c. 121. p. 331. discidium est Codicum in ὑπολιπόμενοι et ἀπολιπόμενοι, et ap. *Demosth.* in Lecr. pag. 1083. ad ἀπολειφθήσεται Codex Bavar. in prima litera subscriptum habet ὑ. In *Aeschine* adv. Timarch. p. 119. pro ἀπολιπεῖν errore typothetae excusum est ὑπολιπεῖν. LOCEL. *P. Horreus* in Observ. ad *Thucyd.* p. 484. idem cum Hemsterhusio adfirmare non audet. Sed quae adfert, quibus sententiam firmet, levia sunt. PEERLK.

P. 12. v. 16. ποιήσαι.] Sic *Alciphr.* lib. III. ep. 3. *Heliod.* lib. II. p. 78. Non deterius est ποιήσει, ut Noster fere solet p. 50. v. 5. p. 101. v. 13. Ποιήσῃ quo-

quoque non invito *Xenophonte* scribere licet, ut p. 36. v. 13. ἠπόρει ὅττις γίνηται. Ludere solet in hoc genere librariorum negligentia. HEMSTERH. Videntur haec ideo fuisse a viro docto adnotata, quia in Lond. ed. pro optativo legitur äor. 1. infinitivi ποιῆσαι, quem quidem retinuerunt Lucensis et Vindobonensis editor, nos vero eliminandum esse putavimus. LOCEL.

P. 12. v. 16. πρὸς Ἀβροκόμην εἰπεῖν — ὄυτε ἄλλῳ τινί.] Negligenter pro πρὸς ἄλλον τινά. Neque tamen apud optimos scriptores variatae subito constructionis desunt exempla. Quale hoc *Thucyd.* VI. διὰ μῆκός τε πλοῦ, καὶ ἀπορίᾳ φυλακῆς. *Sueton.* in Caes. c. 16. *vi ac per arma. Tacit.* I. Annal. 2. *Per acies aut proscriptione cecidisse.* Conf. Gronov. ad *Arrian.* Exp. Alex. VII. 6. *Oudend.* ad *Sueton.* VIII. 19. *Zeun.* ad *Xenoph.* Cyrop. VII. v. 62. PEERLK.

P. 12. v 17. εἰδυῖα.] In edd. ex tacita, ni fallor, *Salvinii* emendatione est ἰδίαν. Existimabat nimirum εἰδυῖαν, quod in Cod. Flor. legerat ex Jotacismi perturbationibus ortum esse. Equidem fateor, in eo quoque eram, ut ἰδίαν praeferrem, quum ab ingenioso et Graece egregie docto juvene viro *J. Fr. Bast* admonitus, unica litera rejecta, retineri posse εἰδυῖα, apteque concordare istud participium cum ἐλπίζουσα, lubens mutavi sententiam. LOCEL. Reperi locum in *Herodian.* I. 8. ubi illud εἰδυῖα similiter in medio ponitur τὸν μὲν ἑαυτῆς ἄνδρα εἰδυῖα ἀγαπῶντα τὸν Κόμμοδον. PEERLK.

P. 12. v. 19. σύντροφον.] Satis perpicuum est, opinor, huic loco aptam prae ceteris esse nostram vocabuli hujus interpretationem, quam habet *Philoxeni* Glossarium: tamen id nec ab *Salvinio* neque a *Cocchio* fuit animadversum. LOCEL. *Cocchius* scilicet vertit *sodali. Locella*, *collactanea.* Sed *collactaneus* proprie Graecis est ὁμογάλακτος, συγγάλακτος. Quamquam Glossae veteres non discernant inter haec et σύντροφον. *Cyrill.* Σύντροφος, *concibus*, *conlactaneus.* Συγγάλακτος, *conlactaneus.* v. *Muncker.* ad *Hygin.* p. 292. Σύντροφος proprie is est qui a teneris herili filio jam servit, eique est peculiaris, quasi dicas una cum eo eductum. Jam tales σύντροφοι non omnes erant ὁμογάλακτοι. Optime vim vocis disces ex *Plutarch.* de Educ. puer. c. VI. p. 12. τὰ παιδία τὰ μέλλοντα τοῖς τροφίμοις ὑπηρετεῖν, καὶ τούτοις σύντροφα γίνεσθαι, ζητητέον — σπουδαῖα τοὺς τρόπους. *Hesych.* σύντροφον, συνανάτροφον. PEERLK.

P. 12. v. 20. κατειπεῖν.] Caveant sibi tirones ab interpretatione hujus verbi, quam invenient in *Hederici* Lexico: nam κατειπεῖν non valet *contra aliquem loqui*, *dicere*, sed quemadmodum Latinum *deferre*, significat, *indicare patefacere*, atque adeo etiam *accusare.* Construitur h. l. cum accusandi casu rei, prout

prout e. c. ap. *Eurip.* Med. 589. Jon. 1345. *Xenoph.* de R. p. Laced. c. IV. et saepius apud *Lysiam*. Addenda est Lexcis alia rarior significatio, qua occurrit in fragm. inc. *Eurip.* vel *Menandri* p. 406. n. XXI. ubi est ea fere potestate, qua Latine adhibetur verbum *proloquor*. LOCEL.

P. 12. v. 20. συνεργήσειν — περὶ — ἐπιθυμίαν.] An pro περὶ legemus πρὸς? Hoc est me usitatius. *Diod. Sicul.* p. 653. τοῦ γήρως συνεργοῦντος πρὸς τὴν ἀπόλυσιν τοῦ βίου. *Lucian.* T. II p. 156. et *Plutarch.* T. II. p. 769. PALAIR.

P. 12. v. 21. σχολῆς λαβομένη.] Comparat Nostri et *Heliodori* locum *Villois.* Animadv. in *Longi* Pastor. p. 172. Indicabo etiam locum *Eurip.* Iphig. in Taur. 1432. ab *H. Steph.* in Thes. cum generaliter nimis laudatum, tum vero minus recte expositum. LOCEL.

P. 12. v. 22. κατειπεῖν αὐτῆς.] Id est, *ne se apud patrem prodat, deferatve.* ABRESCH. *Salvinius* et *Cocchius* transtulerunt tanquam si ἀντειπεῖν legissent, non animadvertentes repugnare αὐτῆς pro αὐτῇ. Sic p. 34. v. 14. ἀντειπεῖν τῇ βαρβάρῳ. Reperitur κατειπεῖν cum solo secundo casu personae constructum *prodendi* sensu, plane ut hoc loco, apud *Aristoph.* in Pace 377. et *Demosth.* de falsa Leg. pag. 393. In *Lucian.* et *Vindob.* ed. excidit αὐτῆς. LOCEL. *Accusandi* sensu ap. *Joseph.* V. J. XIX. VII. 4. Et sic in *Ejusdem* II. IV. περιδεὴς γενομένη μὴ κατείπῃ πρὸς τὸν ἄνδρα αὐτῆς, *ne se marito deferret.* Apud *Nic. Damascen.* Fragm. Hist. p. 43. legitur μή μου κατείποι. De quo jam supra monuit *Locella*. PEERLK.

P. 12. v. 23. συμβαλέσθαι.] Aor. 2. pro praesenti, velut e. e. ap. *Lucian.* Macrob. Vol. III. p. 208. συμβαλεῖν δὲ οὐκ ἔχων. Mox pro συμβαλλομένη malim συμβαλομένη, atque sic legitur in Vindob. typothetae culpa, an editoris emendatione, nihil interest. LOCEL. Legendum olim conjeceram συλλαβέσθαι et mox συλλαβομένη. Idem velle *Mitscherl.* et *Palairet.* postea vidi. Et sane est illud multo frequentius. Saepe occurrit in *Joseph. Lucian. Alciphr.* I. 17. συλλάβοιντο ἡμῖν καὶ συμπονήσαιεν. I. 37. Frequenter *Liban.* epist. 22. 583. ubi omnino edendum fuerat εἰς δὲ θεοὶ συλλαμβάνουσι, pro ὄν. Ipse *Noster* lib. II. c. 14. συνεργήσειν τε καὶ συλλήψεσθαι. „Frequens, ut ait *Brunck.* ad Eurip. Androm. v. „114. in harum vocum permutatione librariorum lapsus, unde multae ortae cor„ruptelae, quae forte non omnes adhuc detectae." Plurima reperias exempla in Mus. Helvet. P. XIII. p. 23. conf. *Wolf.* ad *Liban.* ep. 12. — Vulgatum si quis tueatur, habet sibi adsentientem *Abresch.* Lect. Aristaen. pag. 40—47. qui et scripserat συνεβάλετό σοι τοῦ γάμου, pro quo et alii legebant συνελάβετο. Συμβάλ-

βάλλομαι, pro συναίρομαι, ἐπικουρῶ exposuit etiam *Budae.* Comm. L. G. p. 767. *Callimach.* Hymn. in Del. 190. σὺ δὲ ξυμβάλλεο μῆτερ. Nisi quis ibi cum *Vulcanio* praeferat *corde haec mea dicta repone.* Quod et facere videtur *Albert.* Observ. Phil. p. 188. Et sic fere acceperim illud *Orphei* Argon. v. 654. Polyphemus montis cacumen adscenderat, ut Herculem ad navem vocaret. Ἀλλ' ὅυ δι ξύμβλητο, μολεῖν γάρ οἱ ὄυτι πέπρωτο. *Sed hoc ille non animadvertebat, non audiebat.* Male interpres; *sed illi non occurrebat.* Solent in his θυμῷ, φρενὶ vel φρεσί omitti, ut etiam *Homer.* Il. A. 76. σύνθεο exposuit *L. Bos* Observ. Crit. p. 125. PEERLK.

P. 12. v. 24. ἐργῆς — βαρβάρου.] Animum adverte, quam caute prudenterque Manto omnem machinam adhibeat: jusjurandum, preces, promissa, imperium, ac denique minas: imperium, ne forte dubites, latet in verbis ἔστι μὲν δεσπότις ὄντα ἐμή. Sic *Ovid* Metam. IV. 471. de Junone narrat: *Imperium, promissa, preces, confundit in unum;* et Metam. II. 397. de Jove: — *precibusque minas regaliter addit.* LOCEL.

P. 12. v. 25. τό τε γάρ.] Ineptum alicui videri possit illud τε, cui respondeat postea πάνυ δὲ, neque etiam mihi valde adridet. Melius p. 39. v. 9—10. sibi respondent τό τε αἷμα — καὶ τὸ κάλλος. Nemini non in mentem veniet τὸ μὲν γὰρ, nam opponuntur sibi duo membra. Aliud nimirum suadebat benevolentia in Anthiam, aliud metus, ne iram barbarae puellae in se concitaret Rhoda, si Mantus amorem Habrocomi declarare negligeret. Tamen apud *Ach. Tat.* lib. IV. cap. 6. pag. 340. legitur quoque τό τε γὰρ ἀντιλέγειν — τὸ δὲ φεύγειν. LOCEL.

P. 12. v. 28. κοινωνήματα ἐξαιρέτως.] *Dion. Halicar.* A. R. lib. I. p. 61. v. 35. τὸ γὰρ κοινώνημα τῶν γάμων αὐτῇ γεγονέναι πρὸς τὸν ἐμβατεύοντα τῷ χωρίῳ δαίμονα, de Rhea Numitoris filia. Ferri poterat ἐξαιρέτως, si meretriculae mentio fieret, quae Leuconem ex amatoribus unum habuisset praecipuum: nunc quomodo locum commode tueri possit ἐξαιρέτως, exspectabimus dum quis explanet. Interea reponi velim ἐξ ἔρωτος, quae nisi me fallit animus, ipsa est *Xenophontis* manus. Significat Rhodae et Leuconi copulatis amore mutuo contractum fuisse contubernium: servorum enim iure Graeco et Romano nuptiae vel connubium erat nullum: ideo nimirum dixit συνῆσαν ἀλλήλοις; neque alia est ratio, cur γάμον Leuconis et Rhodae nusquam nominarit. Ad eamdem servitutis conditionem pertinet, quod aucti haereditate luculenta p. 98. v. 13. simul atque Abrocomes Rhodi domum ab iis erat receptus, τὰ κτήματα αὐτῶν παραδιδόασι. p. 110. v. 13. nam

nam quidquid adquirebant servi, dominis adquirebant, ut ex jure notum est. HEMSTERH. Vere haud dubie conjecit vir doctus ἐξ ἔρωτος. Ut Noster κοινώνημα, sic κοινωνίαν usurpant alii. *Aelian.* de N. A. lib. II. c. 9. *Joseph.* A. J. lib. XVI. c 7. ult. et verbum κοινωνεῖν apud *Lucian.* in Cataplo p 437. *Ach. Tat.* lib. VI. p. 397. lib. VIII. p. 509. ABRESCH. Verisimilem esse emendationem *Hemsterhusii* non inficior. Permutari praeterea facile possunt ἐξαιρέτως et ἐξ ἔρωτος. Sic e. c. apud *Lucian.* Dial. Deor. XXII. Vol. I. p. 269. pro vulgato ἐξ ἔρωτος tum in ed. Juntina, tum in margine ed. Ald. 1. Wessel. legitur ἐξαίρετος; at hanc ipsam lectionem, quin vulgatae praeferam, parum absum; videlicet ut ἐξαίρετός σοι γενόμενος ibi intelligatur *extra ordinem tibi natus*, id est e furtivo insuperque naturae non convenienti concubitu. Itaque etiam ἐξαιρέτως in hoc Nostri loco distincte sic exaratum in Cod. Flor. servari debere puto, et κοινώνημα ἐξαιρέτως γενόμενον nihil plus significare arbitror, quam praecipuam quamdam familiarem arctamque consuetudinem, cui vero jam Ephesi concubitum accessisse, aliis apertis verbis συνῆσαν ἀλλήλοις ἔτι ἐν Ἐφέσῳ postea declaratur. De reliquo ex eo quod γάμον Leuconis et Rhodae nuspiam Noster nominat, haud validum argumentum ducit *Hemsterh.* ad conjecturam suam firmandam, etenim p. 48. v. 6 et 8. Anthiae et Lamponis, qui ambo servi fuere, γάμος bis memoratur. LOCEL. Eamdem familiaritatem Satyri et Clius, servorum, his verbis exprimit *Ach. Tat.* II. p. 71. ἡ Κλειὼ κεκοινώνηκέ μοι, καὶ ἔχει πρός με ὡς ἐραστήν. Dixit autem Noster κοινωνήματα ἐξαιρέτως γενόμενα ut *Plutarch.* Virtut. Mul. p. 306. ἐξαιρέτως ἐρασθεὶς τῆς Ξενοκρίτης. Quod si locus ad mentem *Hemsterhusii* esset intelligendus, legi etiam posset κοινωνήματα ἔρωτος. Sed ego vulgatum cum *Locella* praefero. PEERLK.

P. 12. v. 29. ἔτι.] Valet, *jam ante*, *jam tum Ephesi*. Istius particulae usus nonnumquam in nostro scriptore satis singularis: nisi tamen quis praeferat ἔτη, *annos aliquot*, quemadmodum ἡμέρας διαγαγεῖν, *aliquot dies transigere* pag. 91. v. 6. Ἔτι et ἔτη, recenti Graecorum pronuntiatione non disparata, saepe commutantur, quod ex solo *Xenophonte* manifestum est. Vide p. 4. v. 5. neque difficile foret plura loca proferre, ubi hactenus illa corruptela, quantumvis levissima, viros eruditos fefellerit. HEMSTERH. Ἔτι ἐν Ἐφέσῳ idem est ac si legeretur ἔτι ὄντες ἐν Ἐφέσῳ, *quum adhuc essent Ephesi.* Usus iste quo ἔτι vim habet eamdem fere quam ἤδη, satis est frequens. v. c. *Arrian.* Exp. Alex. lib. VI. p. 458. ἔτι ἀπὸ Καμβύσου. *Lucian.* I. 15. ἔτι ἐκ κοιλίας ad q. l. plura habet

Palairetus noster Observ. Phil. Crit. p. 147 et 361. Quod ad ἔτη *Hemsterhusii* attinet, hi anni vix *aliquot* esse poterant. PEERLK.

P. 12. v. 31. εἰ μὴ τύχῃ.] Videri possit reponendum esse ἢν vel ἐὰν μὴ τύχῃ, aut εἰ μὴ τυχεῖ, quandoquidem εἰ cum subjunctivo construi vetant Grammatici. Vide *Thom.* Mag. p. 267. *Valcken.* ad *Herod.* pag. 461. *Brunck.* ad *Aristoph.* Ran. 594. Vesp. 190 ad *Eurip.* Phoen. 1226. Bacch. 199. Quod si hunc κανόνα inviolatum praestare philologos oportet, corrigenda iis erunt haud pauca scriptorum veterum loca, e. c. in *Xenoph.* Cyrop. lib. I c. 4. s. 10 εἰ τείνων μὴ σὺ δέῃ. Erraverit quoque Grammaticus ipse *Apollon.* *Dyscol.* de Synt. lib. I. c. 3. p. 26. et c. 6. p. 32. scribens εἰ τύχῃ, si quidem locus sanus est, quatuor certe alios similes praebet index *Sylburg.* Tamen silentio non est transeundum, quod d. l. apud *Thom.* *Mag.* legitur: is enim, postquam docuisset εἰ cum subjunctivo jungi non solere, addit; πλὴν ἐπὶ τῶν ἀνθυποτάκτων, οἷον, εἰ λάβωμαι, εἰ τράπωμαι. Fateor non satis mihi liquere quomodo exceptio haec sit intelligenda. Quid, amabo, est ἀνθυπότακτος? Non reperitur credo vox ista nisi h. l. et apud *Suid.* in Ἀγάγης. Dices ἀνθυπότακτα ῥήματα esse verba in äor. 2. subjunct. modi: sit ita, tametsi aliam veri similiorem hujus significationis rationem non video, nisi quod ἀγάγης est äor. 2. subj. act. et λάβωμαι et τράπωμαι sunt äor. 2. subj. med. Bene ergo scripserit Noster εἰ μὴ τύχῃ, nec non *Apollon.* *Dysc.* l. l. et in aliis, quos exhibet index *Sylb.* Adde quod ipse *Thomas* statim post locum supra recitatum utitur äor. 2. subj. med. εἰ γὰρ καὶ εὕρηται. Ergo sine justa caussa invitis Codicibus reposuerit *Brunck.* οὐδ' ἢν εὕρηται in *Eurip.* Bacch. 199. pro vulgato οὐδ' εἰ εὕρηται. Sed, nisi delirasse bonum *Thomam* velimus, quae tandem esset probabilis ratio, cur εἰ cum äor. 2. ejusdem modi probum? Judicent doctiores: equidem rem in medio relinquo. Incerta nobis nonnulla relicta sunt in modorum ratione propter inconstantiam Codicum MSS. in quibus terminationes ει, η et οι, improbo deceptore Jotacismo fraudes suas exercente, nimis saepe commutantur. LOCEL. Non minor *Locellam* divinasse in *Thoma* quid esset ἀνθυπότακτος. Legendum enim pro eo ἀνυπότακτος, quae Grammaticis vocantur äor. 2. et interdum 1. subjunctivi, in iis verbis, quae reliquis temporibus carent. Emendavit ita l. *Thomae* *Bast.* Lett. Critr. p. 90. conf. *Herman.* de Emend. R. Graec. Gr. p. 262. 263. et ad *Viger.* p. 832. Ceterum *Bastio* vera videtur *Thom.* *Mag.* regula, scilicet εἰ non construi cum aliis subjunctivi temporibus nisi cum aor. 2. et putat omnia loca, paucis Jonicorum poëtarum exceptis, in quibus εἰ cum praesente aut perfecto subjunctivi occurrat, esse

esse corrupta, atque emendanda per optativum aut indicativum, aut mutandum ἐι in ἦν, ἂν aut ἐὰν. Possemus ergo et h. l. legere ἐι μὴ τύχοι. *Heliodoro* non semel exemit hujus generis errata *Coraës*. p. 27. edidit ἐι δὲ τύχοις, pro τύχῃς, et alibi. Sed v. *Herman*. ad Vig. l. l. PEERLK.

P. 12. v. 31. ἐργάσασθαι.] An tempus futurum unius literae mutatione praeoptabimus ἐργάσεσθαι; patrocinari videtur scripturae vulgatae locus *Luciani* persimilis D. Deor. XV. πλὴν ἀπειλεῖ γε δεσμά τινα ἐπιμηχανήσασθαι ἀυτοῖς, καὶ συλλήψεσθαι. Hic tamen *Jensio* perspicuum est, legi debere ἐπιμηχανήσεσθαι. mihi quidem nondum, quamvis συλλήψεσθαι proxime succedat, quippe non dubitanti, quin ea tempora rite conjungantur, praesertim tum, si Aoristi vicem integra sententia subire possit praesens. . . . . HEMSTERH. Similia ex aliis scriptoribus addit *Hemsterh*. Omnia tamen hujus generis in illorum classem refert, de quibus explorate, propter librarios in talibus perpetuo fere variantes, quid ipsi scriptores antiqui reliquerint, constare nobis vix potest. Ex infinita autem, quae exstant, multitudine exemplorum, illud confici posse arbitror ipsos veteres hoc usu äoristi esse delectatos, et cum particula copulativa etiam futuris junxisse. Conf. Observ. Misc. Nov. T. III. p. 2. et *P. Horreus* Observ. Crit. ad *Thucyd*. p. 471. sqq. ubi de hoc ipso Xenophontis nostri loco scribit. „ubi ob ἀπειλεῖ „praesens, ἐργάσασθαι äor. 1. maxime tamen idem ad assem quadrat, praeced. „τύχῃ, cui respondet luculenter. Unde omnino servandum." Quando igitur codices MSS. in äoristo tempore futuro ita juncto conspirant, temerarium est alterutrum mutare; a quo viri docti non semper caverunt. v. *Joseph*. A. J. VII. 10. p. 394. *Theophr*. Char. c. 1. PEERLK.

P. 13. v. 1. ὀυδὲν ἔργον ἦν.] *Unice hoc agebat*. *Liban*. Ep. 39. 197. τὰ γὰρ σὰ θαυμάζειν ἔργον ἀυτῷ. *Arrian*. Epist. III. 2. 6. Graecam rationem expressit *Horat*. Od. I. VII. 5. *Sunt quibus unum opus est*. v. *Perizon*. ad *Aelian*. V. H. III. 18. PEERLK.

P. 13. v. 2. λαλεῖν — καὶ ἀκούειν λαλ.] Nihil est propius, quam ut cogitasse credas tenellum illud et tantopere laudatum *Sapphus* odarium apud Longin. Sect. X. — καὶ πλασίον ἀδὺ φωνεύσας ὑπακούει, vel potius ἐπακούει. Clarius, qui *Luciani* nomen mentitur, eodem respexit; in Amor. p. 1062. C. ἀπαντικρὺ τοῦ φίλου καθίζεσθαι, καὶ πλησίον ἡδὺ λαλοῦντος ἀκούειν. p. 1069. D. *Aristaen*. I. ep. 8. II. ep. 11. in fine. HEMSTERH.

P. 13. v. 3. ποιοῦμεν.] Omissum ἔφη h. l. uncinis inclusum inseruit *Locel*. putans

putans h. l. requiri, quod et mihi videtur. conf. adnot. ad lib. I. c. 11. PEERLK.

P. 13. v. 5. *σῶσον — καὶ μὴ περιΐδης.*] Ad similem *Longi* locum adscripsit quaedam *Villois.* in Animadv. p. 187. LOCEL. Conf. *Bergler.* ad *Aristoph.* Pac. v. 10. PEERLK.

P. 13. v. 6. *ὀργῇ.*] Servavi lect. edd. In Cod. Flor. obscure scriptum est LOCEL.

P. 13. v. 10. *ἔχουσιν ἐξουσίαν — σώματος.* Corpus meum omni dolore et tormentis afficere possunt; nam hoc tantum est in servili conditione. Itaque et servi dicebantur *σώματα*, *quia corpora obnoxia sunt et adscripta dominis: mens quidem sui juris*, ut ait *Seneca* de Benef. lib. III. c. 20 conf. *Wolf.* ad *Liban.* ep. 350. Ad *ἔχουσιν ἐξουσίαν* exempla quaedam adscripserat *Palairet.* Occurrit in Euang. *Joh.* c. 19. 10. ad q. l. alterum ex *Arriano* dedit *Raphel.* — Eleganter Habrocomes his verbis subjungit *τὴν ψυχὴν δὲ ἐλευθέραν ἔχω.* Qualia sunt haec *Sophoclis* ap. Stob. p. 384. *εἰ σῶμα δοῦλον, ἀλλ' ὁ νοῦς ἐλεύθερος.* *Eurip.* Hel. 736. *ὄνομ' οὐκ ἔχων ἐλεύθερον — Τὸν νοῦν δὲ*, quae ante *Locel.* jam hic dederat *Tresling.* p. 61. Fere ut *Valer.* Maxim. lib. VI. c. 1. *Huius feminae quid aliud quisquam quam corpus in potestatem hostium venisse dicat? Nam neque animus vinci, nec pudicitia capi potuit.* *Livii* I. 58. locum similem *Eurip.* Hippol. admovit *Valcken.* pag. 612. Quod quum pueriliter philosophari appellat *Putman.* Advers. Jur. pag. 153. in eo non omnes sibi habebit adsentientes. PEERLK.

P. 13. v. 11. *νῦν.*] Nisi me fallit memoria, longe frequentiore in usu poëtis et Jonibus vocula *νῦν*, quam Atticis, qui *τοίνυν*, *δὴ*, et *οὖν* potius solent subjicere imperativis: nec aliter Noster pag. 62. v. 2. at, ut hoc in loco; sic etiam *Lucian.* de Saltat. p. 924. *Achill. Tat.* lib. IV. c. I. *Themist.* Orat. I. pag. 16. A. . . . . ABRESCH. Frivolam esse istam animadversionem non negaverim, at durius tamen, hac occasione, licet tectis verbis, de novis hisce post *Hemsterhusium*, *Abreschii* in *Xenoph. Ephes.* judicavit *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 629. LOCEL. Habet hic vim suam illud *νῦν*, ut in versione omitti non debuerit. Eadem est ratio Latini *nunc*, in noto illi *i nunc* et similibus. PEERLK.

P. 13. v. 12. *ἐνεγκεῖν.*] Haud scio an aliis approbari possit; mihi quidem minus aptum videtur. Melius nisi literae nimis distarent, sententiae congrueret *ἀφανίζειν* vel *βασανίζειν*, ut p. 38. v. 1. p. 39. v. 9. Servilibus tormentis ignis etiam

etiam accedit p. 39. v. 7 et 11. Vide *Alciphr.* lib. III. ep. 52. p. 396. *Lucian.* in Toxari pag. 63. D. HEMSTERH. Servorum corpora tormentis adsueta facilius ea ferre poterant, quin et nonnunquam obstinate perferebant, ut adeo ad confessionem extorquendam, sive alia quacumque de caussa servorum pertinaciam frangendam, tormentis interdum nihil proficeretur. Molliora ingenuorum corpora, tormentorum insueta, tolerare ea multo minus potuisse consequens est: itaque p. 39. v. 8. de Habrocome narratur *αἵ τε γὰρ βάσανοι τὸ σῶμα πᾶν ἠφάνιζον, βασάνων ἄηθες ὂν ἱκετικῶν.* Contende jam hunc locum cum eo, de quo agimus, et senties, credo, *ἐνεγκεῖν* non esse sollicitandum. LOCEL. Recte *Locella*; conjeceram aliquando *σώματι προσενεγκεῖν*, pro quo hujus libri cap. 6. scripsit *προσῆγεν αὐτῷ καὶ δεσμὰ φοβερὰ καὶ πῦρ.* Sed non opus est emendatione. Eadem autem constantia in re simili agit Leucippe ap. *Ach. Tat.* lib. VI. pag. 405. *τὰς βασάνους παράστησον, φερέτω τροχόν. ἰδοὺ χεῖρες, τεινέτω. — κομιζέτω πῦρ, ἰδοὺ σῶμα, καιέτω. φερέτω καὶ σίδηρον, ἰδοὺ δέρη, σφαζέτω.* Tria Noster appellat poenae servilis genera, *ξίφη, βρόχους, καὶ πῦρ.* Pro quo si quis malit legere *τρόχους* non intercedo. Saepissime enim hoc tormenti genus cum igne jungitur. *Appulej.* III. Met. p. 388. — *cum ritu Graeciensi ignis et rota — inferuntur.* v. *Elmenh.* Adde, quae laudat *Abresch. Joseph.* de Maccab. §. 5. et §. 9. et 11. unde simul discas quis usus fuerit ignis in tormentis. Eadem fere exclamat Andromache Euripidea Andr. v. 411—412. *ἰδοὺ προλείπω βωμὸν ἥδε χειρία— Σφάζειν, φονεύειν, δεῖν, ἀπαρτῆσαι δέρην.* PEERLK.

P. 13. v. 13. *ἀχανής.*] Notavit quaedam de hac voce *Locel.* ad lib. I. c. 16. Quibus adde Glossam *Cyrilli*, quam e MSS. dedit *Valcken.* ad Adoniaz. *Theocr.* p. 232. Ἀχανής.] *ἄλαλος, ἄφωνος, ὁ μὴ κεχηνὼς, μὴ διᾶραι τὸ στόμα δυνάμενος, ἐνεὸς, ἐκπεπληγμένος σιωπῇ.* Ἀχανὴς *καὶ ἄναυδος* junxit *Alciphr.* III. epist. 20. ubi v. *Bergler. Charit.* lib. I. p 7. *ἐπὶ πολὺ μὲν ἀχανὴς ἔκειτο.* Conf. et *Tresling.* ad h. l. p. Adv. Crit. 62. PEERLK.

P. 13. v. 13. *οὐδὲ προσφθέγξασθαί τι.*] Facile quis putet, *προφθέγξασθαι*, *nihil eloqui valens;* quam rationem sequutus fuit Interpres: [*Cocchius.*] at movendum non est *προσφθέγξασθαι.* P. 15. v. 9. *ὀλίγα αὐτὸν προσφθεγξαμένη.* HEMSTERH. Similiter *Salvinius* transtulerat, *senza poter batter parola.* Uterque, meo judicio, satis bene: nec video, cur eos fuisse sequutos credamus lectionem *προφθέγξασθαι*, cuius verbi nullum exemplum reperi apud Graecos scriptores, quodque Glossae veteres interpretantur *anteloqui.* Ipsum *προσφθέγξασθαι* auctoritate caret in *H. Steph.* Thes. quam ex *Eurip.* et *Demosth.* supplevit *D. Scottus.* Adde

 Abresch.

Abresch. Lect. Aristaen. pag. 85. et indicem in *Himerium.* Adnotaveram mihi olim hoc verbum ex *Platone* Polit. Vol. VI. p. 68. ubi est pro *καλεῖν*, *ὀνομάζειν*, vel (quod mox ibidem p. 69. v. 11. eodem sensu adhibetur) *προσαγορεύειν*, *adpellare*, *vocare*, *nominare*, interdum etiam *salutare*. Ab *Hesychio* *προσφθέγγεται* explicatur *ἀσπάζεται*. In hoc autem Nostri loco usurpatur simpliciter pro *vocem proferre* sive *loqui*. Parilem locum habuimus p. 29. v. 3. ubi vide adnot. p. 179. nam, quemadmodum ibi Habrocomes *ἀχανὴς* non habebat quod responderet, ita hic Anthia *ἀχανὴς non potest quidquam proferre*, sive *proloqui*. Existimabat, ni fallor, *Hemsterh.* subaudiri debere h. l. *αὐτὸν*, (quod p. 15. v. 9. additur) atque adeo convertendum esse *neque eum adloqui potis erat*; verum non habet me adsentientem. LOCEL.

P. 13. v. 14. *ἔχω μὲν — τὴν εὔνοιαν σήν.*] Loc. vertit, *perspicio benevolentiam tuam. Cocch. perspectam habeo. Hemsterh.* quomodo intellexerit vix planum mihi est; nam ad verba *ἔχετε ψυχάς*; quae occurrunt lib. I. cap. 9. adnotavit „forte sumendum ut *ἔχω τὴν εὔνοιαν τὴν σήν.*" Legendum mihi videtur *δέχομαι μὲν τὴν εὔνοιαν* — *accipio tuam erga me benevolentiam — ea mihi grata est.* Ita usurpatur hoc verbum, etiam addito adjectivo aut adverbio. *Heliod.* I. pag. 50. *ἥδιστα δέχομαί σου τοὺς ἐπ' ἐμοὶ τούτους τοὺς φόβους. εὐδηλες γάρ ἐι κἀκ τούτων μὴ ἐκλάσας τὸν ἐπ' ἐμοὶ πόθον ὑπὸ τῶν πολλῶν συμφορῶν.* Ac Dii, grata sibi sacrificia *δέχεσθαι* dicuntur, cuius rei exemplum apud Nostrum videbimus. Si quis alia desideret, videat *Palair.* Observ. Phil. p. 178. et *Zeun.* ad *Xenoph.* Cyrop. VIII. IV. 25. qui et in Exp. Cyri et alibi non semel ita utitur. Frequens etiam ejus usus est sequente infinitivo. v. *Lennep.* Phal. ep. p. 271. Saepius *ἔχω* et *δέχομαι* in Graecis scriptoribus confusa sunt, atque h. l. eo facilius quia statim post syllabam *μαι* sequebatur *μεν*. Bene *Anton. Liber.* c. 41. reddidit *Muncker.* *παραδέχεται τὸν λόγον* pro *παρέχεται.* PEERLK.

P. 13. v. 16. *καὶ τῆς ἐμῆς.*] Vel expungendum est illud *καὶ*, ut connectantur *τῆς ψυχῆς τῆς ἐμῆς*, quomodo p. 116. v. 13. vel vocula quae facile desiderari potuit, reducta scribendum erit *ἀλλὰ δέομαί σου πρὸς σῆς ψυχῆς καὶ τῆς ἐμῆς, δέσποτα.* Vide adnot. ad pag. 38. v. 12. Nihil autem in his libellis frequentius, quam ut maritum Anthia simpliciter *δεσπότην* appellet. HEMSTERH. Priorem viri docti emendationem longe veriorem esse reor. Sic quoque apud *Charit.* lib. III. c. 3. p. 63. legitur *δέσποινα τῆς ἐμῆς ψυχῆς*, ubi conf. *D'Orv.* Animadv. p. 361. Apud *Ach. Tat.* lib. I. c. 14. p. 75. Clinias *τὸν ἐρώμενον* Charicleam *δεσπότην* vocat. Contra est apud *Martial.* I. 32. LOCEL „*Palairetus*, si „ *καὶ*,

„καὶ, inquit, ante τῆς ἐμῆς genuinum sit, certissime librarius omiserit substanti-„vum in τῆς ἐμῆς. Forte Xenophontea manus dedit Ἀλλὰ δέομαί σου, τῆς ψυχῆς „καὶ τῆς ζωῆς ἐμῆς δέσποτα. Solent voces ψυχὴ et ζωὴ in stilo amatorio conjun-„gi. *Juven.* VI. 192. — *non est hic sermo pudicus — In vetulo quoties lasci-„vum intervenit illud* — Ζωὴ καὶ ψυχή." Ego etiam, nisi vim quamdam in vocula καὶ quaesiverit Noster, delendam censeo. Vulgatum autem ita verterem. *Oro te, qui dominus es nunc vitae etiam meae, qui vitam meam nunc etiam habes in potestate tua, non solum tuam, pare herae, vel mea caussa, nam si tu vitam amittas non parendo, ego amittam meam dolore tuae mortis.* Secundum hanc interpretationem eadem Anthia rogaret Habrocomen, quae Loadamia Protesilaum ap. *Ovid.* Her. epist. XIII. 166. *Si tibi cura mei, sit tibi cura tui.* — Parum tamen huic interpretationi obstant sequentia ἐμαυτὴν ἀποκτείνασα. — Caeterum δεσπότης, κύριος τῆς ψυχῆς, et sim. delectantur Erotici. *Ach. Tat.* V. 351. *Gaulm.* ad *Eustath.* p. 29. PEERLK.

P. 13. v. 17. ἄπειμι ἐκποδών.] Laudat *Abresch.* locum *Luciani* in Fugit. p. 803. Laudasset potius dictum illud Chaereae ad Callirrhoen suam apud *Charit.* lib. V. c. 10. pag. 127. ἐγὼ δὲ ἀπέρχομαι, καὶ οὐκ ἐνοχλῶ τοῖς σοῖς γάμοις. LOCEL.

P. 13. v. 18. τοσοῦτον.] Quum tot sint Graecorum auctorum loci, in quibus τοσοῦτον μόνον valet, quemadmodum h. l. et p. 56. v. 4. nimis praecise in *Suidae* Lexico τοσοῦτο explicatur τοῦτο. Conf. adnot. p. 147. ad p. 9. v. 13. LOCEL. Quum in τοῦτο non semel aeque μόνον intelligendum sit atque in τοσοῦτο, bene hoc per illud explicavit *Suidas. Charit.* lib. III. p. 46. τοῦτο δέομαί σου, γυνή, σύ με μὴ φύγῃς. Pro δεήσομαι h. l. Xenophontis mallem δέομαι, quod usitatius est. PEERLK.

P. 13. v. 18. θάψον αὐτός.] Magni scilicet faciebant olim ut ab amicis sepelirentur, ut illi funeri adessent, moererent, animam vocarent et sim. Eo magis autem haec rogat Anthia, cum serva aliud nisi servile funus exspectare non posset. Caeterum lib. I. c. 14. similiter rogat paedagogus αὐτὸς — θάψον. Αὐτὸς hic idem quod σύ, ut saepe occurrit apud *Platonem* v. *van Heusde* Spec. Crit. in *Plat.* p. 96. PEERLK.

P. 13. v. 18. φίλησον.] Rogat eadem Dorco apud *Long.* I. pag. 35. σὺ δὲ ἀντὶ τούτων, καὶ ζῶντα ἔτι φίλησον, καὶ ἀποθανόντα κλαῦσον — ἐμοῦ μνημόνευσον. Conf. *Charit.* V. p. 96. PEERLK.

P. 13. v. 19—20. ἠπόρει ὅστις γένηται.] Majorem animi affectum haec exprimunt

munt quam reddiderunt *Interpretes*, vertentes *quid de se fieret nescium*, pro *quis esset nesciebat.* Ut *Propert.* I. v. 18. *Nec poteris, qui sis, aut ubi, nosse miser*, et *Appul.* III. Met. p. 214. — *praesentis facti stupore defixus, quidvis aliud magis videbar esse quam Lucius. Philostr.* Ep. 55 Φεῦ γένωμαι τίς. quod inepte redditur *si sim aliquis.* conf. *Ach. Tat.* lib. V. p. 333. VIII. 517. Lib. ep. 391. *Heliod.* I. p. 16. Gravius etiam in majore affectu Dido ap. *Virg.* IV. Aen. 595. *Quid loquor, aut ubi sum?* ut *Eurip.* Alcest. 863, ποῖ βῶ, πῆ στῶ, τί λέγω, τί δὲ μή? PEERLK.

P. 13. v. 23. Ἀβροκόμη — δέσποινα.] Similis generis epistolam reperias in *Eustath.* Lib. X. initio. Nomen illius, qui scribit epistolam praecedere, cui scribitur, sequi solet. Antiquissimis temporibus etiam privati regibus scribentes id faciebant. v. *Gell.* N. A. XX. ix. Ἀριστοτέλης βασιλεῖ Ἀλεξάνδρῳ εὖ πράττειν. Et sic fere semper *Alciphr.* nisi lib. III. ep. 51. quod praeter morem esse observat *Bergler.* Ut noster, etiam *Ach. Tat.* I. p. 15. Ἱππίᾳ τῷ ἀδελφῷ χαίρειν Σώστρατος. Eamdem consuetudinem apud Latinos etiam invexit adulatio. v. *Trotz.* de Memor. propagata, p. 234 sqq. Quo tempore id olim factum sit, consule viros doctos quos laudat *Wagner.* ad *Alciphr.* III. ep. 51. PEERLK.

P. 13. v. 24. Ἴσως.] Vix invenias interpretem, qui adtenderit ἴσως non semper significare *fortasse*, sed usurpari saepe adfirmandi sensu, vertique tum oportere, pro indole loci, *utique*, *nimirum*, *scilicet*, *sane*, *sine dubio*, *certe*, *facile.* Ne vero quis existimet has interpretationes non *saepe*, ut dixi, esse adhibendas, operae pretium me facturum putabam, si complura loca indicando, dubitationem omnem Graecae linguae studiosis tollerem. Satis magnum numerum exemplorum colligere liceret vel e solis *Xenophontis* et *Platonis* scriptis. Vide e. c. *Xenoph.* Cyrop. lib. V. c. 1. s. 17. (ubi *Zeunii* adnot. risum movet.) c. 1. s. 36. lib. VI. c. 1. s. 6. (ubi sane longe nimis quaesita est *Zeunii* animadversio) c. 3. s. 12 lib. VII. c. 3. s. 10. lib. VIII. c. 7. s. 25. Symp. c. IV. s. 9. c. V. s. 1. c. VII. s. 3. Oecon. c. III. s. 9. c. VII. s. 11. In *Platone* videsis Vol. I. p. 124. v. 1 et 8. (ubi *Ficinus*, sentiens tandem ἴσως reddi non posse *fortasse*, vertit *sane quidem fortasse*,) Vol. I. p. 152. p. 202. v. 3 et 14. Vol. III. p. 6 et 7. Vol. IV. p. 198. Vol. V. p. 173. Vol. VI. p. 239. Vol. X. 314. ἴσως νὴ Δία. Adde *Demosth.* Olynth. I. p. 11. v. 4. p. 15. v. ult. (ubi cum μὰ Δία jungitur) *Isocrat.* Archid. Vol. II. p. 14. v. 20. p. 32. v. 20. *Isaeum* de Clion. haer. p. 6. v. 11. p. 30. v. 5. (ubi cum νὴ Δία copulatur) *Sophocl.* Ajax. 1028. *Eurip.* Hec. 798. Ion. 555. Sed iam satis est exemplorum:

plorum: nihilominus non reprehenderim si quis ἴσως, (quemadmodum οἶμαι, δοκεῖν, νομίζειν, ἐοικέναι, Attica quadam urbanitate in re certa usurpari solita) in quibusdam locis, ne illa pereat urbanitas, converterit verbo *fortasse.* LOCEL.

P. 13. v. 25. τὰ σὰ ἠρημένην.] Ne tironem moretur accentus perperam adscriptus [nam in edd. est ἠρημένη] legi debere moneo τὴν τὰ σὰ ἠρημένην, *quae tuas partes est amplexa*, atque adeo tibi animum adjunxit. Sic αἱρεῖσθαι τὰ τῶν Ἀθηνίων, τὰ τῶν Περσῶν, apud *Thucyd.* ceterosque historicos satis frequens. Idem viderit *Interpres* an deduxerit ab ἀρέσκειν parum liquet. HEMSTERH. *Cocchius* scilicet verterat *cui tua maxime cordi sunt.* Mihi, praeterquam quod *Hemsterh.* interpretatio huic loco minus apta est visa, vitandae etiam ambiguitatis caussa, ne videlicet puella dicat se *partes* adolescentis *amplecti*, alia versio placuit. Τὰ σὰ ἠρημένην, subaudiendo ἀγαθὰ, vel simile quid, dici adparet, velut e. c. apud *Eurip.* Med. 460. τὸ σὸν προσκοπούμενος. Generatim τὰ σὰ reddi potest *quae ad te pertinent*, uno verbo *tua*; singillatim vero, pro ratione sententiae, varia possunt subaudiri: e. c. ἔργα apud *Lucian.* Pseudol. Vol. III. pag. 164. in κεκήρυκται τὰ σὰ, apud *Sophocl.* vero Aiac. 1418. δόγμα, in ἐπαινέσας τὸ σόν. LOCEL. *Liban.* ep. 130. τὰ ἡμέτερα ᾕρηται. ep. 147. *Philostr.* Vit. Ap. VI. 11. Notum est apud historicos φρονεῖν τὰ τινός. *Sophocl.* Ai. Mast. 491. ἐν φρονῶ τὰ σά. *Heliod.* I. p. 4. ἐν σοὶ, ἔφη, τὰ ἐμὰ, ἡ κόρη, σώζεσθαί τε καὶ μή. Quem locum imprudens corrigit *Burman.* ad *Propert.* II. 21. 41. legens ὦ κόρη, quod sensui omnino contrarium est. Ipsa enim Chariclea loqui incipit. Caeterum ἠρημένην ab ἀρέσκειν deduxisse *Cocchium* non crediderim. Nam etiamsi hoc verbum cum accusativo personae construas, frustra inde hunc locum explices. Frequens error est in permutando hoc spiritu, eoque frequentior, quod ipsi recentiores Graeci adspirationem omittebant interdum; sic Metaphrastes *Eutropii* pro αἱρεῖν *capere*, non semel scripsit ἀιρεῖν. v. *Cellar.* ad *Eutrop.* I. VII. Latini recentiores quomodo literam *h* omiserint. v. *Munker.* ad *Fulgent.* Mythol. p. 17. PEERLK.

P. 13. v. 26. συνοικίσαι.] Admonitore *Hemsterh.* sic correxi pro συνοικῆσαι, quod exhibent edd. Eumdem errorem in aliis scriptoribus emendat *Abresch.* in adnot. ad h. l. Etiam apud *Joseph.* A. J. lib. V. c. 2. s. 12. nunc forte video reponendum esse συνοικίσαι pro συνοικῆσαι. Quid distent συνοικεῖν et συνοικίζειν nescit gens imperita librariorum. LOCEL. Eadem corrigendi ratio adhibita est vel etiam adhibenda *Joseph.* A. J. IV. vi. p. 214. ubi omnino legendum est

δειπνίοις. Idem IX. 12. *Plutarch.* Apopht. Vol. II ap. Mor. p. 136. *Herodot.* p. 26. *Aelian.* V. H. XIII. 42. *Demosth.* Orat. de Pac. p. 57. *Xenoph.* Cyrop. VIII. v. 23. v. interpret ad *Anton.* Lib. c. 31. et *Ernest.* ad *Xenoph.* M. S. I. I. 7. PEERLK.

P. 13. v. 26. *τὴν νῦν σοι γυναῖκα.*] Dativus ita eleganter pro genitivo aut adjectivo ponitur. Sic lib. III. c. 6. Ἀβροκόμῃ εἶναί μοι δεῖ ἄνδρα. eiusdem libri c. 5. ediderat *Cocch.* ἵνα ἐμοὶ ἀνὴρ μείνῃ. Quod equidem praeferam lectioni quam ex Cod. Flor. dedit *Locel.* nempe ἐμός. *Joseph.* A J. IX. 10. τοῦ παιδὸς αὐτῷ — τὴν ἀρχὴν παρκλαβόντος. ubi frustra in MS. quodam est αὐτοῦ. *Eurip.* Jon. v. 904. παῖς μοι καὶ σός. Orest. 362. ὁ ναυτίλοισι μάντις. Cui non dissimile hoc *Xenoph.* Hellen. I. vi. 32. ὁ τῷ Καλλικρατίδᾳ κυβερνῶν. quod parum differt ab ὁ τῷ Καλλικρατίδᾳ κυβερνήτης. *Hemsterh.* ad *Arist.* Plut. p. 2. observat hoc esse Atticorum, virosque nonnunquam eruditos fefellisse. Fefellit certe *Scheffer.* ad *Aelian.* V. H. I. III. ὃν γὰρ δὲ χωρεῖ περιλαβεῖν τοσοῦτον τὸ στόμα. v. *Hemsterh.* l. l. ubi auctor argumenti Pluti scripserat μετά τινος αὐτῷ θεράποντος. *Aelian.* Hist. An. I. 38. Ἀριστοφάνει τῷ Βυζαντίῳ ὁ ἐλέφας. conf. *Valcken.* ad *Eurip.* Phoen. p. 32. PEERLK.

P. 13. v. 26. *ἀποσκευασόμεθα.*] Vox propria navigantium *Basil.* Tom. II. p. 168. Adde *Suid.* in v. Hinc in genere *abjicere.* *Ach. Tat.* lib. VIII. p. 523. et *quocumque modo libero me aliqua.* *Lucian.* Tyrann. p. 784. [Vol. II. p. 141. et in Jove Trag. p. 670. ubi v. adnot. *Reitz.*] Eundem praebet usum ἀποφερτίσασθαι, *Gregor. Nazianz.* Orat. XXVII. p. 471. D. *Ach. Tat.* lib. IV. p. 235. ABRESCH.

P. 13. v. 27. *ἴια μὲν πείσῃ.*] Constans in talibus usus voculae μὲν facit ut vix dubitem et hic scriptum fuisse ἴια μὲν πείσῃ σύ. [in edd. deëst μὲν, at in Cod. Flor. teste Cl. *Weigel*, legitur ἐννέει μὲν ἴια πείσῃ.] Nec σὺ, quod syllaba proxima obliteravit, commode videtur abesse posse. Noster p. 26. v. 10 — 11. p. 89. v. 5. p. 108. v. 13. Nec aliter alii Auctores omnes, quoties vox eadem aut similis potestatis repetitur. . . . Ceterum minis utitur similibus apud *Heliod.* lib. VII. p. 341. Cybele. Adde p. 351. et huc refer illud *Petronii* c. 108. *contemptus amor vires habet.* ABRESCH. Quae hac occasione ab *Abreschio* in Nostro p. 9. v. 7. p. 63. v. 5. et p. 103. v. 8. emendantur, suis locis adscripsimus. Eidem vero obtemperandum censuimus particulam μὲν loco suo inserendo, unde in Cod. Flor. fuisse demotam pro certo habemus. LOCEL.

P. 13.

P. 13. v. 27. ἑαυτήν.] Ita Cod. Flor. sed edd. ἑαυτῆς, quod corrigi debere monuerat etiam *Hemsterh.* locum Nostri p. 83. v. 10—11. adponens. LOCEL.

P. 13. v. 28. κοινωνόν.] Anthiam innuit, pluralem pro singulari adhibens, non sine stomacho et despicientia. Vide adnot. ad p. 38. v. 15. Vocat autem κοινωνόν, respiciens fortasse ad duplicem vocabuli significatum: erat enim Anthia Habrocomis tori socia, (ita uxor κοινωνὸς οἴκου dicitur apud *Xenoph.* Oecon. cap. III. s. 15. et maritus ibidem c. X. s. 3. κοινωνὸς χρημάτων et σώματος.) et consiliorum eius *particeps* juxta et *consultrix*; (sic κοινωνοὶ et σύμβουλοι junguntur apud *Herodian.* lib. II. c. 8. s. 5. lib. V. c. 1. s. 15.) tamen quia Noster addit μετά σου, incisum posui post κοινωνοί. Quod si κοινωνοὶ ad ὑπερηφανίας esset referendum, particula καὶ ante σύμβουλοι requireretur. Ego ita converti, ut κοινωνόν de Habrocomis conjuge et fastidii eius conscia possis intelligere, LOCEL. Ea est Nostri simplicitas ut verba duplici significatione accipienda non amet. Male idem suspicatur *Locel.* in iis quae mox sequuntur ἰδίως ἑκάστου, et *Salvin.* lib. IV. cap. 1. in voce ἀφανεῖς. Neque ego κοινωνὸν nude sic positum sine addito substantivo acceperim de *tori socia.* Ante σύμβουλοι particulam καὶ libens insererem, quae saepius a descriptore fabulae nostrae est neglecta. v. *Locel.* in Indice. PEERLK.

P. 13. v. 29. γράμμα.] Etiam singulari numero γράμμα pro epistola alicubi reperiri ait *H. Steph.* in Thes. Infra p. 38. v. 3. et p. 98. v. 8. consueto modo occurrit in numero multitudinis. LOCEL. Occurrit ita γράμμα aliquoties in epistolis *Libanii.* *Heliod.* lib. X. p. 391. ubi observat *Coraës* usum esse istum recentiorum Graecorum. PEERLK.

P. 13. v. 29. καταστημμυαμένη.] Non novum foret omitti a librario Cod. Flor. particulam καὶ (vid. Ind.) quam adeo inserendam esse judicassem, nisi novum quoque non esset, jungi a Nostro participia sine copula; (conf. indic.) quare manum abstinui. Delectantur seriorum saeculorum scriptores, erotici praecipue, conciso isto scribendi genere. De *Longo* ait Abresch. in Adnot. ad quaedam loca N. T. p. 617. nullum scriptorem, uno *Xenophonte Ephesio* excepto, participia ἀσυνδέτως, juncta aeque habere in deliciis. De *Charitone* monuit *D'Orvill.* in Animadv. p. 513. Adde *Abresch.* Lect. Aristaen. p. 208. *Reitz.* ad *Lucian.* Vol. pag. 509. Tamen apud vetustiores etiam cultissimosque scriptores non desunt exempla. Vide e. g. *Xenoph.* Mem. Socr. lib. I. c. 1. s. 18. Cyrop. lib. I. c. 4. s. 13. lib. II. c. 4. s. 30. et de Exped. Cyri lib. I. c. 2. s. 17. ut nihil dicam de duriore illo ἀσυνδέτῳ ibid. lib. II. c. 2. s. 9. LOCEL.

P. 13.

P. 13. v. 30. *ἐπεῦσα*.] De verbi *εἰπεῖν* usu pro *jubere*, *mandare*, consuli possunt *Gatak*. de N. T. Stylo c. XXVIII. p. 136. *Alberti* Obs. Phil. p. 21. *Elsn*. Observ. Sacr. Vol. I. p. 147. et *Huds*. cum *Duck*. ad *Thucyd*. lib. VIII. c. 29. LOCEL.

P. 13. v. 30. *καὶ ἀνέγνω — καὶ — ἤχθετο*.] Notent tirones *καὶ — καὶ* usu χρονικῷ adhibitum pro *statim*, *ut*, *simul ac*, prout pag. 32. v. 3—4. Pauca de hoc, vel potius adfini usu scripsit *Hoogev*. Doctr. Part. c. XXIV. s. 1. p. 368. 369. Exemplis ab eo prolatis, quae cum hoc Nostri loco adfinitatem habent, addere licet *Thucyd*. lib. VIII. c. 1. *καὶ ὡς ἔδοξεν αὐτοῖς, καὶ ἐποίουν ταῦτα*, et Platon in Phaedone Vol. I. p. 262. *καὶ ὁ μὲν πολλὰ ἄττα μετὰ ταῦτα διελέχθη, καὶ ἧκεν ὁ τῶν ἕνδεκα ὑπηρέτης*, ubi pro puncto post *διελέχθη* comma esse ponendum censeo. Quemadmodum *καὶ — καὶ* apud Nostrum, sic *ὡς — ὡς* usurpatum legimus e. c. apud *Homer*. et *Theocrit*. quem imitatus est *Virgil*. Ecl. VIII. 41. LOCEL. Si quis locum Xenophontis inspiciat, is mecum credo particulas *καὶ — καὶ* solum tamquam copulativas considerabit. PEERLK.

P. 13. v. 32. *ἄλλην δὲ ἐγγράφει*.] Eadem ferme structurae ratio, quam attigi ad p. 21. v. 13. [recisa ibi, vide in Misc. Obs. Vol. X. pag. 211—214.] aliudque *ἐγγράφειν πινακίδι, ἐν πινακίδι*, et *πινακίδα*; aliud *ἐγγράφειν πινακίδα*, ut hic, et apud *Isocrat*. in fine Trapez. itemque *Lucian*. in Cronosol. princ. ABRESCH.

P. 13. v. 32. *τὰ ἐγγεγραμμένα*.] Excidit forte *τάδε* vel *τοιάδε*, quod p. 37. v. 1. addiderat. Similiter *Ach. Tat*. lib. I. c. 3. pag. 26. *καὶ ἦν τὰ γεγραμμένα τοιάδε*. LOCEL. *Heliod*. II. pag. 77. *καὶ ἦν γεγραμμένα τοιάδε*. Idem ante *Locel*. jam suspicatus est. *Tresling*. l. l. p. 63. PEERLK.

P. 13. v. 33. *ὅ τι βούλει ποίει*.] Similis constantia Leucippes apud *Ach. Tat*. lib. VI. p. 405 et 407. ABRESCH.

P. 13. v. 33. *ἕτοιμος*.] Si cui cognitum sit *ἕτοιμος* persaepe sic positum inveniri subaudito *εἰμὶ*, consulat quae ad h. l. adnotavit *Abresch*. in Misc. Observ. Vol. X. p. 349. et *D'Orvill*. ad *Charit*. pag. 228. LOCEL. Mos est iste Atticorum tam veterum quam recentiorum *Eurip*. Med. 612. *Demosth*. I. Phil. p. 16. *Lucian*. Catapl. Tom. IV. p. 66. *Valcken*. ad *Eurip*. Phoen. pag. 355. PEERLK.

P. 14. v. 1. *Φόβον*.] Ante hanc vocem excidisse *καὶ* cum Locel. credo. Et ita *Higtius*. PEERLK.

P. 14. v. 4. *τέχνην συνετάττετο*.] Vulgaris et obsoleta haec *τέχνη*, qua se spre-

spretus amor inde a Potipharis, Proeti, et Thesei uxoribus, saepe ultus esse fertur, occurrit etiam apud *Heliodor.* lib. I. c. 10. pag. 39. LOCEL. Ἀι χρησταὶ καὶ φιλόνεοι γυναῖκες, ait *Heliod.* VII. p. 351. ἀμείλικτοι γίνονται καὶ βαρυμήνιδες, ἀποτυγχάνουσαι, καὶ τοὺς ὑπερόπτας ὡς ὑβριστὰς εἰκότως ἀμύνονται. Et hoc faciunt nescio *indiciine metu magis offensave repulsae*, ut *Ovid.* XV. Met. 503. Exempla talium feminarum dederunt *Muret.* V. L. I. 12. et *Canter.* Nov. Lect. VI. 2. PEERLK.

P. 14. v. 4. σπαράξασα τὰς κόμας.] Iisdem verbis quum esset usus *Charit.* lib. III. c. 10. p. 32. *D'Orvill.* in Animadv. p. 412. adscripsit, in hac loquutione se non habuisse obvium σπαράξασθαι in medio; neque ego facile repertum iri existimo. Aliud est in περιῤῥήσσω et aliis cognatis verbis, de quibus vide adnot. ad p. 70. v. 4. LOCEL.

P. 14. v. 7. ἀφανίσαι.] Proprie ἀφανίζειν est *a conspectu removere, occultare, obscurare, delere*, inde etiam *auferre, de medio tollere.* Hoc loco ἀφανίζειν, translato sensu, valet *violare, vitiare.* Non absimili modo ἀφάνισις ὁρκίων apud *Aelian.* V. H. lib. XIII. c. 14. est *jurisiurandi violatio.* Convertere ad verbum potuissem *virginitatem meam delere:* melius saltem quam *Appulejus* Met. lib. V. p. 86. qui, more suo, putide dixit, *virginitatem interficere.* Non male *Kust. Bergler.* et *Brunck.* in *Aristoph.* Nub. 968. ὡς τὰς Μούσας ἀφανίζων, reddiderunt *tamquam qui Musas aboleret*, tametsi *H. Steph.* in Thes. admonuit, esse qui exponant, *labefactare, vitiare, pervertere.* Pro *destruere, deformare*, est apud Nostrum p. 10. v. 6. et p. 39. v. 8—9. ubi magis ad verbum converti, *obscurare.* Apud *Demosth.* in Mid. p. 562. ὅλως ἀφανίζειν ἱερὰ (secundum antiquiorem et veriorem lectionem) est *fana, delubra, templa funditus delere, evertere, destruere.* Ἀφανίζειν interpretantur etiam, *inquino, polluo, contamino*, de qua significatione testimonium quidem aliud non reperio praeter verba haec *Etymol.* M. Ἀφανίσαι δὲ παλαιοὶ οὐχὶ τὸ μολῦναι, ὡς νῦν, ἀλλὰ τὸ τελέως ἀφανῆ ποιεῖν. LOCEL. Usus iste recentioribus, praecipue Grammaticis satis frequens, imo et adjectivum ἀφανής. *Hesych.* Ἀειδές, ἀφανές, ἄμορφον, αἰσχρόν. conf. *Valcken.* ad *Eurip.* Phoen. p. 132. Idem *Hesych.* μὴ κοίνου explicat per μὴ ἀφάνιζε, μὴ μίαινε. Jam vero κοινοῦν idem esse ac μολῦναι nemo ignorat. Iidem Grammatici ἀϊστοῦν etiam per ἀφανίζειν interpretantur. Lennep. ad Phalar. epist. pag. 59. PEERLK.

P. 14. v. 9. δίδως ἔκδοτον.] Proprie ἔκδοτον διδόναι valet *in potestatem tradere, dedere*, c. c. apud *Demosth.* in Aristocr. p. 692. quare etiam *collocare*,

care, *nuptum dare*, significat, quod frequentius dicitur ἐκδιδόναι. Ad utramque significationem videtur Manto respicere, ac potissimum ad priorem. LOCEL.

P. 14. v. 9. τοῖς ἱκέταις.] Pluralis numerus pro singulari cum emphasi solet adhiberi, velut p. 28. v. 8. Interdum etiam, sicuti h. l. et p. 37. v. 8. p. 96. v. 15. non sine indignatione, et cum aliquo contemptu. Consule, si usus est, *Hoogev.* ad Viger. de Idiot. p. 40. et *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 380. 390. et 484. Valde hoc tragicis poëtis frequentatur. In sola *Eurip.* Med. occurrit vs. 453. 456. 458 459 607. 622. 778. 823. 934. 936. cet. Admonuerunt quoque in suis adnotationibus *Valcken.* ad *Eurip.* Phoen. 978. *Brunck.* ad *Eurip.* Bacch. 543. ad *Sophocl.* Oed. Tyr. 366. et ad Antig. 565. 926. ad *Aeschyl.* Prometh. 149. LOCEL. Adde *Ovid.* Heroid. epist. V. v. 77. *Nunc tibi conveniunt quae te per aperta sequantur — Aequora legitimos destituantque viros. Senec.* Med. II. 218. et *Salmas* ad. *Ach. Tat.* p. 720. PEERLK.

P. 14. v. 10. φθάσασα.] Verbum φθάνω cum alio verbo in participio, quod loco infinitivi ponitur, construi dum docent *Vigerus* de Idiot. et ad eum *Hoogev.* et *Zeun.* nullum exemplum adferunt, ubi contra ea φθάνω in participio reperiatur, iunctum cum alio verbo finito, eademque potestate qua hoc loco. Adnotaveram ego mihi dudum locum *Luciani* Dial. Mort. XXVII. Vol. I pag. 442. ὁ μὲν γὰρ Βλεψίας αὐτὸς ἑαυτοῦ κατηγόρει φθάσας πολλὴν τὴν ἄνοιαν. Vidi postea plura alia posse addi ex indicibus in *Xenoph.* Cyrop. in *Arrian.* de Exp. Alex. in *Diod. Sic.* et in *Dion. Cass.* LOCEL.

P. 14. v. 11. ἠρεύνησε τὸ πραχθὲν οὐκέτι.] Recitat *Abresch*, locum de Potiphare apud *Joseph* A. J. lib. II. c. 4. s. 5. Pariter ut Apsyrtus, sic Cnemonis pater apud *Heliod.* lib I. c. 11. p. 39. LOCEL.

P. 14. v. 12. Ἴτεν.] Legitur quidem in Cod. Flor. ἰτὼν, sed manifestus est librarii error, recte in edd. correctus. Quo magis miror, *D'Orvill.* ad *Charit.* bis de hac Codicis lectione admonuisse, atque etiam sic voluisse in Londin. edit. emendari. Vide eius animadv. p 427 et 593. LOCEL.

P. 14. v. 13. εἰς δεσπότας — ὑβρίσαι.] De contumelia sibi soli illata, ni fallor, loquitur: ad filiam spectat quod sequitur. Tamen non semper observari discrimen inter ὑβρίζειν τινὰ et εἰς τινὰ, post *Steph.* in Thes. recte docuerunt *Markl.* ad *Lysiam* de caede *Eratosth* p. 17. et *Reitz.* ad *Lucian.* Soloec Vol. III. p. 580. At quum dicitur ὑβρίζειν εἰς τὸ σῶμά τινος, e. g. apud *Demosth.* in Mid. p. 522 et 555. tum non potest esse dubia φράσις. Non rare de stupro per vim illato usurpatur. Conf. *Lennep.* ad *Phalarid.* Epist. VIII. p. 45. LOCEL.

Docuit

Docuit nempe *Lucian.* Soloec. ὑβρίζειν τινά significare *corpus alicujus violare verberibus* et sim. ἐις τινά quando *injuria fit in rem aut possessionem alicujus*, ut mulierem, puerum. conf. *Cor.* ad *Heliod.* p. 20. Ὑβρίσαι ἐις τινά de *stupro* occurrit apud *Philostr.* Heroic. c. VIII. pag 706. De alia injuria apud *Aristoph.* Plut. 900. Ut ὕβρις et ὑβρίζειν sic Latini *injuria* et *injuriam facere* de *stupro* usurpant. v. *Davis.* ad Max. Tyr. II. §. 5. PEERLK.

P. 14. v. 13. ὄυ τι χαιρήσεις.] De hoc genere loquendi dicetur ad p. 96. v. 7. Vertere per quosdam philologos non licuisset: *at profecto non laetabere*, contenderint enim sic ὄυ τοι debuisse legi pro ὄυ τι: verum, etiamsi iis dederimus fixum fundatumque esse pertenue illud discrimen inter duo ista ab *Hoogev.* in Doctr. Part. Graec. c. XXXVIII. s. 4. p. 667. 668. propositum, quod et *Brunck.* ad *Eurip.* Phoen. 462. agnovisse videtur, tamen, quoties ambo sese offerunt in variis lectionibus, toties fere etiam, nisi metri leges decernant, dubium futurum arbitror, utrum alteri sit praeferendum; quamobrem saepissime fuisse inter se commutata, haud est mirum, accedente praesertim Jotacismi confusione. Poëticum esse ὄυ τι ait *Steph.* in indice Thes. cuius equidem caussam nullam reperio. LOCEL.

P. 14. v. 15. ποιήσομαι παράδειγμα.] Tetigit hunc loquendi modum *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 427. Sed Nostri locum adferens male scribit ποιησάμενος. Occurrit etiam apud alios, et *Demosth.* de falsa leg. p. 373 et 451. LOCEL. Adde *Lennep.* ad *Phal.* epist. p. 313. PEERLK.

P. 14. v. 15. ὀυδὲ λόγος.] Excidisse aliud ὀυδὲ, quod istud praecesserat, et simul verba quaedam cum eo conjuncta, mihi suspicio est: tametsi ὀυδὲ h. l. ut alibi saepe, verti non incommode potest *ne quidem.* Facile fuit librarii oculum in talibus aberrasse. Ad περιῤῥῆξαι vide adn. ad p. 70. v. 4. LOCEL. Vestes eorum, qui virgis caederentur, vi detrahebantur, et vero etiam lacerabantur. Facit h. l. ad illustrandum *Act.* Ap. XVI. 22. οἱ στρατηγοὶ περιῤῥήξαντες ἀυτῶν τὰ ἱμάτια, ἐκέλευον ῥαβδίζειν, ubi v. *Albert.* Obs. Phil. p. 252. PEERLK.

P. 14. v. 17. πᾶν, καί.] Quamquam concinnius videatur, τό τε ἆιμα κατέῤῥει, καὶ πᾶν τὸ κάλλ. ἐμαρ. melius tamen erit, ut ordo vulgatus servetur: sic enim omnem puta defluxisse sanguinem, ut tamen aliquid ad sustentandam vitam fuerit residui. HEMSTERH. Concinniorem lectionem in versione sequutus sum, adjiciens etiam adverbium *undique*, ut vulgatam simul lectionem exprimerem. Conf. adnot. ad p. 49. v. 9. LOCEL.

P. 14. v. 20. ἕξεται.] Ea est natura verbi medii ἔχεσθαι ut diversissimam ab

activo habeat significationem pariter atque constructionem, adeoque in eorum numerum haud videtur referri posse quorum activa et media usus sunt promiscui. [Vide adnot. ed p. 30. v. 6. et p. 70. v. 4.] Accedit quod obvia sunt ἔχειν et ἕξειν γυναῖκα, non ἔχεσθαι et ἕξεσθαι. Vide *Noster* p. 42. v. 13. *Appollod.* lib. I. c. 9. s. 23. *Parthen.* Erotic. c. 21. 22 et 27. *Lucian.* in Tox. pag. 91. *Eustath.* ad Iliad. 4. p. 95. extr. Contra ἄγεσθαι γυναῖκα non ἄγειν, usus sibi vindicavit. Vide *Thom. Mag.* Rarissime ἄγειν ut in *Aeschyl.* Promet 561. Facile itaque in suspicionem incidas substituendum apud *Nostrum* h. l. ἄξεται, et p. 43. v. 16. ἄξομαι. Verum salva res est; nec dubium ἔχεσθαι olim fuisse usitatum eodem sensu quo ἔχειν. *Aeschyl.* Agam. 1668. et eadem in phrasi qua *Xenophon* Noster *Joseph.* A. J. lib. V. c. 9. s. 3. ABRESCH.

P. 14. v. 23. οἰκήματι.] De *carcere* non de *cella*, prout *Cocchius* vertit, intelligendum esse hunc locum manifestum est e mox sequentibus v. 3. ἐν εἱρκτῇ, v. 8. ἐπὶ τοῦ δεσμωτηρίου, et v. 15. εἰς τὸ δεσμωτήριον. Athenienses, κατ' εὐφημισμὸν, *carcerem* et *lupanar* vocasse οἴκημα satis notum est. LOCEL. Quia hic addidit *Noster* σκοτεινῷ, facile intelligitur hanc cellam carceris loco fuisse. *Heliod.* VII. p. 385. ἐν δεσμοῖς εἶχε σιδηροῖς — εἰς οἴκημα ζοφῶδες καταχλεισάμενος. *Apollod.* I. p. 44. Et sic fere *Ovid.* Her. epist. XIV. 3. accipere licet. *Clausa domo teneor, gravibusque coërcita vinclis.* conf. *Valcken.* ad *Ammon.* p. 176. et *Wass.* ad *Thucyd.* lib. II. p. 9. PEERLK.

P. 14. v. 26. ἐζήτει — θανάτου τρόπους.] *Charit.* lib. VII. p. 114. σκεψώμεθα θανάτου τρόπον. PEERLK.

P. 14. v. 27. ἐποίει τοὺς γάμους.] *Celebrabat nuptias*, *Arrian.* Exp. Alex. VII. 4. *Matth.* XXII. 2. ubi conf. interpr. PEERLK.

P. 14. v. 28. ἑώρταζον.] Ita ex Cod. Flor. edidit *Locel.* pro ἑορτάζοντο, quod legebatur in Lond. edit. pro quo *Tresling.* correxerat ἑωρτάζον τε. PEERLK.

P. 14. v. 28. 'Ανθίᾳ.] Pro 'Ανθία, quod habent edd. sic scribi jussit *Abresch.* cui obtemperavimus. Πένθος γὰρ ἡμῖν ἐστὶ dixit *Eurip.* Alc. 821. Eleganter quidem et rhetorice dictum foret 'Ανθία in nominandi casu, sed *Nostrum*, qui plano scribendi genere utitur, sic reliquisse non est probabile. *Salvinius* et *Cocchius* verterunt tamquam si πάντη legissent, pro quo potius ἄλῃ scripturus fuisse videtur *Xenophon.* Perspicuum est πάντα, quod etiam sic legitur in Cod. Flor., h. l. dici pro κατὰ πάντα. Delirat *J. Casperius* pro πένθος legi jubens μεμπτὸς, aut πενθῶν, vel ἐν πένθει. Vide *Ejus* Auctar. ad Specim. Dissert de *Xenoph.*

Xenoph. Ephes. LOCEL. Dissentit a *Locella Mitscherl* qui affectatius hoc loquendi genus Xenophonti non audet eripere. Ego etiam nominativum longe praefero. Πάντα, πᾶν, τὰ πάντα et τὸ πᾶν ita junguntur tam substantivis quam adjectivis. Paris apud *Lucian.* in Jud. Dear. T. II. p. 27. dicitur τὸ πᾶν βουκόλος. *Cupido* ap. *Meleagr.* in Epigr. πάντα τέρας. *Herodot.* I. 32. πᾶν ἐστι ἄνθρωπος συμφορή; ita restituit *Gronov.* pro quo alii legunt πᾶς. v. *Horrei* Observ. ad *Herod.* c. IV. p. 41. *Liban.* Ep. 18. πάντα ἐγὼ φαῦλος *Soph.* Ai. Mast. 911. ἐγὼ δ' ὁ πάντα κωφὸς. *Ach. Tat.* III. 171. τὸ πᾶν γυμνὸς. Adde quae notavit *Battier.* in Musaeo Theolog. Hasaei Vol. II. p. 184. Quod ad Ἀνθία πάντα πένθος ἦν elegans est haec loquendi ratio et varie usurpatur; nam et pro ea dicitur Ἀνθία πᾶσα πένθος ἦν. Libet utriusqus rationis exempla aliquot adferre. *Theocr.* *Adoniaz.* 148. Χ'ὠνὴρ ὄξος ἅπαν. ubi v. *Valcken.* Contra *Aelian.* V. H. VII. 6. πᾶς γὰρ μέτωπον εἰμί. *Lucian.* Dea Syr. T. III. pag. 759. ἡ δὲ ἐν τῇ ἱρῇ πόλει πᾶσα γυνή ἐστι. Et sic ὅλος. *Ach. Tat.* I. p. 47. vocat hominem valde vulneratum ὅλον τραῦμα; quod *Ovid.* VI. Metem. 389. *nec quidquam nisi vulnus erat.* *Theopompi* versum ex Althaea servavit *Pollux* Onom. T. II. 1371. τὴν δικίαν ἐυρον — ὅλην κίστην γεγονυῖαν. *Aristaen.* I. Epist. 1. ὅλη πρόσωπον φαίνεται. *Alciphroni* acute restituit *Pierson* Veris. p. 96. φαίνεται δὲ ὅλος πρόσωπον. Tamen hoc illi videbatur nimis argutum et sophisticum. Sit sane. At ab *Alciphrone* adeo non alienum, ut similia non semel captet. Latinis etiam poëtis talia usitata sunt. Sic Catull. carm. XIII. *totum ut te faciant, Fabulle, nasum.* *Plaut.* Asinar. *qui ossa atque pellis totus est.* Jam vero sive locum vertas cum *Cocchio*, *Anthia doloris plena*, sive cum *Locella*, *undique luctu premebatur*, parum interest. — Vulgatum etiam defendit *Palair.* „*Anonym.* inquit, in *Anthol.* Graec. lib. I. „c. 13. ep. 14. πάντα γέλως. Actor. 29. 5. τὸν ἄνδρα τοῦτον λοιμὸν. *Hesiod.* Op. „191. κακῶν ῥεκτῆρα καὶ ὕβριν ἀνέρα τιμήσουσι. Ubi appositissime *Proclus* et „*Moschop.* exponunt per ὑβριστήν." Servavi itaque Ἀνθία πάντα πένθος ἦν. Neque offendisse hoc videtur Arnaldum, qui quum conjecisset πᾶσα, deinde illud delevit. PEERLK.

P. 14. v 29. οἱ ἐπὶ τοῦ δεσμωτηρίου.] *Abresch.* comparat *Ach. Tat.* lib. VI. p. 391. ὁ ἐπὶ τῶν δεσμῶν. Alio casu construit *Xenoph.* Cyrop. II. iv. 25. τῶν ἐπὶ ταῖς ἄρκυσι. PEERLK.

P. 14. v. 31. μετὰ δώρων.] Ingeniosa est *Palaireti* conjectura, legentis μετὰ δακρύων, quod signum erat paterni amoris, ut posterius liberalitatis. Hanc emendationem, addit, firmare potest locus plane similis apud *Charit.* lib. IV. p. 76.

 ubi

ubi Cares dicuntur Mithridatem οὐδὲ μετὰ δακρύων προπέμψαι ἀλλὰ μετὰ θυσιῶν καὶ πομπῆς. Vulgatum tamen moveri non opus est. PEERLK.

P. 14. v. 31. Βαβυλωνίους.] Haec est lectio Cod. Flor. pro Βαβυλωνίας in edd. quamvis pag. 14. v. 2. codex quoque femininam terminationem tueatur. Apud *Arrian.* de Exp. Alex. lib. VI. c. 24. s. 8. habes itidem vestes τῆς Βαβυλωνίου ἐργασίας, et apud *Polluc.* VI. 104. νάρδον Βαβυλωνιακόν: tamen ibi alii Codices Βαβυλωνιακὴν exhibent, in *Suida* vero est Βαβυλωνία κάμινος, et in *Strab.* lib. VI. pag. 1061. C. de mulieribus loquente, πάσαις δὲ ταῖς Βαβυλωνίαις. LOCEL. Βαβυλωνίους etiam indicaverat *D'Orvill.* ad *Charit.* pag. 352. Plerumque autem Noster, ex more antiqui temporis inter insignia munera et fortunae bona nominat vestimenta v. *Locel.* ad lib. IV. c. 3. et *Tresling.* ad h. l. p. 66. PEERLK.

P. 15. v. 1. εἰς χεῖρας — ἄγομαι.] Quae sit, hoc quidem in loco verbi repetiti virtus aut elegantia, nullus perspicio, neque adeo dubito, quin error librarii, oculum ad superiora deflectentis, illud ἄγομαι inde sumtum supposuerit pro genuino verbo, quod quale fuerit conjectura difficile est assequi: nam ἔρχομαι vel δίδομαι pro ἐκδίδομαι, (quamquam meliora et exemplis non destituta) necdum satisfaciunt. HEMSTERH. *Koenius* ad *Greg. Cor.* de Dial. p. 54. aeque ingeniose ac probabiliter locum sic emendat: δέσποτα, εἶπεν, ἐγὼ μὲν εἰς Συρίαν, δῶρον δοθεῖσα τῇ M. καὶ εἰς χεῖρας τ. ζηλοτ. ἄγομαι, additque correctionem suam stabiliri mox oppositis vocabulis σὺ δέ. Certe duplex istud ἄγομαι tueri se nequit, nisi insuavi quadam ἐνεργείᾳ, quam in hac repetitione quaesiverit auctor. Conf. adnot. p. 180. ad p. 30. v. 6. LOCEL. Priore ἄγομαι deleto, proque eo εὔχομαι posito, nihil est quod me quidem moretur. Forte tamen in vulgato acquiescendum, ut in posteriore ἄγομαι ea sit emphasis — *et ducor quidem.* Cujusmodi repetitiones in multis scriptoribus reperiuntur. Sic *Liv.* in praefat — *Tam et hoc gentes humanae patiantur, quam imperium patiuntur.* v. *Burm.* ad *Vell. Paterc.* L. III. 2. Caeterum εὔχομαι etiam praeferebat *Jo. Ruardi*, quod mecum communicavit *Treslingius.* PEERLK.

P. 15. v. 2. σῶμα κοσμήσει.] *Cocchius* transtulit, *qui corpus curet.* Convertendum erat potius, *qui corpus tuum rite condat sive componat.* Vidit hoc praeëunte *Salvinii* interpretatione, *Casperius* d. l. sed falso ait *Cocchium* vertisse *qui corpus ornet.* Apud *Hesychium* κοσμητὴς explicatur ἐνταφιαστής. Dolet nimirum Anthia, Habrocomen, sine pollinctoris cura, aut libitinarii ministerio sepultum iri more servorum, si in carcere mortem obiret. Fortasse etiam ornatus

tus aliquis intelligendus est h. l. in verbo *κοσμεῖν*, adhibitis licet floribus, aliove mundo, ut ita dicam, funebri. Novimus saltem veteres Graecos et Romanos consuevisse cippos floribus ornare sertisque coronare, quod *τάφους κοσμεῖν* dixit *Xenophon* Mem. Socr. lib. II. c. 2. s. 13. Conf. ea de re *L. Girald*, de Ritu sepel. in eius Oper. pag. 741. LOCEL. Imo optime vertit *Cocchius*, *qui corpus curet. Curare* enim ut Graecum *κοσμεῖν* proprium est rei funebri. *Non. Marcell. Pollinctores sunt qui mortuos curant. Ennius* apud *Lactant.* de Fals. Rel. I. c. 11. *cumque* (Jovem mortuum) *Curetes filii sui curaverunt, decoraveruntque eum, et sepulcrum eius est in Creta.* Solebant autem veteres non solum *κοσμεῖν τάφους* et *στήλας*, cujus rei multa exempla dedit *Wetsten.* ad. N. T. Tam. I. p. 489. sed etiam cadavera coronis. Timon apud *Lucian.* volebat *αὐτῷ στέφανον ἐπενεγκεῖν*, si mors sibi instaret. Monet ibi nonnulla *Hemsterh.* ed. min. p. 113. et *Gaulmin.* ad *Eustath.* p. 42. — Alia etiam addebantur ornamenta a divitibus, ut *Noster* lib. III. *ἐκόσμει δὲ αὐτὴν, πολλὴν ἐσθῆτα ἐνδύων, πολὺν δὲ περιθεὶς χρυσὸν*, et *αὐτὴν πολυτελῶς ἐκόσμησε.* Hic quum simpliciter Noster scripserit *σῶμα κοσμήσει*, de magno ornatu cogitandum non censeo. Et ita utuntur alii. *Arrian.* de Exp. Alex. V. 20. *οἱ ἀποθανόντες ἐν τῇ μάχῃ κεκόσμηντο τῷ πρέποντι κόσμῳ* — bene redditum *debitum honorem persolvissent. Sophocl.* Antigone 396. dicitur *τάφον κοσμοῦσα* fratris sui — quod v. 402. explicatur his. *αὕτη τὸν ἄνδρ' ἔθαπτε.* — *fratrem Thebana peremtum — Supposuit tumulo, rege vetante soror. Anton. Liber.* cap. 1. *τὸ μὲν σῶμα κοσμήσαντες ἔφερον.* ut ibi legendum pro *κομίσαντες.* v Bast. Lettr. Crit. p. 70. *Eurip.* Troad. 1147 et Observ. Misc. Vol. X. p. 398. *Palairetus* haec adscripserat: „ Verbum *κοσμεῖν* in re funebri solemne est. *Plutarch.* in Fab. Max. T. 1. p. 175. „ *τὸ δὲ Φλαμινίου σῶμα Φιλοτιμούμενος θάψαι καὶ κοσμῆσαι. Idem* ibid. in Marcel. „ p. 316. *τὸ δὲ σῶμα κοσμήσας πρέποντι κόσμῳ — ἔκαυσε.*" PEERLK.

P. 15. v. 3. *ὀμνύω σοι τὸν ἀμφοτέρων δαίμονα.*] Vertunt *utriusque nostri genium*, malim *per miserias nostras*, per quas et per pericula miseri et infelices solebant jurare, ut felices per sortem felicem. *Ovid.* X. Her. 73. — *per ego ipsa pericula juro — Te fore dum nostrum vivet uterque, meam.* Metam. VII. 37. — *Eventusque suos et tanta pericula jurat. Ach. Tat* V. p. 329. *μὰ τὸν Ἡρακλέα καὶ τὴν παροῦσαν τύχην.* Sententiam formulae per pericula jurantis explicavit *Gron.* ad *Senec.* Med I. 1. 7. per calamitates, *Schol.* ad *Apollon. Rhod.* II 259. *οὗτος* (sc. *ὅρκος κατὰ τῶν συμφορῶν*) *δὲ τὴν συμφορὰν ὁ ὅρκος προστίθησι, δι' ἧς αὐτός τε ὁ ὅρκος περιπαθέστατος γίνεται, καὶ ὁ ἀκροατὴς εἰς οἶκτον ἐφέλκεται. Δαίμων* pro *dura*

dura fatorum miseria occurrit apud *Nostrum* lib. I. c. 16. *στέργειν τὸν κατέχοντα δαίμονα.* *Parthen.* Erot. c. 9. *κατά τινα δαίμονα.* quod mire reddidit interpres *circa numen aliquod.* *Eurip.* Med. 1347. *ἐμοὶ δὲ τὸν ἐμὸν δαίμον' αἰάζειν παρά.* v. *Valcken.* ad Hippol. p. 251. et *Wolf.* ad *Liban.* ep. 205. Idem saepe omnino significat *δαίμων* et *τύχη*, quod etiam patet ex dicto Philippi apud *Plutarch.* consol. Apollon. p. 325. Adde *Salmas.* ad *Ach. Tat.* pag. 694. et *Bourdel.* ad *Heliod.* p. 9. PEERLK.

P. 15. v. 3. *μενῶ σή*] *Manebo tua*, non *σέ* quod editur [habetque etiam Cod. Flor.] et Interpretem [*Cocchium*, nec non *Salvinium*] decepit. HEMSTERH. Consimili plane modo Anthiae p. 61. v. 4. ait, *μεινάτα νύμφη σή.* LOCEL. Ita centies *σὴ ἐμὴ* sc. *γυνὴ* vel *ἑταίρα*, ut Latine, *mea*, *tua*. *Senec* Herc. Fur. 420. — *non vincet fidem. Vis ulla nostrum, moriar, Alcide, tua.* v *Heins.* ad *Ovid* Rem. Am. 492. Ad hanc rationem *Propertium* emendavit *Hemsterh.* I. v. *Quid tibi vis, insane? meae sentire furores.* Quem vide in Add. ad lib. I. p. 925. PEERLK.

P. 15. v. 3. *καὶ ζῶσα κἂν ἀποθανεῖν δεήσῃ.*] Nullus video qui cohaereant haec. Crediderim legendum *καὶ σωφρονοῦσα.* *Ovid.* Her. V. 133. *At manet Oenone fallenti casta marito.* Nostram emendationem firmant verba ipsius Anthiae lib. IV. c. 4. ubi Isin alloquens inter alia dicit; *εἰ πάντως εἵμαρται χωρὶς ἀλλήλων ἀποθανεῖν, ἐργάσαι ταῦτα, μεῖναί με σωφρονοῦσαν τῷ* [*Ἀβροκόμῃ*] *νεκρῷ.* PALAIR. *Καὶ — κἂν* pro *sive — sive etiam*, quemadmodum duplex *καὶ* pag. 44. v. 8. pro *sive — sive.* Conf. indic. *Zeunii* ad *Xenoph.* Cyrop. LOCEL.

P. 15. v. 4. *προεκυλίετο.*] In Lond. ed. legitur *προκυλίετο*; in Lucian. et Vindob. prout per incuriam excudi sivimus; nam in animo habebamus *προυκυλίετο* edere, quia p. 62. v. 11. sic legi sciebamus in Cod. Flor. ibique etiam h. l. ita esse scriptum edocti fueramus a Cl. *Weigel*; nam *Cocchius* in margine sui exempli ad manifeste vitiosam lectionem *προεκυλίετο* nihil adnotaverat. LOCEL.

P. 15. v. 5. *ὡς εἶχεν.*] Hoc loco valet *confestim*, *statim*, *sine mora*, prout saepius apud seniorem *Xenophontem* et *Arrian.* de Exp. Alex. *Salvinius* minus ad verbum reddidit *come si trovava;* at *Cocchius* multo pejus, *quo erat dolore percitus.* Occurrit rursum p. 55. v. 12—13. p. 114. v. 13. Graecae formulae imitatio est Latina illa, *sicut erat*, in qua tamen communis verborum obtinet significatio: nam pro *statim* adhibitam non reperi. LOCEL. Aliquis facit hoc vel illud *ὡς εἶχε sicut erat*, hoc est nihil de habitu vestituque prius mutato. Hinc *ὡς ἔχει* ut et Latinum *sicut est* saepe significare potest *statim confestim*.

Si

Si autem εὐθὺς praecedat, significationem celeritatis tantum auget. *Herodot.* lib I. narrat Arionem ῥίψαι ἑωυτὸν ἐπὶ τὴν θάλατταν, ὡς εἶχε σὺν σκευῇ πάσῃ; quod ita vertit *A. Gellius* N. A. XVI. 19. *cum fidibus ornatuque omni, sicut stabat canebatque.* Locus *Anton. Liberal.* c. 24. sic est distinguendus. Δημήτηρ δὲ κατ' ὀργὴν, ὡς εἶχε, τὸ ποτὸν αὐτῷ τὸ καταλειπόμενον προσέχεεν — *Ceres prae ira, sicut erat* h. e. *sicut stabat bibebatque.* Male interpres ὡς εἶχε omisit, ut saepe alibi factum est. Monitum etiam vidi a *Bast* Lett. Crit. p. 118. *Zosim.* Hist. Nov. I. p 55. III. 172. ubi nec formula intellecta est. *Idem* lib. II. pag. 96. scribsit τοῦ δὲ ἡλίου πρὸς δύσιν ὄντος, ὁ μὲν Κωνσταντῖνος ὡς ἐλάμβανε τὰ στρατόπεδα. Non male quidem *Sylburg.* haec supplet ὡς εἶχεν, malim tamen ῥᾳδίως. *Aelian.* V. H. XIII. 2. ἀπολιπὼν τὴν τελετὴν, ὡς εἶχε, σὺν ὀργῇ καὶ θυμῷ ἐπεπήδησε, ubi interpres vertens, *quam potuit furentissimo impetu*, male confundit cum altera formula ὡς εἶχεν ὀργῆς καὶ θυμοῦ, ut etiam in *Xenophonte* nostro fecit *Cocchius*, quasi legeretur ὡς εἶχε λύπης, ut alia similia ὡς εἶχε τάχους, σπουδῆς, ὀργῆς. *Ovid. utque erat impatiens irae.* — Latinum *sicut est* explicat *Freinsh.* indic. *Curtii* voc. *ut.* et *Tennul.* ad *Front.* Strateg. IV. 1. 28. *Sic ut* divisim scribi jubet *Heuman.* Poecil. T. I. p. 391. *Sic* solum reperitur apud *Virg.* I. Aen. 594. Graeca expressit *Appul.* IV. Met. p. 274. *ut ipse habebat* ad q. l. optime *Gronov.* ὡς αὐτὸς εἶχεν. — Infeliciter autem h. l. tentavit *Palairet.* legens ὁ δὲ οὐκ εἶχεν ἑαυτόν. quod jam monuerat vir doctus in Annal. Belg. PEERLK.

P. 15. v. 5. ῥίψας.] Sic habet Cod. Flor. Male in edd. ῥήξας. Saepe humi sese narrantur abjecisse, vel humi prostrati jacuisse, aut saltem humi sedisse, qui ob tristem aliquem casum aegritudine premebantur. Sic e. c. Hecuba apud *Eurip.* 495. et apud *Eumd.* Ceres in Helen. 1341. Panthea apud *Xenoph.* Cyrop. lib. V. c. 1. c. 3. Phadilla apud *Herodian.* lib. I. c. 13. s. 1. Herodes apud *Philostr.* de Vit. Sophist. lib. II. c. 1. s. 10. p. 558. Chaereas apud *Charit.* lib. III. c. 6. p. 73. et lib. V. c. 2. p. 108. Callirhoë ibid. p. 82. et pag. 166. Daphnis apud *Long.* Past. lib. II. c. 15. p. 208. Lamon et Myrtale ibid. c. 16. p. 214. Dinias apud *Lucian.* Tox. Vol. II. p. 523. Habrocomes apud Nostrum p. 8. v. 4. Lycomedes et Themisto p. 18. v. 6. Anthia et Habrocomes pag. 30. v. 3. LOCEL. *Joseph.* A J. VIII. 8. ῥίψας αὐτὸν ἐπὶ τὴν γῆν. Id. VIII. 4. s. 4. Monuerat iam *D'Orvill.* ad *Charit.* — Male autem mutavit h. l. *Palairet.* legens ἀράξας — scilicet intellecto per ellipsin κεφαλήν. Dederat hanc eius conjecturam *vir doctus* in *Annal.* l. l. iis autem, quae *Palair.* in notis MSS. adfert ad eam confirmandam, parum efficitur. PEERLK.

P. 15. v. 6. *ἔστενεν, ἔκλαιεν.*] Nisi a *Xenophonte* nostro amari nossem concisum genus scribendi, particulam καὶ inter duo haec verba, librarii negligentia, prout alibi non raro, omissam fuisse contenderem. Vide indic. LOCEL.

P. 15. v. 7. *ἡ δοκοῦσα — εὐδαιμονία.*] Interpres vertit, *ubi illa, quae quondam videbatur, felicitas?* Verte potius, *ubi illa conspicua quondam felicitas?* Solet ita participium δοκῶν usurpari. *Plutarch.* T. II. p. 102. *πρὸς τὰς δοκούσας εὐτυχίας τον αὐτὸν εἶναι. Hesych.* Δοκοῦντες, οἱ ἔνδοξοι. PALAIR. Verti, *felicitas* [εὐδαιμονία]. Potuissem etiam, *opulentia.* Vide *Markl.* ad *Lys.* pag. 611. Infra p. 104. v. 2. hac potestate *Noster* usurpavit. LOCEL. *Homer.* Il. Α. 68. *μάκαρες* jam utitur pro *πλουσίου.* Et passim apud Latinos poëtas *beatus*, *felix* etsim. pro *divite* occurrunt. PEERLK.

P. 15. v. 10. *ὕπνος καταλαμβάνει.*] Ex mente *Heliodori* V. Aeth. pag. 203. *καὶ ἡ τῶν συμφορῶν ὑπόμνησις παραλύουσα τὴν διάνοιαν εἰς ὕπνον καταφέρει. Plutarch.* de Fort. Rom. p. 26. *εἰς ὕπνον ἐκ δυσθυμίας καὶ λύπης ἀποκλιθῆναι.* Plura *Alberti* ad *Lucam.* XXII. 45. PEERLK.

P. 15. v. 10. *ὄναρ ἐφίσταται.*] Non modo species in somno oblatae dicuntur ὄναρ (i. e. κατ' ὄναρ) ἐφιστάναι, sed et ipsum ὄναρ, veluti hoc loco et p. 102. v. 12. sic e. c. apud *Homerum* Il. X. 496. Diomedes, Rhesum dormientem interficiens, dicitur *malum somnium ei adstans* et *Lucian.* in Gallo Vol. II. pag. 714. *Homeri* loco Il. II. 56. utens, scribit ὄνειρος ἐπιστὰς, quasi ibi sic legeretur: tamen alibi (somn. Vol. I. p. 8.) eumdem locum recte laudavit. *Herodot.* lib. VII. c. 17. habet τὸ ὄναρ — ὑπερστὰν, ipsaque illa species viri proceri, quae antea Xerxi in somno adparuerat, (de qua c. 12.) nunc ab *Herodoto* simpliciter ὄναρ vocatur, atque hoc *somnium* ad Artabanum dormientem *accessisse*, eum *adloquutum*, eique minitatum fuisse narratur. LOCEL.

P. 15. v. 11. Λυκομήδη.] Hoc modo quum legatur in Cod. Flor. et Lond. edit. nihil erat cur Lucens. editor Λυκομήδην corrigeret: at bonus Vindobonensis sic nimirum edere debuit, ut pote quem credibile est Londinensem editionem, ut cum Plauto dicam, *neque oculis neque manibus unquam usurpasse suis.* LOCEL. Correxit forte editor Lucensis; quia Λυκομήδην legebatur lib. I. c. 5. Videntur olim ista propria in ης fuisse primae et tertiae declinationis. Τισσαφέρνης inflectebatur ου et ους. v. *A. Gronov.* ad *Justin.* V. 1. 7. Hinc veteres accusativum talium nominum per η vel ην efferebant ἀδιαφόρως. *Xenoph.* Cyrop. I. III. s. 4. Ἀστυάγην, ubi dicit *Zeun.* se hanc formam alteri Ἀστυάγη praetulisse, licet in genitivo dicatur Ἀστυάγους. *Heliod.* lib. VI. p. 241. Θεαγένην. ut edidit *Coraës*,

quia

quia sic ubique apud *Heliod.* legebatur, quamvis eo loco omnes libri haberent Θεαγένη. Atque duplicem hanc formam admittere tantum videntur nomina propria quatuor syllabarum, non trium aut duarum, quae sunt secundae declinationis. Ita docere videtur *Herodianus*, cujus περὶ ἡμαρτημένων λέξεων fragmentum edidit *Herman.* de Emend. Gr. Gram. p. 307. PEERLK.

P. 15. v. 12. τὸν δὲ.] *Abreschius* reponi jusserat αὐτὸν δὲ. Probabilis sane est emendatio: tamen reliquimus lectionem, quam etiam in Cod. Flor. reperiri didiceramus. Τὸν quidem pro τοῦτον Jonice, et Attice quoque usurpari novum non est, et pluribus nuper docuit *Reitz.* de Prosod. Gr. Accent. inclin. pag. 8. sqq. pag. 70. sq. Anne fortasse etiam pro αὐτὸν sibi uti licere existimavit Noster? LOCEL. Forte *Xenophon*, sui quasi oblitus, incidit hic in barbaram loquendi formulam, qua pronomen τοῦ *sui* per apocopen formatum est ab αὐτός. v. *Langii* Philol. Barb. Graec. p. 29. Cujus passim exempla sunt apud scriptores hoc sermone usos. Verius tamen puto eum scripsisse αὐτὸν, itaque edidi. PEERLK.

P. 15. v. 13. διώκοντα ἵππον ἄλλην θήλειαν.] De amante frequens est verbum διώκειν. *Anton. Liber.* c. 40. αὐτὴν ἰδὼν Μίνως καὶ ἐρασθεὶς ἐδίωκεν. *Apollod.* III. 13. 6. διώκειν αὐτὴν ἤρξατο. *Ach. Tat.* I. p. 22. Ἀπόλλων — διώκει τὴν παρθένον. Quid sibi velit apud Nostrum illud ἄλλην, nullus video. Suffecisset dicere διώκοντα ἵππον θήλειαν. Crediderim legendum διώκοντα ἵππον καλὴν θήλειαν, *pulchram teneram.* Hoc sensu ultima vox occurrit apud *Callim.* Hymn. in Apoll. v. 37. ubi Schol. Θηλείαις] ἁπαλαῖς. PALAIR.

P. 15. v. 14. ἀνέθορε.] Poëticum verbum esse vult *M. du Soul* ad *Luciani* Prometh. Vol. I. p. 29. Parcius eo usos fuisse veteres, frequentius recentiores animadvertit *Hemsterh.* ad *Luciani* d. l. Habet quoque *Charit.* lib. II. c. 9 p. 50. lib. V. c. 5. p. 116. et Noster rursum p. 69. v. 10. p. 101. v. 1. p. 103. v. 2. LOCEL. *Ach. Tat.* I. p. 15. *Lucian. Dial. Fab. Long.* Past. I. p. 20. PEERLK.

P. 15. v. 16. κατέκλειστο.] Pro κατεκέκλειστο, quod exstat pag. 85. v. 7. Reperiuntur in augmentis praeteritorum istiusmodi variationes ita multae, ut quae forma scriptoribus ipsis placuerit, quid librariis acceptum referri debeat, discernere sit omnino difficile; praesertim in oratione prosa, ubi nullae metri leges mutandi libidinem coërcent. Ἐκλείσμην autem, perinde atque ἐκτήμην, ἐβλάμμην, ἐγλύμμην, ἐβλαστήκειν, recta, sine accessione alia, fluunt a verborum in principio duplici consona praeditorum praeteritis Atticis et Jonicis ἔκλεισμαι, ἔκτημαι, ἔβλαμ-

ἔβλαμμαι, etc. quibus Aeoles, ratione quidem propria, sed ad ceteros item Graecos derivata, προστίθεμενοι τὸ σύμφωνον: κέκλεισμαι, πεπτερύγωμαι, quod apud *Etymologum* absque dubio reponi debet pro τὸ ἐπτερύγωμαι p. 308. v. 33. De his agentem vide *Eustath* ad Iliad. I. p. 759. quae certissime sunt ex Grammaticorum eruditissimo *Heraclide* promta. . . . Ita semper κατεγλωττισμένος, cui perperam tentato, *Kusterus* succurrit ad *Aristoph.* Equit. v. 351. ubi quod *Scholiastes* observat σύνηθες δὲ τοῦτο λέγουσι, μὴ ἔχον λόγον, καὶ παρὰ ἀρχαίοις καὶ νεωτέροις, huc plane pertinet, talemque, ne quis secus interpretetur, habet mentem: *illud autem κατεγλωττισμένος, ut dicant pro καταγεγλωττισμένος, usu receptum est, quamvis ab analogiae forma recedat, et apud veteres et recentiores.* Neque tamen hic augmenti modus non quandoque uni tantum consonae praeponitur: ἐβεύλευμαι, ἐβουλεύμην; ἐπαττάλευμαι, ἐπατταλεύμην; (unde *Eustathius* ex *Cratino* protulit φῦσκαι προσεπατταλευμέναι) ἔτηγμαι, ἐτήγμην; quod *Pausanias* frequens Jonismi captator, usurpare non fuit veritus lib. IV. p. 283. τῶν Ἀριστοδήμου παίδων πόλις κατέτηκτο. ubi vide adcuratissimum *Sylburgium*. . . . Eiusmodi multa veteres, spretis Grammaticae regulis, non refugerunt, ut delicatis auribus et expeditae pronuntiandi suavitati consulerent. Ceterum solemne plusquamperfectorum augmentum non raro omisit Noster, p. 23. v. 5. καταμεμαθήκεσαν, p. 65. v. 10. περιβεβλήκει, ut ἀποβεβλήκει apud *Lucian.* Jud. Dear. p. 165. B. ἐμπεποιήκει apud *Demosth.* de fals. leg. p. 293. D. et *Herodian.* lib. VI. c 4 s. 4. συμβεβήκει apud *Joseph.* A. J. lib. XX. c. 2. s. 4. . . . Quamvis *Xenophon* noster praeferat in verbo simplici ἐτετέλεστο p. 6. v. 1. in composito tamen ἐκτετέλεστο p. 13. v. 12—13. p. 60. v. 6. p. 69. v. 5. . . . . Jam si quis avidioris stomachi exemplorum hoc apparatu non fuerit exsatiatus, illi secundae mensae delicias instruent *Is. Casaub.* ad *Athen.* lib. II. c. 15. *Jungerm.* ad *Long.* p. 214. *Jac. Perizon.* ad *Aelian.* V. H lib. III. c. 19. *Duck.* ad *Thucyd.* lib. VII. c. 44. HEMSTERH. Item *Barnes.* ad *Eurip.* Hellen. 639. *Abresch.* Diluc. Thucyd. Auctor. p. 349. *Fisch.* Animadv. ad *Welleri* Grammat. p. 185. LOCEL *Joseph.* A. J. II. p. 419. ἐγκεχείριστο. *Matth.* VI. 25. τεθεμελίωτο. v. *Alberti* Observ. Philol. p. 65. et *D'Orvill.* ad *Liban.* epist. 1570. in addend. ed. *Wolf.* *Coraës.* ad *Heliod.* T. II. p. 126. PEERLK.

P. 15. v. 18. ἐμνηστεύκει — τὴν Ῥόδην.] Inusitatior structura. Non paullo notius τῇ Ῥόδῃ. Nolim tamen e vestigio sic restitui, nam sunt eiusmodi verba, quibus exaggeratam quamdam significandi vim, et, ut Grammatici loquuntur, praegnantem addit structurae ratio: veluti πολεμεῖν, cui nihil est crebrius quam dati-

dativum adnecti; at idem quartum casum non adspernatur, potestate paullum variatur, *bello aliquem petere atque infestare. Dinarch.* in Demosth. p. 94. v. 44. (ubi *H. Stephano* dubitanti utrum malit πολεμώσαντες τὴν πόλιν, an πολεμήσαντες τῇ πόλει, gratiam conjecturae facimus) *Dion. Halic.* A. R. lib. V. p. 292. v. 9. πόλιν — πολεμῶν, lib. VI. p. 354. τὸ Φρούριον πολεμεῖν, et lib. XI. p. 668. v. 27. ἡ Σαβίνους πολεμοῦσα στρατιά. Imitatur ut saepe solet, *Joseph.* A. J. XIV. c. 7. s. 2. πολεμήσων Μιθριδάτην, (ibi Μιθριδάτῃ notatum erat in margine Cod. Lugd. Bat.) *Aristaen.* lib. I. epist. 23. ἐμὲ πολεμοῦντες. Similium facile proferri poterat longe major copia. HEMSTER. Adde *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 576. Quod vero ad μνησικακεῖν a Nostro cum quarto casu constructum adtinet, fateor me nihilo minus locum mendosum putare, emendarique oportere τῇ 'Ρόδῃ, vel πρὸς τὴν 'Ρόδην; nam constantissimum κάνονα esse censeo, μνησικακεῖν construi debere vel sine casu, aut simul cum dativo personae et genitivo rei, vel denique cum horum alterutro casu solo, prout p. 43—44 (v. adnot. p. 199.) Non adversantur loci *Luciani* Abdic. Vol. II. p. 163. et *Herodiani* lib. III. c. 7. s. 11. quemadmodum inspicienti perspicuum erit: neque obstat alius apud *Thucyd.* lib. IV. c. 74. ὁρκώσαντες πίστεσι μεγάλαις, μηδὲν μνησικακήσειν, ubi, praeterquam quod est accusativus rei, non personae, tamen censeo aut μηδὲν esse positum pro μὴ, velut οὐδὲν pro οὐ, atque apud Latinos *nihil* pro *non*; aut potius legendum, usitata in hisce formula, ἦ μὴν μὴ μνησικακήσειν, prout in simili loco *Xenoph.* H. Graec. lib. II. c. 4. s. ult. ὀμόσαντες ὅρκους, ἦ μὴν μὴ μνησικακήσειν. Possis etiam reponere μὴ μὲν μνησ. cui respondeat postea βουλεύσειν δέ. LOCEL. *Palair.* censet praepositionem πρὸς esse intelligendam in τὴν 'Ρόδην, additque *Demosthenis* locum. μνησικακήσειν πρὸς τοὺς βουλομένους σώζεσθαι. Placet mihi ratio Hemsterhusiana. Πολεμεῖν cum acusativo personae utitur *Joseph.* A. J. p. 271. v. *Bast.* Lettr. Crit. p. 77. 78. Sic apud *Phrynich.* p. 112. εὐαγγελίζομαί σε et σοι. PEERLK.

P. 15. v. 19. ἐμβιβάσαντάς τινας πλοίῳ.] Nihil quidem in his quod a Graeci sermonis indole abhorreat; nihilominus, quod nusquam Noster in hac loqutione addere solet τινὰ, τινὰς, coepi suspicari, sitne potius legendum τινί. [Pronomen indefinitum non additur.] p. 77. v. 2—3. p. 78. 11—12. p. 83. 24—15. Alia res est in illo pag. 64. v. 8. ABRESCH. Conjecturam istam maxime probabilem, sui favet similis locus p. 40. v. 1. in versione sequutus sum. LOCEL.

P. 15. v. 20. συνουσιάζειν.] Modo probae sit notae, exponendum erit in contuber-

tubernium dare; tractum scilicet ἀπὸ τῆς συνουσίας, veluti supra pag. 31. v. 10. Leucon et Rhode συνῆσαν ἀλλήλοις, ac mox Anthia rus ducitur συνεσομένη τῷ αἰπόλῳ. Equidem propterea quod mihi, quantum recordor, nusquam obvenerit, rejicere non ausim: neque tamen diffiteor, insolentia verbi me commotum cogitasse de συνευνάζειν; quod tametsi nec ipsum in Thesauro *Stephani* reperiatur, exstat certe apud bonos Graecae linguae scriptores. *Basilius* (personatus) de Virg. p. 614. D. τὴν δὲ ψυχὴν ἐν τούτῳ αὐτῷ (delendum est ἐν) νύμφην καθαρὰν συνευνάζειν quae totidem fere verbis in *Macario* leguntur. Non me praeterit *Hesychium* συνουσίασιν interpretari συγγαμίαν; sed hoc alio pertinet, multumque differunt συνουσιάζειν et συνουσιοῦν. HEMSTERH. Modo non peculiari, et haud scio an alibi obvia licentia, verbum adhibuerit, certissima videtur viri Cl. emendatio. Absolute aliquoties utitur *Apollod.* lib. III. c. 6. s. 7. c. 9. s. 2. c. 10. s. 1. et συνουσιασμὸς est apud *Joseph.* de Maccab. s. 3. Alterum συνευνάζειν idem frequentat *Apoll.* lib. I. c. 4. s. 4. c. 9. s. 17. lib. II. c. 4. s. 10. lib. III. c. 1. s. 1. c. 4. s. 3. et saepius deinceps, ut et *Pindar.* Pyth. IV. 452. item συνευνᾶσθαι ap. *Herod.* lib. VI. c. 107. ABRESCH. *Nubilam*, ut cum *Plauto* loquar, *mentem animi habuerint* necesse est duumviri nostri, alias adtentissimi, quum haec scriberent: prior quidem aiens insolens esse verbum συνουσιάζειν, posterior vero, qui *Hemsterhusii* emendationem certe non improbare, sed potius stabilire volebat, tamen loca proferens, in quibus συνευνάζειν et συνουσιάζειν manifesto valent *coire*, *concumbere*. Alia testimonia de verbo συνευνάζειν serius congessit *Dan. Scottus* in Append. ad *H. Steph.* Thes. *Plutarchi* tamen oblitus in *Alex.* Vol. VI. pag. 7. Verbo autem συνουσιάζειν *Athenaeus* ab *Stephano* in Thes. laudatus (qui locus *Hemsterh.* memoriam et oculos effugerat,) usus est lib. XIII. c. 3. p. 517. F. de coetu epulantium pro *congregari*, *convenire*; sed *Plutarch.* in Alex. Vol. IV. p. 54. pro *concumbere*, et *Clem. Alex.* Strom. lib. III. c. 7. p. 537. translato quodam sensu, pro *congredi*. Restat igitur solus *Basilii* locus ad fulciendam *Hemst.* conjecturam. Sed nihil propterea mutandum esse reor: nam quemadmodum *Basilius* συνευνάζειν usurpavit pro *connubio* quasi *jungere*, ita Noster simili significatione adhibuerit συνουσιάζειν, et quidem, opinor, non sine aliquo contemtu, ut sit *ad concubitum tradere*, *concubinam dare*; nec obstat quod infra Manto dicit γυναῖκα ἔχειν; novimus enim servorum non fuisse legitimum matrimonium. LOCEL. Memoria fefellit *Hemsterhusium*. Nam praeter loca jam laudata, occurrit συνουσιάζειν apud *Arrian.* Epictet II. 20. *Artemid.* Oneir. I. VIII. *Achmet Seirim* c. 137. συνουσίασε μητρὶ. *Glossae Steph.* *Concumbit*, συνουσιάζει. —

Sed

Sed in his et aliis locis συνουσιάζειν significat *coire*, *concumbere*, habetque adeo significationem neutram, non activam, qualis h. l. requiritur propter ἐνενόει. Μαντὼ ἐνενόει συνουσιάζειν τὴν Ἀνθίαν ἱκέτῃ. Videntur tamen recentiores hoc verbo etiam usi significatione activa. Legi apud *Schol. Aristoph.* Plut. v. 1068. πειρᾷ] συνουσιάζει σε, ad *concubitum sollicitat*. Quae potestas an a recentioribus Graecis huic verbo addita sit, dicere non potest ibi *Hemsterh.* confirmare tamen ei videtur vulgatam *Suidae* lectionem πειρῶν] προσβάλλων, συνουσιάζων. PEERLK.

P. 15. v. 21. τινὶ.] Loco suo motum esse hoc vocabulum ponendumque post ἀτιμοτάτων, ut videlicet cum isto iungatur, prope absum ut credam. Sic p. 37. v. 7. μὲν habuimus alieno loco insertum. LOCEL.

P. 15. v. 21. αὐτὴν.] Sic habet Cod. Flor. Male in edd. αὐτὸν; quod adeo *Salvinius* et *Cocchius* ad Habrocomen retulerunt. Equidem demirabar ad manifeste mendosum αὐτὸν nihil admonuisse aut *Hemsterh.* aut *Abresch.* jamque longe prius quam in manus meas pervenisset *Cocchii* exemplum, in hisce adnotationibus meis scripseram, meo periculo legendum esse αὐτήν. Intelligebam scilicet jam satis poenarum improbae puellae dedisse Habrocomen; comparabam porro, quod p. 42. v. 8. legitur, ἐμίσει δὲ καὶ τὴν Ἀνθίαν, quam igitur ulcisci hoc modo (id enim valet, ni fallor h. l. διὰ τούτου) voluisse, femineae vindictae ac zelotypiae consentaneum esse sentiebam; memineram denique comminationis illius p. 37. v. 8—9. quo spectat quod Manto p. 45. v. 10—11. dicit. LOCEL. Odio scilicet Anthiam persequebatur maximo, δι' ἣν ἀφῃρέθη ἐρωμένου pag. 45. Αὐτὴν etiam conjecerant *Palairet.* et *Tresling.* PEERLK.

P. 15. v. 25. τηρῆσαι.] Excidit ἁγνὴν, quam vocem sententia flagitat: mox enim respondet juratus Lampon ἦ μὴν φυλάξειν ἀμόλυντον. Dubitationem omnem tollet *Xenophon* p. 50. v. 8. et 9—10. p. 91. 2—3. p. 94. v. 7. HEMSTERH. Verisimillimum istud supplementum in ipsam orationem inserere non sum veritus, uncinis tamen seclusum. LOCEL. Adjectivum addit ubique Noster ut lib. II. c. 23. ἄχραντον τηρῆσαι, unde et h. l. ἄχραντον suppleri posse censebat *Palair.* *Mitscherlichius* veram putans *Hemsterhusii* suspicionem, tamen ἁγνὴν omisit, quod ego contra edidi. Verum est τηρῆσαι, ut etiam φυλάξαι, per se notare *servare*, *parcere* [fere ut φείσασθε σώματος scripsit *Noster* lib. III. c. 8.] quod h. l. in eo consistebat ut vim Anthiae non inferret, tamen ratio perspicuitatis postulat ut aliquid addatur. v. c. *Ach. Tat.* lib. VIII. p. 527. τηρήσω δέ σε παρθένον μέχρι περ ἂν σοι δοκῇ; quocum convenit illud *Nostri* lib. V. c. 2. τηρῆσαι ἁγνὴν ἐς ὅσον ἂν αὐτὴ θελήσῃ. — *Diog. Laërt.* III. p. 187. καθαρὰν γάμου φυλάξαι. *Dion.*

Dion. Hal. I. p. 35. αὐτὴν — ἁγνὴν γάμων ἐφύλαττεν. Sic apud alios ἀνύβριστος, ἄφθορος, παρθένος et similis significationis voces addi solent. Contra *G. D'Arnaud* Var. Conj. lib. I. c. XXI. censet τηρεῖν et διατηρεῖν poni pro *intactam servare virginem*, laudans h. l. *Xenophontis* nostri et I. ad *Corinth.* VII. 37. τηρεῖν τὴν ἑαυτοῦ παρθένον. Sed mihi quidem non persuadet. PEERLK.

P. 15. v. 26. κόρην.] Juvenes nuptas *puellas* vocare solent Graeci: quod et Latini sunt imitati. LOCEL. *Ovid.* II. Fast. 810. *Succubuit famae victa puella metu.* v. *Rittersh.* ad *Plauti* Cist. II. III. 77. et *Spanh.* ad *Julian.* Caes. p. 375. PEERLK.

P. 15. v. 27. ἦ μήν.] Jurandi formula. *Polyaen.* Strat. I. p. 62. v. *Periz.* ad *Aelian.* V. H. XI. 7. *Alberti* Observ. pag. 426. Pro μὴν *Homerus* aliique poëtae etiam μὲν utuntur. Il. A. 77. καί μοι ὄμοσσον — ἦ μέν μοι πρόφρων ἔπεσιν καὶ χερσὶν ἀρήξειν. Quae quamvis nota satis essent, *Kohlius* tamen nescio quis, in Comment. Crit. p. 147. in *Homeri* l. l. ἦμεν ausus est explicare per infinitivum Doricum pro εἶναι et hoc pro ἔσεσθαι. Ut autem poëta, sic et Jones scribunt ἦ μὲν, notante *Gregorio* de Dialect. p. 223. ubi v. *Koen.* PEERLK.

P. 15. v. 30. γραμματιδίῳ.] Adnotat ad h. l. *Hemsterh.* fuisse istud p. 36. v. 15. a Nostro adpellatum γραμμάτιον et pag. 37. v. 13. πινακίδα, laudatque *Lucian.* de Merc. cond. Vol. I. p. 686. 695. et in Toxari Vol. II. p. 519. 524. ubi recte ait scribi γραμμάτια. (laudare poterat etiam *Arrian.* de Exp. Alex. lib. VII. c. 18. s. 4.) differre quippe nonnihil γραμματεῖα, et in usum forensem recepta, pro judicialibus tabulis, aut libellis a veteribus usurpari: haec autem γραμμάτια vel γραμματίδια saepius amatorias esse tabellas [*epistolia* vocat *Catullus*] ultro citroque commeantes. Addit deinde locum *Alciphr.* lib. III. epist. 62. atque hac occasione γραμματίδια δίθυρα commemorat. Conf. *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 486 et 616. Mox Londin. et Luc. habent τῷ Μαντεὺς, Vindob. τῆς Μαντ. sed τῷ Μαντεῦς scripsit Noster, prout p. 89. v. 9. τὸ σῶμα τὸ Θελξινόης. LOCEL.

P. 15. v. 32. εἰς ὄψεις.] Usitatius dixisset, si tamen ita scriptum reliquit *Xenophon*, εἰς ὄψιν. Sic e. g. *Joseph.* A. J. lib. XVII. c. 12. ἀγαγεῖν εἰς ὄψιν. lib. XIX. c. 1. s. 5. ἦγεν εἰς τὴν ὄψιν. lib. II. c. 5. s. 4. εἰς ὄψιν παραγαγεῖν. LOCEL. Nulla opus est emendatione. Utitur etiam *Noster* lib. I. c. 4. ubi scribere potuerat ὄψιν. *Heliod.* I. p. 52. πολὺν ἐκ τῶν ὄψεων θόρυβον ἐπαγγελλόμενος. *Sophocl.* Antig. 52. διπλᾶς ὄψεις ἀράξας, *ambos oculos.* Et ita saepissime occurrit. *Phalar.* epist. p. 70. enarrat varia supplicia quibus suos inimicos affecerat,

cerat, ἄλλοι δ' ὄψεις ἐξηράνθησαν, τινὲς δ' ἄκρα περιεκόπησαν sq. In quo illud ἐξηράνθησαν manifeste corruptum est, pro quo *Lennep.* conjiciebat ἐπηρώθησαν, *Valcken.* ἐξηρέθησαν. Mihi, quod pace tantorum virorum dixerim, unice legendum videtur ἐξηράχθησαν. Notum est simplex ἀράσσειν. Exemplo *Sophoclis* jam laudato adde Oedip. Tyran. 1276. πολλάκις τε κ' οὐχ ἅπαξ — ἤρασσ' ἐπαίρων βλέφαρα. Jam quamvis exemplum compositi mihi non in mentem veniat, non tamen dubito quin ἐξαράσσειν eamdem vim habeat quam ἐκκόπτειν ὀφθαλμοὺς, de quo v. *Bergler.* ad Aristoph. Av. 583. et *Duker.* ad Nub. 24. PEERLK.

P. 15. v. 34. θυγατρὸς.] Credibile est Jotacismi pernicie post syllabam θεις absorptum fuisse articulum τῆς. LOCEL.

P. 15. v. 35. οἰκίας ἄρχειν.] Mox explicatur ἐπιμέλεια τῶν 'Αψύρτου χρημάτων. Apsyrtus liberum fecerat Habrocomen. Erant alioquin plerumque servilis conditionis isti, quibus rerum domesticarum cura erat commissa, Latinis *actores* et *dispensatores*. *Alciphr.* III. epist. 1. οἰκονόμους καὶ διοικητὰς vocat. In eadem re *Joseph.* A. J. II. IV. ἐγχειρίζει τε τὴν τῶν κατὰ τὸν οἶκον αὐτῷ πρόνοιαν. conf. *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 127. PEERLK.

P. 16. v. 1. σὺ δὲ μὴ.] Pro tribus his vocabulis e Cod. Flor. restitutis in edd. tantum est οὐδέ. Post μὴ, eodem Jotacismi vitio, a librario omissum fuisse μοι veri speciem habet: quamquam alias μνησικακεῖν cum solo genitivo rei constructum interdum reperiri paullo ante p. 197. in adnot. ad pag. 42. v. 7. nos dixisse non sumus obliti. LOCEL.

P. 16. v. 5. τί δὲ ἐλευθ. ἐμοὶ.] Suppleas ὄφελος an κέρδος, [an δεῖ, quod p. 28. v. 15. additur] parum refert. . . . ABRESCH.

P. 16. v. 6. πλούτων.] Ut hic loci πλοῦτοι in numero multitudinis, sic et *Themist.* Orat. II. p. 28. B. [*Dion. Halicar.* A. R. lib. IX. c. 10. pag. 1763.] *Joseph.* A. J. lib. III. c. 2. s. 4. lib. V. c. 1. s. 14. et omnium frequentissime *Lucianus*, (ab *Isocrate* forte si discesseris; vide ad Nic p. 18. D. Paneg. p. 72. B. Areopag. init. De Pace p. 160. A. Panath. p. 274. B.) quin etiam *Herodot.* lib. IX. c. 79. Adde *Xiphil.* in Julio p. 27. ed. *H. Steph.* *Liban.* T. II. p. 51. et p. 66. C. Idemque alibi. Multis scilicet verbis Graeci utroque numero nullo notionis discrimine uti solent, veluti ὄνειρος, ὄνειροι, ὕπνος, ὕπνοι, ἄρτος, ἄρτοι, σκότος, σκότοι, φόβος, φόβοι. Sunt quae, ut numero, ita significatione differunt: ita ἥλιος *sol*, ἥλιοι *dies*, *solisve ardor*. *Aelian.* de N. A. lib. XVI. c. 17. *Ach. Tat.* lib. II. p. 145 Similiter χρῆμα valet *res*, *negotium*; χρήματα *opes*, *facultates*, *pecunia*. Neque hoc tamen ita perpetuum est, ut in contrarium non den-

tur exempla. *Joseph.* A. J. lib. XVI. c. 4. s. 3. lib. XVIII. c. 6. s. 2. [ubi semel χρῆμα legitur in singulari, et ter in plurali.] *Pind.* Olymp. XIII. 51. *Div. Lucas* Act. IV. 37. *Herodot.* lib. III. c. 38. *Athen.* lib. VI. c. 5. p. 234. ubi Casaubonum, in Graecorum lectione versatissimum, ad hunc usum adhaesisse quis non miretur? Conf. Lex. MS. apud *Montfauc.* Biblioth. Coislin. p. 484. ABRESCH. Mox versu eodem *Noster* χρήματα usurpat pro *re familiari*, nisi forte lectio mendosa est, atque emendandum κτημάτων, quo nomine bona quaevis, possessiones, mancipia etiam veniunt. LOCEL.

P. 16. v. 7. ἐκείνην εὕροιμι.] Deesse ante ἐκείνην suspicor vel εἰ solum, quo sic utitur *Lucian.* Dial. Mer. Vol. III. p. 287. εἰ τινα εὕροιμι γραῦν, vel εἰ γὰρ aut εἴθε. De εἰ solo, pro *utinam* vide *Schütz.* ad *Hoogev.* Doctr. Part. p. 230. et *Valcken.* ad *Eurip.* Phoen. v. 761. Hac vero potestate εἰ γὰρ et εἴθε saepissime occurrunt. Caeterum an etiam εἰ γε in illo *Sophocl.* Oed. Col. 644 εἰ μοι θέμις γ' ἦν, valeat *utinam*, quod vult *Brunck.* ad *Sophocl.* Electr. 1416. multum ambigo; nam commode verti potest *si quidem*, *si modo fas mihi esset*, velut ibid. v. 648. et alibi ap. *Sophocl.* atque alios non raro. LOCEL.

P. 16. v. 8. ἐννοῶν — ὁπότε καὶ που.] Vitiosum est illud ὁπότε. Lege ὅπως. Supra c. 6. ἐνενόει ὅπως τιμωρήσαιτο. Similiter *Heliod.* lib. 2. p. 95. καὶ ὅπως ἂν ποτε διαχρήσαιτο ἐνενόει. *Lucian.* T. II. p. 696. ἐννόησον γοῦν ὅπως Σαμβράτης — ἔπλευσε. PALAIR.

P. 16. v. 10. εἶχε μετὰ πασ. ἐπιμ.] Supra p. 32—33. scripserat δι' ἐπιμελείας ἔχειν, sed non est prorsus eadem amborum locorum mens: ibi enim vis omnis phraseos est in ἐπιμελείᾳ, et solo verbo ἐπιμελεῖσθαι uti potuisset *Xenophon*, quia ἔχειν additum est per circumloquutionem; hic vero vis residet in ἔχειν, quod est *habere apud se*, et μετὰ ἐπιμελείας dicitur pro ἐπιμελῶς. LOCEL.

P. 16. v. 10. παῖδας αὐτοῦ νομίζων.] Eadem φράσις recurrit p. 86. v. 1—2. et una cum alia simili apud *Heliod.* lib. II. p. 117. comparatur ab *Villois.* p. 21. Animadv. ad *Long.* lib. I. c. 2. Addere poterat *Charit.* lib. I. c. 4. pag. 9. LOCEL. Adde ex multis *Liban.* ep. 480. τὸν Κύριλλον πάλαι παῖδα νομίζων ἐμαυτοῦ. PEERLK.

P. 16. v. 15. τελευταῖον.] Sic legitur in Cod. Flor. at in edd. τελευταίων. LOCEL.

P. 16. v. 16. συντίθεται.] Ea est verbi συντίθεσθαι potestas, ut pag. 27. v. 11—12. quae non nimis ad hunc locum quadret. Procul dubio *Noster* dederat συγκατατίθεται. Vide modo pag. 36. v. 9. p. 50. v. 7. p. 51. v. 5. p. 73.

v.

v. 11—12. HEMSTERH. At mihi vix est dubium quin συντίθεται servandum sit, et spondendi quidem potestate, ita tamen ut subaudiatur συγκρύψαι. *Adsentire* caprarium nihil adtinebat, sed ne videretur hero adversari, *rem clam habere spondet:* id videlicet ab eo exigebat Moeris. Infra etiam pag. 88. v. 3. συντίθεται commode vertitur *spondet*, sive *paciscitur*. Salvinius ibi reddidit *pattuisce*, tamen *Cocchius* rursum vertit *consentit*. Utraque significatio illi loco apta est. LOCEL. Συντίθεσθαι, *spondere*, *roganti annuere*, utuntur multi v. c. *Ach. Tat.* I. p. 39. ubi puella συντίθεται τοῖς νεύμασι, nutu assentitur, nutu significat se favere amanti. *Heliod.* I p. 50. ἐπιτρέπειν τὸν γάμον, καὶ συντίθεσθαι διαῤῥήδην. PEERLK.

P. 16. v. 17. ἡ δὲ ἐν ὀργῇ γενομένη.] Vere *Seneca* in Hercule Oeteo. *O quam cruentus feminas stimulat dolor — Cum patuit una pellici et nuptae domus.* v. *Delr.* ad eiusdem *Med.* 581. PEERLK.

P. 16. v. 18. τὴν ζήλην.] Haec est lectio Cod. Flor. quam etiam *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 478. adfert, addens ζήλην esse vocem nihili, inque eius vicem conjiciens reponi posse τὸν ζῆλον. In edd. excusum est δειλὴν, ex tacita, credo, *Salvinii* emendatione in apographo a se scripto, unde suum descripsit *Cocchius.* Non placuit *Hemsterhusio* δειλὴν, et substitui volebat δούλην. Ego vero hoc magis retinendam mihi esse putabam Cod. Flor. lectionem, quod ζήλη pro ζηλήμων, (rivalis, aemula) quamquam merito suspectum vocabulum, tamen reperitur hac significatione in *Aristaen.* lib. I. epist. 25. p. 61. ubi *Valcken.* pro ζήλην ἐμὴ corrigit ζηλήμονα *Reiskius* vero ζηλωτὴν aut ζηλῶτιν, et denique *Abresch.* ἀντίζηλον. Ausus etiam sum ζήλην Latine reddere *rivalem*, quod et fecerat *Mercerius* in versione *Aristaeneti*, tametsi de femina dictum, nulla, quod sciam, firmari potest auctoritate. LOCEL. Forte hic iterum imprudens Noster incidit in usum aevi sui. Recentiores certe pro ζῆλος dicebant ζήλα et ζηλιά, ut vidi ex *Langii* Compend Glossar. Graec. Barb. — Atque ita ζήλη est accipiendum, ut multa eiusmodi substantiva, quae quasi ipsa est *rivalitas*. Ut *Actor.* XXIV. 5. τὸν ἄνδρα τοῦτον λοιμὸν. ad q. l. plura notavit *Palairet.* Observ. Phil. p. 336. Retulit ζήλην in Lexicon suum *Schneider.* ex *Xenophonte*, vertens *nebenbuhlerin.* *Palairet.* probabat δειλὴν *improbam.* Pro ζήλην aliquando conjeceram ξένην; quae vox hic contemtum indicaret, ut plerumque mulieres peregrinae male audiebant, atque idem fere significaret quod *meretrix.* Est ea de re parva commentatio *Christii* in Noct. Academ. p. 273. sqq. PEERLK.

P. 16. v. 18. περιάξομαι.] Tyro tantum duxerat Antiochiam. Hoc illi prae dolo-

dolore est περιάγεσθαι; alioqui περιάγεσθαι latius patet, *in comitatu habere*, ut feminae luculentiores solebant in publicum prodire ancillarum sive ἀβρῶν satellitio stipatae, *comitem adsiduum secum ducere*, quae sane non raro est vis eius verbi, sed hoc loco minus opportuna, quia Manto Anthiam domo ejectam a se removerat, et Lamponi in manus tradiderat. . . . HEMSTERH. Legendum mihi videtur περιάγομαι, aut περιάξομαι accipiendum interrogative. — *Egone mecum circumducam?* Ut etiam accepit *Hemsterh.* Observ. Misc. Vol. V. T. I. p. 19. *Palairet.* vult ἐξάξομαι sc. τοῦ βίου *occidam.* PEERLK.

P. 16. v. 29. κινδυνεύω τοῦ ἀνδρός.] Scilicet ἀφαιρεθῆναι, quod ex praecedente ἀφῃρέθην ἐρωμένου est repetendum. *Palairet.* putat omitti περὶ, ut plene dixit *Aristoph.* Plut. v. 524. κινδυνεύων περὶ τῆς ψυχῆς. Si esset ellipsis malim intelligere ἕνεκα. Graecos imitatur *Appul.* VIII. Met. in fine. *Capitis periclitatum me memini.* PEERLK.

P. 16. v. 19. χαίρουσά γε.] Sic correxi pro χαίρουσά τε, auctoribus *Hemst.* et *Abresch.* qui laudat *Lucian.* in Jov. confut. Vol. II. p. 630. et in Gallo Vol. II. p. 703. item *Herodot.* lib. III. c. 29. Addit et sine γε legi apud *Nostrum* pag. 39. v. 4. apud *Herodot.* lib. III. c. 35. et *Sophocl.* Philoct. 131. eundemque praestare usum κλάοις ἄν, vel κλαύσεις apud *Aeschyl.* Suppl. 932. LOCEL.

P. 16. v. 20. Φανεῖται καλή.] Simile dictum Rheneae recurrit p. 96. v. 5. LOCEL.

P. 16. v. 20. ὑπὲρ τῶν ἐν Τύρῳ.] Praepositionis vim non cepit *Cocchius* vertens *graviores poenas quam in Tyro*, nam ὑπὲρ h. l. valet *ob*, *propter*, quemadmodum p. 46. v. 16. Respicit scilicet Manto ad ea, quae Anthia tecto nomine p. 37. v. 8—9. comminata fuerat, ut pote cui imputandum esse intelligebat, si amori suo Habrocomes non responderet. Praeterea meminisse *Cocchium* oportebat nullas Tyri poenas ab Anthia petivisse immitem puellam. LOCEL. Imo jam poena affecerat Anthiam ὑπὲρ τῶν ἐν Τύρῳ, tradens eam vili servo in contubernium, ἡγουμένη διὰ τούτου τιμωρήσασθαι αὐτήν, lib. II. c 9. Alienum itaque est h. l. repetere, *poena illam afficiam etiam ob ea quae Tyri gessit.* Sensisse hoc videtur *Cocchius*, atque ideo errasse vertendo. Quid? si legamus ἐγὼ γὰρ αὐτὴν καὶ ὑπὲρ τὰς τῶν ἐν Τύρῳ πράξομαι δίκας, *poena graviore eam afficiam quam qua affeci ob ea quae Tyri acciderunt.* PEERLK.

P. 16. v. 21. τὴν ἡσυχίαν.] Abesse poterat articulus, ut p. 106. v. 1. Sed

et alii hic addunt. Adjunctum invenies apud *Aelian.* V. H. lib. XII. cap. 64. *Lucian.* Deor. Dial. p. 152. et Ver. Hist. lib. I. p. 739. ABRESCH.

P. 16. v. 22. *λαβόντα.*] Otiosum est, atque in versione negligendum. Conf. adnot. p. 141. ad p. 7. v. 7—8. LOCEL.

P. 16. v. 25—26. *φεῦ! κάλλος ἐπίβουλον.*] Gemina plane est exclamatio Callirrhoës apud *Charit.* lib. VI. c. 6. p. 142. *ὦ κάλλος ἐπίβουλον! σύ μοι πάντων κακῶν αἴτιον. διὰ σὲ ἀνῃρέθην, διὰ σὲ ἐπράθην* et cet. Noster p. 96. v. 13. *ὦ κάλλος ἐπίβουλον!* LOCEL *Charit.* lib. IV. pag. 87. *κάλλος ἐπίβουλον, εἰς τοῦτο μόνον ὑπὸ φύσεως δοθὲν* sq. PEERLK.

P. 16. v. 26. *πανταχοῦ διὰ τὴν ἄκ; εὐμορφ. Ἀβροκ.*] Pessima istorum verborum distinctio in edd. alienissimam a mente *Xenophontis* peperit interpretationem. Nulla ibi post *πανταχοῦ* distinctio comparet; contra ea post *εὐμορφίαν* punctum est positum. Veram distinctionem indicavit *Hemsterh.* addens, rem esse manifestam ex p. 31. v. 1. p. 99. v. 12—13. praecipue vero p. 96. v. 13—14. his autem in locis *ἄκαιρος* non tam esse *intempestivus*, quam *importunus* et *noxius.* LOCEL.

P. 16. v. 27. *Λάμπων.*] Haec est lectio Cod. Flor. In edd. vero est *τὸ λοιπὸν*, quod rursum, procul dubio, *Salvinio* debetur, qui vertit *per l'avvenire.* In versione *Cocchii* legitur, *sed hoc te precor, quod adhuc fecisti, ut et nunc pium erga me te praebeas;* ita ut ille *τὸ λοιπὸν* parum curasse videatur. Friget, inquiet aliquis, illud *Λάμπων*, ut adeo mirum non sit substitutum fuisse ab *Salvinio τὸ λοιπὸν.* Non inficior, at illud tamen Xenophonteum esse judico quippe cui familiares esse noverim nominum propriorum repetitiones, sive gravitatis, sive perspicuitatis caussa: quare etiam has repetitiones, *Salvinii* exemplo, in versione servavi. LOCEL. Habet praeterea hic nominis proprii repetitio blandam vim ad movendum pastoris animum. PEERLK.

P. 16. v. 27. *ὃς μέχρι νῦν εὐσέβησας.*] Forte *ὃς* [pro *ὡς*, quod habent edd. sed male mea sententia.] *At obscero te porro, caprari, qui huc usque pietatem erga me coluisti.* Retineri potest *ὡς*, sed tum oratio tota, mutato solum unius dictionis accentu, sic est interpungenda: *ἀλλὰ δέομαί σου τὸ λοιπὸν* [sic legerat nempe vir doctus in edit. Londin.] *αἰπόλε, ὡς μέχρι νῦν, εὐσεβήσας, ἂν ἀποκτείνῃς, κἂν ὀλίγον θάψον με τῇ παρακειμένῃ γῇ. Verum obsecro te, caprari, ut porro, quemadmodum huc usque fecisti, servata erga me pietate, si interemeris, vel pauxillum obruas adjacente terra.* Non defore credo, quibus hoc praeferendum videatur. HEMSTERH. Equidem priorem viri docti emendatio-

 nem

nem longe praeponendam esse censueram, proinde ei versionem iam adcommodaveram, antequam mihi lectio Cod. Flor. Λάμπων e margine exemplaris Cocchiani innotuisset: nunc vero eidem in ipsa oratione locum esse praebendum existimavi Ceterum Lamponis pia temperantia erudito lectori in memoriam reducet plane similem coloni in *Euripid.* Electra. LOCEL.

P. 16. v. 28. κἂν.] Hoc loco valet *modo*, *saltem*, ut et non raro alibi, e. c. apud *Herodian.* lib. IV. c. 4. s. 15. lib. VIII. c. 4. s. 23. apud *D. Marc.* VI. 56. *Act. Apost.* V. 15. et *Paul.* Ep. ad Corinth. II. 11. 16. LOCEL.

P. 16. v. 28. θάψον με.] Veteri lingua θάβειν, θάπειν, θάφειν, θάπτειν nihil est aliud quam *obruere;* unde diversi significationum rami propullularunt. Jam antiquissimo tempore, quando ferinis moribus vita hominum agebatur, insepulta cadavera projiciebant: inde tetro ac pestilenti vapore contacti, humo corpora defunctorum obruere didicerunt; quod est proprie θάπτειν. Buzyges, qui primus apud Athenienses humanitatis officia, velut publicas leges, diris et exsecrationibus sanxit, ut foedum morem penitus aboleret, κατηράσατο τοῖς περιορῶσιν ἄταφον σῶμα, teste *Scholiasta Sophocl.* ad Antig. 261. Verum etsi vel pulveris aliquantum ter plena manu fuisset inspersum, sive gleba in os injecta, mortuo justa fecisse censebantur, cautumque erat religione manium quieti. Hoc Graeci non tantum ἐπιμοιρᾶσθαι, ἐπαμᾶσθαι, ἐπιχεῖν, ἐπιφέρειν, ἐπιβάλλειν γῆν, vel κόνιν, sed etiam θάπτειν dixerunt. Quo pietatis vinculo cuncti tenebantur, etiam in via casu corpus inhumatum praetereuntes, nisi gravi piaculo se obstringere, atque ἐναγεῖς haberi vellent. Egregia subministrat *Kühnius* ad *Aelian.* V. H. lib. V. c. 14. Illo saltem levi humi ingestae munere ne Lampon defungi non dedignetur, ut sibi post mortem obitam sit melius, Anthia supplex orat. Ceteroquin usus postea multo latiorem adsignavit τῷ θάπτειν significandi modum: omnem enim curandi funeris honorem complectitur; illique etiam, qui rogo impositi cremantur, πυρὶ θάπτεσθαι dici solent. Cujus curae participes esse fas non erat, qui sibimet ipsi vim intulissent: οὐχ ὅσιοι πυρὶ θάπτεσθαι οἱ ἑαυτοὺς ἀποκτείναντες, ut *Philostratus* ait Heroic. pag. 721. Idem de Vit. Soph. pag. 601 *Apollonii* Atheniensis argumentum declamationis commemorat ἐπὶ τοῦ Καλλίου, ὃς ἀπαγορεύει τοῖς Ἀθηναίοις πυρὶ μὴ θάπτειν. In Excerptis *Ctesiae* mentio fit cujusdam apud Persas θάψαντος τὸν πατέρα διὰ τοῦ πυρὸς παρὰ τὸν νόμον. . . . . HEMSTERH.
Etiam Aegyptio more cadavera condire θάπτειν vocavit *Noster* p. 88. v. 15. Ceterum quod vir doctus initio dixit de antiquissimis temporibus, quibus cadavera inse-

insepulta projicerentur, nimis generatim pronuntiatum est, et ad summum de gregibus hominum, ferarum more in silvis viventium, verum esse potest; quare ad stabiliendum quod de verbo *θάπτειν* docuit, atque ad exponendum id, quod ab Lampone petit Anthia (levem videlicet, at perfectam tamen humationem) nihil omnino facit, indictumque potius manere debebat. Nullus, opinor, in hoc orbe ritus antiquior est sepultura. Certe jam Abrahami aevo publicas privatasque speluncas, sive monumenta, exstitisse, in quibus mortui sepelirentur, novimus e *Genesi* c. XXIII. Insepulta tantum offendebantur eorum cadavera, qui, sive naufragium passi inque litus ejecti, sive in via mortui, sive alio quodam casu sic derelicti jacebant. LOCEL. Ego hic Judaeos ad partes vocare nolim. Ad illustrandam Graecae vocis originem optime utitur *Hemsterh.* more antiquissimi temporis, qui exstitisse aliquando debuit, ex sententia ipsorum Graecorum, nempe *ἐν ἀρχῇ βρότειον βίου.* *Stob.* in Eclog. Physic. pag. 145. servavit versus *Moschionis*, redditos Latine a Grotio de Jur. B. et P. lib. II. c. 19. *Tunc morte raptos imperatum legibus — Mandare terrae, pulveremque inspargere — Necdum sepultis ne darentur conspici — Abominanda signa pastus pristini.* Existimans, ut ait *Grotius*, occasionem sepulturae datam ex gigantea feritate mandendi homines. — Etiam prima vocis *θάπτειν* significatio unice facit ad hunc locum; in quo de perfecta humatione non cogitandum est cum *Locella.* Tune enim non addita essent *κἂν ὀλίγον*, et *παρακειμένῃ γῇ*. Rogat Anthia pastorem ut se occisam parum saltem glebisque adjacentibus eo loco tegat. Idem per *χοῦν ὀλίγον ἐπιφορήσας* exprimit *Heliod.* I. pag. 59. Similia plura dedit *Valcken.* ad *Eurip.* Phoen. pag. 491. — Ut autem Graeci *θάπτειν* utebantur etiam de iis qui cremabantur igne, sic ad eorum imitationem Latini suum habebant *humare.* v. *Rhunken.* Praefat. Lexic. *Scheller.* p. 9. PEERLK.

P. 16. v. 28—29. *ὀφθαλμοῖς — χεῖρας ἐπίβαλε.*] More veterum satis noto. *Palairet.* laudat hic *Genes.* 46. 4. Ἰωσὴφ ἐπιβαλεῖ τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμούς σου. PEERLK.

P. 16. v. 29. *Ἁβροκόμην καλεῖ.*] Invoca vagantem Habrocomis animam, (nam putabat eum jam esse mortuum) ut se hic quasi mecum condat. Sic Anthia lib. III c. 5. moritura *πολλὰ Ἁβροκόμην ὡς παρόντα ἀνεκάλει.* Anima enim Habrocomis, et immature et peregre mortui, oberrabat, ex opinione veterum. PEERLK.

P. 16. v. 32. *ἐγὼ δὲ.*] Deficientia duo haec verba supplevi in Cod. Flor. Locum hunc ex eodem Codice adferens *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 586. omisit festinans,

tinans, ut videtur, quae paullo ante praecesserunt verba λαβεῖν καί; nam et leguntur in edd. et reddita sunt in *Salvinii* et *Cocchii* interpretationibus, neque in margine exemplaris *Cocchii*, quo ego sum usus, adnotatum est deësse ea in Cod. MS. . . . LOCEL.

P. 16. v. 34. θεοὺς δεδιώς.] Similia quaedam adscripsit *Abresch*. *Palairetus* censet hanc formulam restituendam esse *Libanio* Oper. T. I. p. 873 D. πονηρὸς, ὠμὸς, ἀσεβὴς, ὃυ θεοὺς δεδιὼς, pro ὂυ θεοὺς ἐιδὼς, ut editur. — Sed occurrit saepe ἐιδέναι ita ut eamdem fere habeat vim, quam δεδιέναι. v. c. *Aelian*. V. H. II. 13. ὀυκ ᾔδει θεοὺς ὀυδ' ἐτίμα. Sic quod in Ep. ad *Philipp*. II. 29. ἐντίμους ἔχετε erat dictum, in I. ad *Thess*. V. 12. singulari emphasi per ἐιδέναι expressum monet *Albert*. Obs. Phil. p. 379. conf. *Abresch*. Lect. Arist. p. 20 PEERLK.

P. 16. v. 35. ἐμὲ μᾶλλον κακ. διαθήσει.] *Cocchius* transtulit *me in majus malum conjiciat*, ceu scriptum esset κάκιον; quomodo licet sumi possit, quia haud est insolens ut adjectiva, quorum comparativi sunt obvii, circumscribantur per μᾶλλον . . . . tamen hic accipere malim pro *potius*. ABRESCH. De particula μὴ cum futuro indicativi constructa nimis jejune egit *Hoogev*. Doctr. Part. c. XXVII. s. 1. §. 3. nam de μὴ ἀπαγορευτικῷ solum exempla protulit, quemadmodum et *Thom. Mag*. p. 612. 613. At latius patet hujus structurae usus. Vide *D'Orvill*. ad *Charit*. p. 544. et *Hemsterh*. ad *Aristoph*. Plut. v. 623. pag. 203. ubi hunc Nostri locum profert. Adde *Aristoph*. Eccles. 486. μὴ ξυμφορὰ γενήσεται, et *Long*. Past. lib. III. c. 18. p. 360. μὴ ἀπελπίσας — τολμήσει τι θαρραλέον. LOCEL. Ego illud μᾶλλον hic abesse vellem. Et facile a librario potuit repeti ex precedente μᾶλλον πωλῆσαι. Quamquam μᾶλλον κακῶς pro κάκιον non est insolens, ut apud *Aristoph*. Lysistr. p. 868. πολὺ μᾶλλον. *Philem*. Fragm. p. 352. μᾶλλον ἡδέως; adde *Abresch*. ad h. l. — Ceterum quod ad usum τοῦ μὴ cum futuro indicativi constructi, in eo illud inprimis tenendum, quod monet *Hemst*. ad *Arist*. Plut. v. 623. librarios nempe in his ita solere variare, ut difficile sit dignoscere, quid ab ipsis scriptoribus fluxerit. Hujus libri cap. 12. contra legimus δείσαντα μὴ τολμήσῃ. Conf. *Valcken*. ad *Eurip*. Phoen. pag. 34. PEERLK.

P. 17. v. 4. ἀπέδοτο τὴν κόρην.] O imitatores! Vendita fuit *Achillis Tatii* Leucippe, vendita *Charitonis* Callirrhoë, venditae item *Heliodori* Chariclea, et *Eustathii* Ismene. Felicior *Longi* Chloe venditionem effugit. Venditus quoque est Chaereas apud *Charitonem*, et Habrocomes apud Nostrum p. 73. v. 1. De

aliis

aliis similibus in scriptorum eroticorum fabulis conf. adn. ad p. 23. v. 2. p. 48. v. 15. p. 50. v. 8. 66. v. 1. LOCEL.

P. 17. v. 7. *ἐπ' αἰγιαλοῦ τινὲς ἦλθον.*] Modo vitio haec careant, [in edd. est ἐπ' αἰγιαλοῦ τινὸς ἦλθον] sensus erit, *vix in tabula ubi salvi evaserant, per litus aliquod procedebant.* Verum quum salvos e mari debuerit utique excipere litus, suspicabar scriptum fortasse ab *Xenophonte*, μέχρι τινὸς ἦλθον, atque ἐπ' αἰγιαλοῦ pendere a σωθέντες, *salvi in litus, ubi vix in tabula evaserant, aliquamdiu progressi sunt.* Aut, si construere malueris cum ἦλθον, hoc sensu, *ubi vix salvi in tabula evaserant, per litus aliquamdiu procedebant*, donec nempe in silvam illam incidebant, in qua errantes capti sunt ab Hippothoo. ABRESCH. Ut nihil horum probare possum, ita mihi certa videtur emendatio *Koenii* ad *Gregor.* de Dial. p. 26. qui pro vulgato τινὸς reponit τινές. Huic igitur in oratione ipsa locum praebui. LOCEL. *Higtius* haec adscripserat. „Mirum si „omnes una tabula servati fuerint nautae. Lege τινὲς ἦλθον." Idem non probabat *Abreschii* conjecturas; quas dum proposuit vir doctus non cogitavit Graecos de eo qui salvus ad littus pervenit non dicere σώζεσθαι ἐπ' αἰγιαλοῦ, sed εἰς, πρὸς vel ἐπ' αἰγιαλόν. Ut *Xenoph.* Cyrop. V. IV. 16. ἐσώζοντο πρὸς τὸ στρατόπεδον. *Ach. Tat.* III. p. 211. σῶζε σαυτὴν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον. *Joseph.* A. J. V. p. 263. διασωθέντες πρὸς τοὺς οἰκείους, ἐδήλωσαν sq. ubi male comma ponitur post διασωθέντες. Adde *Raphel.* Annot. in N. T. ex *Xenoph.* p. 182. PEERLK.

P. 17. v. 7. *εἶχον δὲ τὴν 'Ανθ.*] Malim εἶχον δὲ καί. Quae particula hic non bene deëst. PEERLK.

P. 17. v. 8. *τὴν ξὺν νύκτα* sq.] Ante haec verba excidisse quaedam putat *Mitscherl.* Quae qualia sint non video. Noctu vela fecerunt latrones, et naufragio in litus ejecti sunt. In regione litori proxima magna erat silva, in qua per noctem illam, qua fecerant naufragium, errantes, capti sunt a latronibus Hippothoi. Nisi forte id velit *Mitscherl.* nullam Hippothoi mentionem praecessisse. PEERLK.

P. 17. v. 11. *ἔδωκας κ. λ.*] Hoc non est initium epistolae. Quod si epistolam in compendium redactam dare voluerit Noster, ante ἔδωκας legendum τάδε aut τοιάδε τινά, *in hanc fere sententiam.* Sed quid attinebat scribere „*Collocasti me viro in regione externa?*" Id non ignorabat pater. Manto literas patri dabat, ut quereretur de marito, eumque accusaret. Forte leg. οἵῳ ἔδωκάς με ἀνδρὶ aut κακῷ ἔδ. Et mox δὲ post 'Ανθίαν delendum. PEERLK.

P. 17. v. 11. *ἐκελεύσαμεν.*] Male in Cod. Flor. exaratum est ἐπλεύσαμεν.

Mendum vero editionis Londin. ἐκελευσάμην neglegenter retentum fuit a curatoribus Lucensis et Vindobonensis editionis. LOCEL.

P. 17. v. 15. ἔρχεται.] „Verbum ἔρχομαι a Graecis poni solere pro *abire*, docuerunt *Raphel.* ex *Polyb.* et *Arrian.* ad *Matth.* XVI. 28. et ex *Polyb.* ad *Luc.* II. 44. Conf. *Homer.* Il. Τ. 233. *Schol.* ad *Aristoph.* Ran. 68. *Apollod.* lib. I. c. 9. s. 16. *Aelian.* V. H. lib. III. c. 1. *Hesych.* in voc. Pro *in via esse* posuit *Sophocl.* Philoct. 48. Oed. Col. 302. Pari ratione Latinorum *venire.* V. not. ad *Hesych.* l. l. Hoc tamen loco, ubi sermo est de fuga clandestina, omnino praeferam compositum ἀπέρχομαι, quod *Demosthenis* auctoritate per ἀποδρᾶναι explicatur. Ultima scilicet vocis Ἀνθίας syllaba praepositionem absorpsit." Verba sunt *Herm. Arntzenii* in Epist. Crit. de quibusdam *Pindari Thebani* locis. p. 31. LOCEL. Etiam ita conjecerat *Iligtius.* De significatione τοῦ ἔρχομαι pro *abeo* vide etiam *Albert.* Observ. Phil. p. 113. PEERLK.

P. 17. v. 17—18. ἄγει δὴ παρὰ τὸν αἰγιαλόν.] Cur seducit ad litus? Quid ullam litoris mentionem poscit? Tum ipse loquendi modus paullo insolentior suspicionem movet damni gravioris, quod nisi reducto versu uno atque altero sarciri nequeat. Nam si παρὰ τὸν αἰγιαλὸν vitio carent, intercidisse nonnulla necesse est illis vocibus sustentandis apta. Verum fieri vix potest, ut pro sinceris agnoscantur, aut commodum aliquod fulcrum inveniant. [Certe quae mox ad v. 5—6. supplevimus nihil adjuvant.] Aberat Antiochia ad Orontem (haec est enim in ista narratione sine dubio intelligenda) diei fere itinere litus Syriaci maris. Quamvis enim p. 47. v. 2. portus memoretur, quo deductam virginem Lampon Ciliciae mercatoribus vendiderit, nihil obstat quominus is Orontes esse credatur ad Antiochiam, ubi subvectae adverso flumine naves stationem habebant. Quodsi omnino ad Syrum mare fuisse pertendas, longioris viae ratio satis gravis Lamponi potuit constare, ut scilicet, occidere jussus, beneficium vitae servatae et accepti pretii lucrum tanto facilius immitem dominam celaret. Ager autem hic, curae Lamponis commissus, erat suburbanus; certe non procul ab Antiochia remotus, ut ipsius *Xenophontis* (cui potestas erat quem volebat situm adsignandi) indicio innotescit, quando de Moeride Mantus marito refert p. 45. v. 1—2. συνεχὲς δὲ ὁ Μοῖρις — εἰς τὸ χωρίον ἐρχόμενος, et p. 47. v. 15. Interea dum integriores membranae subsidio veniant, videndum est, an, conglutinatis unius verbi, quod male videtur discerptum, membris, aliquid ad salutem profici posset: παρεκάλει δὴ τὸν Λάμπωνα εἰπεῖν αὐτῷ. *Quum igitur venisset in agrum, ubi cum caprario Anthia morabatur, tum vero caprarium Lamponem orabat, ut sibi diceret*, etc. Nihil

Nihil admodum in hisce est, quantum video, quod lectorem vel adtentissimum impedire queat. Brevi orationis spatio ter repetitum *αἰπόλος* neminem offendet, qui stylo nostri scriptoris fuerit adsuetus. [Atque reapse ter sic repetitum inveniri in Cod. Flor. patebit e supplemento de quo mox v. 5 — 6. admonebimus.] *Παρακαλεῖν* simili modo saepius usurpat, p. 26. v. 1. p. 47. v. 1. Literae quam parum distent, cuivis apertum est. Huic tamen emendationi ut nonnihil diffidam, hoc scilicet unicum facit, *ἐλθὼν ἐν τῷ ἀγρῷ*, pro *εἰς τὸν ἀγρὸν*, [ut p. 47. v. 4.] nusquam alibi in *Xenophonte*, si memoria non fallit, obvium. Quamquam — idem p. 18. v. 6. *ἔκειντο εἰς γῆν*, pro *ἐν γῇ*. HEMSTERH. Haec utcumque scabra, hiulca, et lacunosa, ita conglutinat acumen viri docti, ut sensum fundant optimum. Plura certe hic deësse, quam quae sine integrioris membranae ope suppleri possint, haud obscure colligas ex illis, *ἕωθεν ἀναστὰς*, unde adparet apud caprarium noctem transegisse Abrocomen. *Ἐλθὼν ἐν τῷ ἀγρῷ* dictum puto, ut p. 42. v. 15. *γενομένη δὲ ἐν τῷ χωρίῳ, ἔνθα ὁ Λάμπων*. etc. *Lucas* in Euang. XXIII. 42. [et *Matth.* XVI. 28. Conf. *Xenoph.* de Venat. c. V. s. 8. et ibi *Zeun*] ABRESCH. *Koenius* ad *Gregor.* de Dial. pag. 77. hunc *Nostri* locum sic vult scribi: *ἐλθὼν — διέτριβεν. κατάγεται δὴ παρὰ τὸν αἰπόλον Λάμπωνα, ᾧ πρὸς γάμον* etc. quod se magna veri similitudine commendat. Addit idem vir ingeniosus, verbum *κατάγομαι* praeclare illustrari ab *Hemsterhusio* V. Adnot. ad p. 111. v. 7. LOCEL. Cuncta prius tentanda, sed immedicabile vulnus, ense recidendum est. Secundum hanc ego legem illud *ἄγει* explicaverim, et totum locum sic legerim; *ἄγει δὴ παρὰ τὸν αἰπόλον τὸν Λάμπωνα, ᾧ πρὸς γάμον* sq. *Adit caprarium Lamponem, cui* sq. Pro *τὸν αἰγιαλὸν* posui *τὸν αἰπόλον*, et posterius *τὸν αἰπόλον* ejeci. Ita *Anton. Liber.* cap. 38. *ἄγει πρὸς τὸν Ἶρον*. *Noster* addere solet pronomen. lib. V. c. 10. *σαυτὸν παρ' αὐτὴν ἄγε*. et c. 13. *αὐτοὺς ἄγουσι παρὰ τὸν Λεύκωνα*. Terent. Andr. IV. II. 25. *quo te hinc agis?* — *Ἄγει* etiam ita explicavisse postea vide *Palairetum*. „Eo sensu, inquit, occurrit, *ἄγειν* et apud alios. *Arrian.* Epict. lib. III. cap. 22. *ἄγωμεν ἐπὶ τὸν ἀνθύπατον*. Sic et *Aristoph.* Nub. 1302. *ἄξεις*, ubi *Schol.* vertit *ὁρμήσεις*, et *Biset.* *ἀπελεύσῃ*." PEERLK.

P. 17. v. 18 — 19. *τὸν αἰπόλον — τοῦ Λάμπωνος*.] Negligentia *Cocchii* in ed. Lond. atque adeo in ceteris, deficiunt quatuordecim haec verba quae nunc restituimus e Cod. Flor. Habuisse vero ea in suo apographo *Salvinium*, ex ejus versione adparet. Manent nihilominus obscura superiora illa, *ἄγει δὴ παρὰ τὸν αἰγιαλὸν*. Credibile est, non solum *τὸν αἰγιαλὸν* ex corrupto *τὸν αἰπόλον* ortum ducere,

sed

sed et hoc ipsum τὸν αἰπόλον, sive ante sive post Λάμπωνα, male inculcatum, omitti alterutro loco debere. Scripserat igitur fortasse *Xenophon* ἐλθὼν — διέτριβε, κατάγεται παρὰ τὸν Λάμπωνα τὸν αἰπόλον, ᾧ πρὸς sq. Equidem locum hoc modo convertendum esse putabam, ut sensus saltem aliquis in Latina oratione integer esset. LOCEL Etiam haec verba suppleverat *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 553. Hinc autem patet *Hemsterhusii* illud παρεκάλει, licet egregie excogitatum, veram tamen non esse lectionem. Jam enim εἰπεῖν habet quo referatur. PEERLK.

P. 17. v. 19. περὶ κόρης ἐκ Τύρου.] Fuerit hoc, de virgine quadam ex Tyro. Sin interponas, quod malim, περὶ κόρης τῆς ἐκ Τύρου, de illa virgine, quae Tyro huc advenit. HEMSTERH.

P. 17. v. 20. καὶ 'Ανθίαν.] Deëst καὶ in edd. Addidi auctoritate Cod. Flor. etsi mallem abesset, non enim quid h. l. significet video; nisi forte *Xenophon* paullo ante scriptum reliquit περὶ 'Ανθίας τῆς κόρης ἐκ Τύρου; tum enim apte responderet caprarius nomen eius puellae, quae apud se fuerat, etiam Anthiam fuisse. LOCEL.

P. 17. v. 20. αὐτοῦ.] Lege αὐτὴν, Anthiam nimirum. Pius in Anthiam Lampon, quia servaverat illibatam: ideo dictus εὐσεβεῖν p. 46. v. 4. HEMSTERH. Nihil est cur immutetur lectio Cod. Flor. αὐτοῦ, nam commodo, imo vero commodius, si quid video, refertur ad γάμον, quam si αὐτὴν substituas, ut ad Anthiam spectet. Saepe περὶ cum genitivo significare *quod adtinet*, admonuit *Zeun.* ad *Viger.* p. 633. LOCEL.

P. 17. v. 22. αὐτὸν.] Non deterius foret αὐτῷ, caprario scilicet. LOCEL. Ego *Locellae* non adsentior. Eleganter dictum est pro ὁ δὲ ἦν λέγει ὅστις αὐτὸς ἦν. Sic lib. III. c. 2. ἀκούεις τὴν Πέρινθον ὡς ἔνδοξος. Ita Cicero ad Divers. l. IV. epist. 1. *Rem vides quomodo se habeat.* ubi v. *Korte* et *Muncker.* ad *Hygin.* Fab. XXXII. p. 81. PEERLK.

P. 17. v. 23. ἕωθεν ἀναστὰς.] Reliquit, credo, *Xenophon* lectori intelligendum Habrocomen noctem apud caprarium egisse. Et saepius talia ex sensu verborum lectori cogitanda sunt, quae expressis verbis non memorantur. Moverunt interim haec verba *Abresch.* ut statueret nonnulla hic excidisse. PEERLK.

P. 17. v. 23. τὴν ἐπὶ Κιλικίαν.] Solet alias *Noster* in similibus post ἐπὶ secundum casum ponere e. c. p. 57. v. 5—6. p. 50. v. 12. p. 62. v. 7. p. 71. v. 8. p. 75. v. 8. Sed tamen et quarto usus est, pag. 71. v. 5. p. 75. v. 2. p. 107. v. 9—10. Nihilominus hunc casum fastidiens Vindob. editor reposuit Κιλικίας. LOCEL.

P. 17.

P. 17. v. 25. τῇ δ᾽ ἑξῆς.] Sic correximus pro τὸ δ᾽ ἑξῆς, quod, etsi manifeste mendosum, tamen tres supp. edd. insedit, neque sane opus erat, ut necessariam istam emendationem judicans *Hemsterh.* eam locis Nostri pag. 111. v. 9. p. 113. v. 7—8. stabiliret. LOCEL.

P. 17. v. 26. ξύλα.] Ξύλα quid in hoc sacrorum apparatu faciant, non capio: neque credibile est ligna victimae cremandae (diversus erat sacri immanis ritus,) commemorari, per eamque vocem hic exprimi. Quare cogitandum an praestet θυήλας vel θυλήματα. Στέμματα certe et θυλήματα iunxit *Theophr.* Charact. Eth. c. X. p. 50. ξ autem et θ haud raro in membranis permutari notum est. Θυμιάματα *Noster* habet in pompa Dianae p. 4. v. 1. Hanc ego conjecturam non vereor ne quis pro absurda et plane abjicienda traducat; attamen, simul atque obtulerunt acutissimus H. S. V. A. et egregius J. J. D. A. σκῦλα, cessi lubens, et vix continere me potui, quin ipsam nos habere *Xenophontis* manum faterer. Spolia certe miseris hominibus detracta, quin optime latronum sacris conveniant, nemo inficias iverit. Sed iidem, opinor, uno Martis simulacro, quod pro singulari sua religionis cura venerabantur, contenti esse potuerunt, nec opus habebant, ut plura secum circumferrent. Scripsit ergo Noster, καὶ ἄγαλμα τὸ τοῦ Ἄρεως, καὶ σκῦλα, καὶ στεφανώματα. HEMSTERH. Sacrificii scopus fuisse videtur, ut lustrarent latrocinium. V. *Achill Tat.* lib. III. c. 19. p. 201. ABRESCH. En iterum similitudinem casuum in narrationibus Eroticis; nam et ibi Leucippe, quemadmodum Anthia, immolationi fuit a latronibus destinata. Caeterum acuta est, ac fortasse vera conjectura σκῦλα, verisimilis etiam emendatio ἄγαλμα τὸ τοῦ Ἄρεως, tamen neutrum esse ejusmodi, ut a sobrio et cauto editore in ipsam orationem inferri possit, arbitratus sum. Postremo ξύλα legi quoque in Cod. Flor. propterea admoneo, ne quis, voce *signa* in *Cocchii* versione deceptus, suspicetur in Cod. MSS. exaratum esse ξόανα; nam *signa* pro *ligna* est error typothetae, correctus ipsa Cocchii manu in illo ejus altero exemplo, quo mihi uti contigit. LOCEL. Tota *Achill. Tatii* narratio lib. III. p. 201. conferri meretur cum nostra. Apparent non levia imitationis vestigia; uterque tamen tamquam ex communi fonte, *Heliodoro* hausit, nempe lib. X. p. 476 sq. ubi Theagenes et Chariclea, humanae victimae, tamquam ἀπαρχαὶ τοῦ πολέμου postulantur. — Utramque emendationem ἄγαλμα τὸ τοῦ Ἄρεως et σκῦλα laudat *Oudend.* ad *Appulej.* VII. Met. pag. 466. et sic mihi unice verum videtur, pro σκῦλα modo legatur σῦλα. Differentiam vocum observavit *Cor.* ad *Heliod.* Tom. II. p. 9. σκῦλα nempe esse praedam in bello caesis ereptam, σῦλα vero latronum. Habeo loca in quibus ista dif-

differentia non est observata, sed etiam saepe hae voces a librariis inter se sunt permutatae, ut et in l. l. *Heliodori* accidit. Memorat autem mox *Noster* στεφανώματα, quibus Martis simulacrum seque ipsi cingebant. Caeterum si quis totam sacrificii rationem cogitet, qua victimam eminus jaculis petebant, is jacula, huic usui propria, a latronibus una cum Martis simulacro et coronis fuisse expedita suspicetur, legendumque adeo pro ξύλα esse ξύστα. PEERLK.

P. 17. v. 29. δέχεσθαι τὴν θυσίαν.] Ita dicuntur Dei, quibus grata est sacrificantium voluntas. Arbitrabantur olim se ex certis signis illud posse perspicere, ut latrones h. l. *Schol.* ad *Homer.* Il. Τ. 403. δοκεῖ δ' ἐπειδ' ἂν θύωσι, βρυχώντων μὲν τῶν βοῶν, προσδέχεσθαι τὸ θεῖον τὴν θυσίαν, σιγώντων δὲ, λυπεῖσθαι καὶ μηνιᾶν νομίζεσθαι. Sic enim ibi scribendum esse pro σιγόντων et λιπεῖσθαι, monitum jam est ab aliis. Aliud habes exemplum in *Zosim.* Histor. Nov. lib. I. pag. 53. sq. *Joseph.* A. J. VIII. IV. ubi Salomo ἐναργέστατα τὸν θεὸν ἡδέως ἔγνω ἅπασαν τὴν θυσίαν προσδεχόμενον. PEERLK.

P. 17. v. 29. ἔδει.] *Higtius* malebat ἔδοκει, comparans lib. III. c. 3. ταύτην ἔδοξε τῷ Ἄρει θῦσαι. — Mox cum ψόφος τῆς ὕλης κ. λ. contulit *Villois. Long.* II. p. 52. PEERLK.

P. 17. v. 31. τῆς εἰρήνης — προεστώς.] Quandoquidem nullum prorsus, si quid intelligo, justum dubium esse potest, quin *Xenophon* Εἰρηνάρχην, (quem Latine *praefectum*, vel *custodem pacis*. vel denique, ut est in *Philoxeni* Glossario, *pacatorem* dicere possumus,) designaverit, non putabam mihi esse transcribendam longiorem ad h. l. disputationem *Hemsterhusii*; nam et ipse conjecturae suae diffidebat, et infirmas ejus rationes jam everterat *J. Casperius* in specim. Dissert. in *Xenoph. Ephes.* p. 5. Prodiit postea longe plenior et eruditior *Chr. Gottl. Schwarzii* Dissertatio de *Irenarchis*, recusa inter eius Exercit. Academ. a *Theod. Chr. Harlesio* collectas Norib. 1783. Huic nihil quod addam habeo, atque ex ea petere lector poterit a p. 232. ad p. 267. quae ad hunc *Nostri* locum illustrandum faciunt. LOCEL. *Liban.* Ep. 101. τῆς εἰρήνης ἐν Ἐλευσῖνι (ut legit *Hemst.* Observ. Vol. V. p. 27. pro Ἐλεύσῃ) προστάς. *Idem* ep. 446. vocat εἰρήνης φύλακα. ubi v. *Wolf. Calpurn.* Ecl. IV. 8. dixit *pacem regens*. Praecipuum illorum munus in eo constitisse videtur ut regiones sibi creditas a furibus et latronibus tutas praestarent. Itaque non immerito suspicatur *Oudend.* ad *Appulej.* VII. Met. p. 459. latrones ibi per εἰρηνάρχας interiisse. Muneris ratio fere descripta est his verbis *Corn. Frontonis* in Epist. ad Anton. Pium p. 17. ed. Maj. *Ex Mauretania quoque virum amantissimum mihique mutuo carum Julium Senem ad me voca-*

noavi, *cujus non modo fide et diligentia*, *sed etiam militari industria circa quaerendos et continendos latrones adjuvarer.* PEERLK.

P. 17. v. 30. ἀνὴρ τὰ πρῶτα — δυναμένων.] Legendum esse trajectis vocibus existimo, ἀνὴρ τῶν τὰ πρῶτα —δυν. Non quin exactissima sit locutio, et optimis scriptoribus usitata, ἀνὴρ τὰ πρῶτα τῶν δυν. quam alibi [ad *Lucian.* Colloquia Selecta, Amst. 1708. et multo post ad *Luciani* Opera T. I. p. 147.] satis illustratam dedimus, sed quia alterum illud perpetua *Xenophontis* nostri consuetudo postulat .... [conf. adnot. ad pag. 1. v. 1.] ita p. 81. v. 13. μεγάλα ἐν τῷ λῃστηρίῳ δυνάμενος. Caeterum ad illam priorem loquendi formulam quod adtinet, ea, praeter alios, non semel est usus *Heliodor.* lib. I. p. 42. lib. IV. p. 169. et, quod rarius, lib. VII. p. 350. εὐγενείας τὰ πρῶτα ὄντες. [*Eustath.* vero de Hysm. lib. IX. pag. 400. τὰ πρῶτα τῶν ἐπ' Ἀυλικώμιδι φέροντι.] Simili modo τὰ ἄκρα τῶν Ἑλλήνων, summa Graecorum, (ut *summa ducum Atrides*, *Ovidio*,) eruditione et eloquentiae studio Graecorum praestantissimi, *Phrynicho*, pag. 78. [voce Σύσσημον et Κατ' ὄναρ p. 184. 186.] HEMSTERH.

P. 17. v 33. πάντας τε ἀπέκτεινεν, ὀλίγους δὲ — ἔλαβε.] Ubi omnes fuerunt trucidati, quis paucis, qui vivi venerint in potestatem, locus erit relictus? Non aliter tamen *Xenophon* p. 92. v. 7. Ergo capiendum quasi Latine dicas *plerosque omnes.* HEMSTERH. Perinde hoc dicitur tamquam scriptum esset ὀλίγων χωρίς. *Apollod.* lib. I. c. 7. s. 2. Minutissime exsequitur *Lucian.* in Tox. pag. 86. [Vol. II. p. 547.] ἅπαντας μὲν τρέπουσι sq. Ut *Noster* hic, et p. 92. v. 7. pro *plerique*, *maxima pars*, sic quoque *Lucas* in Act. c. II. v. 7. et, pluribus per parenthesin interpositis, v. 12. 13. *Apollod.* lib. III. c. 5. s. 6. *Aelian.* de N. A. lib. VI. c. 63. sub fine..... *Hesychius* πάντες ἀντὶ τοῦ οἱ πλεῖστοι. Eodem modo λοιποὶ pro *reliqui plerique. Ach. Tat.* lib. III. c. 13. p. 187. ... Est ubi πάντες notat *reliqui* omnes. *Aristid.* Orat. in Achill. pag 30. πολλοὺς διέφθειρε — ἅπαντας ἔπαυσε. Frequens inprimis hoc sensu *Joseph.* A. J. lib. IV. c. 6. s. 12. lib. VII. c. 6. s. 2. conf. lib. XX. c. 4. s. 1. .... *Thucydides* contra, observante *Suida*, πολλὰ usurpare solet pro πάντα. Alibi significat *omnigenus*, *varius*, *omnis generis. Aristid.* T. I. p. 537. ἄνεμοι πάντες, p. 615. μεθ' ὅπλων ἁπάντων, et p. 414. ναυτῶν — ἁπάντων. ... ABRESCH.

P. 17. v. 34. ἀράμενος τὰ ὅπλα.] *Salvinius* male ad verbum reddidit *tenendo in alti le armi*: at *Cocchius* melius, *unus Hippothous effugere potuit*, *atque armo auferre.* Ἀιρεῖσθαι τὰ ὅπλα plerumque idem fere valet quod ὅπλα κινεῖν *arma movere*, et plus adeo quam ὅπλα ἀναλαμβάνειν, *arma sumere*, *capere;* ac persaepe

saepe bene Latine converti potest, *arma expedire*, vel *arma ferre in aliquem*. Desiderari in *H. Stephani* Thesauro formulam ἄιρεσθαι τὰ ὅπλα mirum est. Habent enim e. c. *Xenoph.* Cyrop. lib. IV. c. 2. s. 13. *Appian.* de B. C. lib. V. c. 47. *Herodian.* lib. VI. c. 8. s. 16. *Deo Cass.* lib. XXXVIII. c. 17. *Himer.* Orat. II. c. 7. *Arrian.* de Exp. Alex. lib. IV. c. 27. s. 4. ubi sine dubio legi oportet ἐναντία ἄιρεσθαι τοῖς ἄλλοις Ἰνδοῖς ὅπλα, pro αἰρεῖσθαι. Jam quidem in his aliisque locis constanter, ni fallor, dictum invenias de eo, qui arma capit ut alterum invadat, non ut se tueatur; quare hic Nostri locus de mendo suspectus cuiquam esse posset, propterea praesertim, quod qui se fugae praecipiti dant, non solent profecto arma sumere, sed potius abjicere. Exemplo sit vel ipse Hippothous, qui p. 92. v. 8. loco plane simili, suis omnibus caesis, μόνος, ἀπορρίψας τὰ ὅπλα, ἔφυγε; verum tamen nihil esse mutandum docent verba pag. 50. v. 14. συντυγχάνει τῷ Ἱπποθόῳ ὡπλισμένῳ. Igitur ἀράμενος τὰ ὅπλα nihil plus h. l. valet, quam *arma adsumere*. LOCEL.

P. 17. v. 35. τὴν Ἀνθίαν.] *Koen.* ad *Gregor.* de Dial. p. 176. addi vult καὶ ante τὴν, quod certe aptum foret si adesset, significaret enim Anthiam *etiam* in eorum fuisse numero, quos Perilaus vivos ceperat. Huic conjecturae versionem saltem nostram Latinam adcommodavimus. LOCEL. Omnino inserendum videtur καὶ. Postulat illud cum perspicuitas, tum Nostri consuetudo. Ita lib. III. c. 2. ἐπαγόμενος καὶ τὸν Ὑπεράνθην. lib. IV. c. 3. ἦγε δὲ καὶ τὴν Ἀνθίαν. lib. V. c. 4. κελεύει καὶ ἀυτὴν ἄγεσθαι. Atque ideo supplendum καὶ quoque dixi lib. II. c. 11. εἶχον δὲ καὶ τὴν Ἀνθίαν. Parthen. Erotic. c. VIII. ἐπαγόμενος καὶ τὴν Ἡρίππην. PEERLK.

P. 17. v. 35. συμφορὰν.] Incuria *Cocchii* deëst hoc vocabulum in edd. legitur vero in Cod. Flor. et habuisse in suo apographo *Salvinium* ex ejus versione, *la disgrazia*, adparet. Supplendum esse bene viderat perspicacissimus *Hemsterh.* Aliam ingeniosam emendationem proposuerat *Koen.* ad *Gregor.* de Dial. p. 106. [nempe θυσίαν]. LOCEL.

P. 18. v. 1. μεγάλης.] Pro μεγάλην, quod exhibent edd. sic reposui, admonitu *Hemsterhusii*, qui laudat *Joseph.* A. J. lib. XIX. c. 9. s. 2. Addere poterat supra quoque pag. 35. v. 1. apud *Nostrum* legi μεγάλας — συμφοράς. LOCEL. Et ita apud alios; v. c. *Charit.* III. p. 72. *Achill. Tat.* lib. I. pag. 41. μὴ κακῶν μοι γίνηται τὸ ἐυτύχημα μειζόνων ἀρχή. *Liban.* Epist. 284. *Ejusdem* T. I. p. 233. μεγάλων ἀρχὴ συμφορῶν laudavit *Palair.* Proprie *Eurip.* An-

Androm. 352. — τὴν ἀρχὴν ἀφεὶς — πρὸς τὴν τελευτὴν ὑστέραν ὅυσαν φέρῃ. PEERLK.

P. 18. v. 1. καὶ τοὺς.] Articulum in Cod. Flor. exstare adnotavit Cl. *Weigel.* Inserendum esse jam admonuerat *Abresch.* Carent eo Londin. editio et Lucens, sed habet Vindobon. clandestina editoris liberalitate. LOCEL.

P. 18. v. 2. ἀυτὸν.] Non habui ambiguum quin sic corrigerem mendosum ἀυτῷ in Londin. et Luc. edit. In Vindob. vero clam itidem fuit emendatum. LOCEL.

P. 18. v. 3. ἑαλώκει.] Perilaus, qui paullo ante victor Anthiam ceperat ἔλαβε, hic, quod non sine aliquo acumine dictum accipio, ἑαλώκει τῆς Ἀνθίας. Ita *Ovid.* Her. epist. IX. v. 2. *Victorem victae succubuisse queror: Propert.* — *Vicit victorem candida forma virum.* Conf. *Burm.* ad Anthol. Lat. T. I. p. 45. *Liv.* XXX. 12. *Non in misericordiam modo prolapsus est animus victoris, sed amore captivae victor captus.* Paris elegantiae est illud *Philostrati* Icon. I. 28. ἐγὼ μὲν οἶμαι ὥραν ἐκείνου τοῦ μειρακίου διαθηρῶντας ὑμᾶς, τεθηρᾶσθαι ὑπ' ἀυτοῦ. *Diogenis* dictum de victo amore Dioxippo refert *Aelian.* V. H. XII. 58. ὁρᾶτε τὸν ἀθλητὴν ὑμῶν τὸν μέγαν ὑπὸ παιδίσκης ἐκτραχηλιζόμενον. — Si quis locum *Xenophontis* simpliciter intelligat, illi favet quod Noster non amat acumina, observante etiam illud Locella p. 70. PEERLK.

P. 18. v. 6. πάντα — γίνεται.[Haud infreqnens loquendi modus, πάντα ἔιναι τινὶ, instar omnium esse, pollere gratia, auctoritate apud aliquem. *Lucian.* de Dea Syr. p. 892. Abdic. p. 825. *Herodot.* lib. III. c. 157. *Joseph.* A. J. lib. XIX. c. 2. s. 3. de B. J. lib. I. c. 24. s. 2. Non paullo rarius *Ejusd.* A. J. XVI. c. 2. s. 2. πᾶν γοῦν ἦν ἀυτῷ κατὰ τὴν στρατίαν. [*Achill. Tat.* lib, IV. c. 12. p. 358. lib. VIII. c. 9. p. 499.] Pro tertio casu adiunxerintne etiam genitivum dubitare liceat, quod apud *Alciphr.* lib. II. epist. 3. legimus, ἐγὼ ἀυτῆς ἐιμὶ πάντα. Conf. ibi *Bergler.* p. 236. ABRESCH. Illustrarunt etiam hunc loquendi modum *Interpretes Vellei.* ad lib. II. c. 103. et *Petron.* ad. c. XXXVII. LOCEL. *Heliod.* VII. p. 335. *Polyaen.* Strat. I. 40. 1. *Liban.* Ep. 60. Alia. Elegantissime autem verbis πάντα γίνεται subjunxit *Noster* γυνὴ, καὶ δεσπότις, καὶ παῖδες. *Homerus* Iliad. Z. 433. in qua quae de Hectore et Andromache canit plena sunt teneri affectus. Ἕκτορ ἀτὰρ σύ μοι ἐσσὶ πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ — Ἠδὲ κασίγνητος, σὺ δέ μοι θαλερὸς παρακοίτης. Quem locum certatim alii imitando expresserunt, ut *Eurip. Orest.* v. 730. *Dion. Halic.* A. R. VIII. pag. 521. *Ovid.* Her. epist. III. 51. *Tot tamen amissis te compensavimus unum — Tu dominus,*

minus, tu vir, tu mihi frater eras. Val. Flacc. Argon. II. 323. quod non effugit *v. d.* Observ. Misc. V. IV. p. 167. Suavissime *Propert.* II. 14. 23. *Quum tibi nec frater nec sit tibi filius ullus — Frater ego et tibi sim filius unus ego.* — Quod forte ante oculos habuit *Balthasar Castilioneus*, poëta elegantissimus, in his. *Et data cum tibi sim utroque orba parente puella, Solus tu mihi vir, solus uterque parens.* Neque latuit haec elegantia *Janum Secundum*, nostratem, quem paucae veterum elegantiae latuerunt. *Affinis, dominus, cunctaque solus eris.* — Locum hunc *Xenophontis* etiam illustravit similibus exemplis *Palair.* Observ. Philol. p. 407. PEERLK.

P. 18. v. 8. *μὴ καί τι.*] Sic exstat in Cod. Flor. at in edd. *μή τι καὶ* LOCEL.

P. 18. v. 8. *συγκατατίθεται — γάμον.*] Sciebam quidem *συγκατατίθεμαι* aut sine casu, aut cum tertio construi solere apud Graecos scriptores, e. c. apud *Demosth. Polyb. Dion. Halic. Plutarch. Epictet.* (in Encheir. et Dissert. Arrian.) *Lucian. Sext. Empiric. Diog. Laërt. D. Lucam. Dion. Cass. Clem. Alex.* aliosque; nibilo minus accusandi casum *rei*, ut dicimus, bene se habere h. l. judicabam, atque ex eo videbar mihi ostendere posse verbum *συγκατατίθεμαι*, velut Latinum *adnuo*, recte jungi accusandi casu rei. Postea dum pertinacius investigo, ut aliud testimonium inveniam, occurrit, ecce, mihi locus *Platon.* in Gorg. Vol. IV. pag. 118. Σὺ δὲ δὴ, πότερον συγκατατίθεσαι ἡμῖν περὶ τούτων τὴν αὐτὴν δόξαν, ἢ ἀντιφῄς; deinde alterum reperi apud Interpretes Alex. Exod. XXIII. 32. Οὐ συγκαταθήσῃ αὐτοῖς καὶ τοῖς θεοῖς αὐτῶν διαθήκην. Etiam in hoc Nostri loco dativi *βιαζομένῳ* et *ἐγκειμένῳ* non sunt cum *Cocchio* referendi ad *ποιήσει*, de quo jam admonuerat *Abreschius*, sed etiamsi absolutos, ut aiunt, esse velis, mente iterum repetendi forent ad *συγκατατίθεται.* Exemplis hisce infirmatur eorum sententia, qui in verbo isto per ellipsin subaudiri volunt *ψῆφον.* Vide *Dresig.* de Verb. med. c. CXXII. p. 456. LOCEL. Quod si quis locum attente perlegat, is credo non erit alienus a transpositione, quam olim proposui in Spec. Crit. p. 47. *συγκατατίθεται μὲν, καὶ σκήπτεται τὸν γάμον.* Hac re duae difficultates expediuntur. *Συγκατατίθεται* ponitur more consueto absolute, cum dativo personae *βιαζομένῳ*, et verba *καὶ σκήπτεται* loco mota sunt, quem vix tueri possunt. Quae *Locella* de verbo *συγκατατίθεσθαι* disputat, mihi quidem non placent. Nolo in his esse audax, sed fere est ut dicam *συγκατατίθεται γάμον* non esse Graecum. *Συγκατατίθεσθαί τινι* proprie notat *una cum aliquo calculum ponere, alicui assentiri*; intellecto *ψῆφον, γνώμην, δόξαν*, vel substantivis similis fere significationis.

Ejus-

Ejusmodi multa sunt exempla apud dictos Locellae scriptores, et *Albert.* Observ. Philol. p. 201. Sed propria verbi significatio non admittit accusativum rei, nisi substantivum quod intelligendum esse diximus aut simile. Locum *Platon.* Gorg. jam laudaverat *Bud.* Comm. Lat. Gr. p. 645. addens alterum *Basilii* *τὴν γνώμην τοῖς πράγμασι συγκατατίθεσθαι.* Ita fere *Cicero* de Fin. I. VI. *Democrito adjicit* sc. sententiam. Nec quisquam, credo, Latine dixerit *adjicit nuptias.* PEERLK.

P. 18. v. 9. *ἡμερῶν τριάκοντα.*] Infra p. 72. rursum Anthia integrum annum a Psammide sibi concedi postulat, impretratque. Similes dilationes ut prolatarent saltem quod futurum metuebant, poscunt Leucippe apud *Ach. Tat.* lib. IV. c. 7. p. 340. et Chariclea apud *Heliod.* lib. I. c. 22. p. 76. LOCEL.

P. 18. v. 10. *ἄχραντον τηρῆται.*] *Abresch.* comparat locum *Achill. Tat.* lib. VIII. c. 17. p. 527. LOCEL.

P. 18. v. 10. *καὶ σκήπτεται.*] Quem pretextum hic Anthia fuerit commenta non exponit; quod tamen facere videtur debuisse. Quare nihil est propius, quam ut excidisse quiddam existimes: nisi *Xenophontem* defunctum arbitreris scribendo tantum *καὶ σκήπτεταί τι*, quae vocula syllabae praecedentis similitudine facile potuit obliterari. HEMSTERH. Prorsus heic nihil agit *Abresch.* hoc uno contentus, quod ex *Ach. Tat.* lib. IV. c. 7. p. 225. quatuor haec verba adscripsit, *ταχύ τι σκήπτεται πιθανόν.* Nam quid, amabo, prodest obscuro isti, ne dicam, manco loco ad illustrationem aut supplementum, si *Ach. Tatius* usus fuisse ostendatur verbo *σκήπτομαι*, quo scilicet tot alii sunt usi? ipseque Noster, pag. 64. v. 7. p. 72. v. 3. et quidem *simulandi* potestate. Nihil omnino deësse, modo ad *σκήπτεται* subaudiatur *ἡ Ἀνθία*, nequeo mihi persuadere. Sed forsitan hoc ipsum nomen tantum excidit, scripsitque Xenophon, *καὶ σκήπτεται*, vel potius *καὶ σκήπτεται μὲν ἡ Ἀνθία, ὁ δὲ Περίλαος πείθεται.* Simili modo, licet pluribus verbis interpositis, post *σκήπτεται* pag. 72. v. 3. sequitur *πείθεται* v. 7. Admonendus praeterea est lector in Cod. Flor. scriptum reperiri *σκέπτεται*; quod repudiandum esse, retenta editionum lectione, nemo non videt. Breviter et concinne mentem loci reddidit *Cocchius*, convertens, *Simulanti Perilaus paret:* quem fere sequutus sum, nisi quod mihi visum est *πείθεται*, quemadmodum pag. 72. v. 7. p. 91. v. 4. valere potius *credit*, *fidem habet.* Idoneus est inprimis ad hanc significationem confirmandam *Luciani* locus de luctu Vol. II. p. 923 *Ὁμήρῳ τε καὶ Ἡσιόδῳ πειθόμενοι.* De reliquo haud rite mihi videtur docere *Villois.* p. 185. Animadv. ad *Long.* Past. lib. III. c. 12. in verbo *σκηψαμένη* ellipsin esse

vocis πρόφασιν, propterea quod *Longus* lib. III. c. 4. p. 286. eam addit. Σκήπτομαι per se solum valet *fingere*, *simulare*, idque in ipsis illis locis *Achillis Tatii* p. 154 et 164. quae adfert *Villoisonus*. In posteriore plane eadem est constructio, cum praepositione πρὸς et infinitivo ἀπιέναι, cuius vice apud *Longum* est ὡς ἄπεισι. Ubi contra *Longus* addit πρόφασιν σκήψαμενος est, *caussam aliquam praetexens*, *fingens*, quemadmodum dixit *Terent.* Eunuch. I. 2. 58. *fingit caussas ne det.* LOCEL. Non sine audacia *Locella* inserit verba μὲν ἡ Ἀνθία, sine auctoritate Codicis, et tamen hoc melius videtur *Mitscherl.* quam modesta *Hemsterhusii* ratio. — Mihi, ut supra dixi, jungenda videntur σκήπτεται τὸν γάμον, ut ita consueto more illud quod simulabat Anthia, addatur. Ita Noster lib. III. c. XI. σκήπτεται πρὸς τὸν Ψάμμιν ὅτι sq. ut *Plato* in Soph. ταῦτ' ἐσκήπτετο πρὸς ὑμᾶς. Plura *Rhunk.* ad *Timae.* in v. σκήπτομενος, quod explicat per προφασιζόμενος. conf. *Bast.* Lettr. Crit. p. 164—165. Vir doctus in Annal. l. l. mallet locum relinquere intactum, et vertere *caussas fingit*, ut in loco *Ciceronis* Ep. ad Attic. lib. XVI. ep. 9. quem in Spec. Crit. p. 47. laudaveram. *Ille urget*, *ego* σκήπτομαι. *Non confido aetati.* PEERLK.

P. 18. v. 11. γάμων ἁγνήν.] *Puram a concubitu.* Interpretes dant *puram a nuptiis*, quod an de concubitu intellexerint, nescio; occurrunt ita *nuptiae* et *conjugium.* v. Observ. Misc. Vol. II. p. 90. *Ach. Tat.* lib. V. p. 315. τιμήσωμεν αὐτῆς γάμῳ τὴν μητέρα, *opere nuptiali* bene reddit *Bergler.* et *Alciphr.* I. 14. Idem *Tat.* V. 285. ubi Tereus Philomelae ἕδνα τῶν γάμων δίδωσι μηκέτι λαλεῖν. Plane ut lib. I. *Anthol.* p. 27. ed. Lub. de se ipsa ait Philomela. — Στυγνὰ δέ μοι πόρεν ἕδνα πολυτλήτοιο γάμοιο — Γλῶσσαν ἐμὴν ἐθέρισσε, καὶ ἔσβεσεν Ἑλλάδα φωνήν. *Philostr.* Vit. Apoll Tyan. VII 6. virgines tres occisae Vestales ἐπὶ τῷ μὴ καθαρεύσαι γάμων. *Herodot.* III. 48. γάμων ἁγνάς. Et γαμεῖν ad animalia transfertur, quibus nihil nuptiarum cognitum nisi coitus, ut ait *Mercer.* ad *Aristaen* p. 143. Auctor *Pervig.* Ven. v. 3. — *vere nubunt alites.* Ita *Maerlandius* de pisce quodam, quem cum angue coire putat — *dat hij aan den slang huwde*, ap. *van Wijn* Historische Avondstond. Adde *Voet.* ad *Calim.* H. Apoll. v. 15. Haec notanda duxi, ne quis in *Xenophonte* hic cum *Higtio* legendum putet πρὸ γάμων — *ante nuptias* — ne eam attingeret ante quam nuptiae essent contractae. PEERLK.

P. 18. v. 13. πρὸ πολλοῦ τοῦ ἄντρου.] *Abreschius* insolentia hujus ῥήσεως commotus, emendari volebat ἐν πρὸ πολλοῦ ἀλόντος τοῦ ἄντρου, aut ἐν πόῤῥω που τοῦ ἄντρου; sed vulgata lectio, quae perspicue sic exstat in Cod. Flor. confirmatur e

Dion.

Dion. Halic. A. R. lib. IX. c. 35. p. 1840. καὶ αὐτῷ ὁ μὲν δῆμος πρὸ πολλοῦ τῆς πόλεως ἐστεφανωμένος ὑπήντα: quem locum subministravit *Tresling.* Advers. critic. pag. 70. In πολλοῦ subaudiendum esse videtur διαστήματος, quemadmodum in ἐκ πολλοῦ (quod pro πόῤῥωθεν aeque insolens est) apud *Thucyd.* lib. IV. c. 32. ἐκ πολλοῦ ἔχοντες ἀλκὴν: ubi v. Schol. Nescio cur verba τοῦ ἄντρου τοῦ ληστρικοῦ *Salvinius* verterit *grotta Issica*, quamvis in vicinia situm fuerit oppidum *Issus*; nam in Cod. Flor. distincte legitur ληστρικοῦ. LOCEL. Notavit pauca de ellipsi διαστήματος *Bos.* Ell. Gr. in voce. Ἐκ πολλοῦ non adeo insolens est. Utitur saepissime *Arrian.* Exp. Alex. *Xenoph.* Hellen. VII. iv. §. 13. *Id.* Anab. I. x. §. 11. ἐκ πλείονος. Πρὸ πολλοῦ dicitur de spatio tam loci quam temporis, et hoc cum illo saepe confuderunt interpres. *Lucian.* Ver. Hist. T. II. p. 463. πρὸ πολλοῦ ταράττον τὴν θάλατταν. *Polyaen.* Stratag. VIII. 32. §. 3. Caesar simulabat se effugere Helvetios; quare hi magna fiducia eum persequebantur. Quum vero Rhodanum transmittere vellent, Caesar ὃν πρὸ πολλοῦ ἐστρατοπεδεύσατο, non procul inde castra posuerat. — Male Interpres *multo ante.* *Philostr.* Vit. Ap. Tyan. lib. VIII. ὃν πρὸ πολλοῦ τῆς ἡμέρας. *Ach. Tat.* VIII. pag. 453. πρὸ πολλοῦ ἡμετέρας φυγῆς. *Artemi.* Oneir. IV. p. 27. πρὸ πολλοῦ τῆς ἀποβάσεως. PEERLK.

P. 18. v. 14. ἀπεπλάνητο.] Restitue ἐπεπλάνητο, quod est in supp. edd. atque a nobis inconsultius repudiatum fuit suasu *Hemsterhusii*, cui magis placebat ἀποπλάνητο; sive quod ἐπεπλάνητο, neglecto plusquamperfecti augmento, derivaret ab ἐπιπλανάομαι; verbo nec lexicis inserto, neque huic loco apto; sive potius, quod ei communis plusquamperfecti forma τοῦ πλανάομαι ideo suspecta esset, quia verbum istud *aberrandi* potestate, cum secundo casu construi non solet. Verum tamen sic adhibuit *Philo Jud.* Vol. II. p. 164. ed. *Pfeifferi*, si modo sana est lectio: πεπλάνηται γὰρ καὶ οὗτος τῆς πρὸς εὐσέβειαν ὁδοῦ. V. *Abresch.* Lect. Arist. p. 276. Ἐπιπλανάομαι, ne hoc praeteream, legitur ex *Democrito* apud *Clement. Alex.* Stromat. lib. I. p. 357. γῆν πλείστην ἐπεπλανησάμην, et apud Basil. Ep. I. T. III. p. 70. καὶ τούτῳ ἐπιπλανηθῆναι. LOCEL.

P. 18. v. 14. καὶ αὐτός.] His verbis quid facerent nescii *Salvinius* et *Cocchius*, omisere ea in suis versionibus: atque ipse jam non longe aberam ut etiam praetermitterem, quum subit animum referenda esse ad p. 47. v. 8 — 10. — ubi mercatores Cilices, qui una cum Anthia naufragium evaserant, per noctem in silva errasse, atque a latronibus capti fuisse narrantur. Nunc igitur, quemadmodum Anthia, sic et Habrocomes in eadem silva aberrasse recta in Ciliciam via dicitur.

Quae ad *συντυγχάνει* v. 14. adnotavit *Abreschius* omittuntur. Deinde v. 15. perperam in edd. exhibetur *προτρέχει*, quod, *Hemsterhusio* praeeunte, correximus. LOCEL.

P. 18. v. 16. *γάρ σε.*] Post *σε* addidi *ἔφη*, quod abesse recte non posse judicabam. Legitur quidem etiam in edit. Vindob. sed occulta editoris cura, qui dum emendat, ut *Plauti* Collybiscus dum amat et potat, etiam furtim esse vult, ne qui sciant. Mox v. 2. Cod. Flor. vitiose *ἀνδρικῷ*. LOCEL.

P. 18. v. 17. *ἡ πλάνη — ἀδικουμένη.*] Ultimam dictionem esse sanam praestare non ausim. Si sit, atque eruditis approbari queat, sensum utique percepisse non videtur interpres. [*Cocchius* enim vertit: *sane videtur erratio omnino a recta abesse.*] Hoc voluit ni fallor, Hippothous: error iste tuus omnino videtur ortus ex illata injuria, quae te coëgit solum vertere, ut incerta fuga vagari malles, quam inimicorum odiis expositum patere. Hoc clarius apparebit, si compares non diversum ejusdem Hippothoi dictum ad Abrocomen p. 57. v. 5—6. HEMSTERH. Ut hanc, quam vir ingeniosus protulit, loci hujus mentem esse vix ambigo, ita dubius sum quid pro *ἀδικουμένη* substituam. Quid si *ἀδικουμένου* reponamus? LOCEL. Illud *ἀδικουμένου* unice verum mihi videtur. Et ita conjecerat *Illgtius*. *Abresch.* *πλάνην ἀδικουμένην* explicat ob illatam injuriam damnumve susceptam. Mox pro *τὸν ἐκεῖ Πόντον* *Palair.* volebat *τὴν ἐπὶ Πόντου*, formula Nostro usitatissima. PEERLK.

P. 18. v. 19. *ἀναγκάζοντι.*] *Cogenti, blanda vi persuadenti. Horat.* I. Ep. 9. 2. *rogat et prece cogit. Heliod.* I. 47. *ὑπὸ δὲ τῶν λόγων ὥσπερ Σειρῆνος κεκηλημένος, καὶ πρὸς τὸ πείθεσθαι κατηναγκασμένος.* Eadem est ratio in *ἐκβιάζεσθαι.* ut Lucian. in Necyom. T. II. p. 101. *τί γὰρ ἂν καὶ πάθοι τις, ὁπότ' ἀνὴρ φίλος βιάζοιτο.* Idem Laelii responsum est ap. Cicer. in Amic. *Vim hoc quidem est afferre. Quid enim refert qua me ratione cogatis. Cogitis certe. Aelian.* V. H. II. 13. Alcibiades et Critias Socratem *εἰς τὸ θέατρον ἐξεβιάσαντο.* Conf. de *πειθανάγκη* *Valcken.* ad *Eurip.* Hippol. v. 921. Paulo ante pro *τὴν μὲν Ἀνθίας ζήτησιν* *Locel.* malebat *τῆς Ἀνθίας*, credens articulum a librario Cod. Flor. esse omissum. PEERLK.

P. 18. v. 22. *εἴ τι.*] Hoc loco *εἰ*, si mendo caret, valet *siquidem, quandoquidem.* Vide *Viger.* de Idiot. c. VIII. s. 6. p. 489. et *Hoogev.* de Partic. c. XIV. s. 1. p. 225. Pro *αὐτοῖς*, quod sequitur, scripserat fortasse *Xenophon αὐτοῦ ibi.* Certe, quae in latronum antro relicta esse poterant, solius Hippothoi erant, non item Habrocomis. Tamen si de relictis in antro cibariis locum intelligere,

figere malis, tum vero αὐτοῖς stare poterit, idque adeo in versione reddidi. *Salvinius* vero et *Cocchius* id in suis interpretationibus omiserunt. LOCEL. Emendatione non opus est. Ad antrum redibant, si forte ibi aliquid superesset, quod usus illorum postularet. Quae in antro erant, solius erant Hippothoi, non nego; sed quis nescit τὰ τῶν φίλων κοινὰ πάντα? Nec εἰ h. l. pro *siquidem*, sed vulgata significatione acceperim. Τὸ περιττὸν de die intellexisse videtur *Cocchius*, reddens — *Die illa ad antrum reversi, quod supererat, sese et equum reficiendo imsumserunt.* Sed sine dubio hic cogitandum de cibo, vestibus aliisque rebus ejus generis. PEERLK.

P. 18. v. 22. αὐτοὺς.] Ferri non potest αὐτοὺς, quantumvis aliis in locis recte ponatur ἀναλαμβάνειν ἑαυτὸν, ἑαυτοὺς, ut diximus ad p. 75. v. 7. Legendum est, εἴ τι αὐτοῖς ἔτι περιττὸν ἦν αὐτοῦ. καὶ τὸν ἵππον ἀνελ. Si quid ipsis adhuc reliquum erat ibi (eo in antro, cujus mentio praecesserat) et equum praeterea recipiebant, atque in unum colligebant, ut rebus omnibus convasatis institutum iter alacres susciperent. Nostro περιττὸν ita sumitur p. 7. v. 3—4. HEMSTERH. *Abreschius* ad verba, τὸν ἵππον ἀνελ. prorsus incassum, ut non raro alias, laudat *Polyaeni* locum lib. III. c. 9. s. 50. Ἰφικράτης — ἀναλαβὼν — ἀσφαλῶς ἀνεχώρησεν. Jam quod ad *Hemsterh.* emendationem adtinet, ea mihi non probatur; quare ἀναλαμβάνειν cum Cocchio cepi pro *recipere*. Bardus Vindobonensis pro αὐτοὺς substituit αὐτό. Perbelle! LOCEL.

P. 18. v. 22. τὸν ἵππον.] Servavi hanc edd. lectionem, quae in Londin. illata fuisse videtur e conjectura Salvinii, qui sic in apographo suo scripserit. Cod. Flor. habet τοὺς ἵππους, cui vero adversatur mox sequens ἦν γὰρ τῷ Ἱπποθόῳ ἵππος ἐν τῇ ὕλῃ κρυπτόμενος. LOCEL.

ADNOTATIONES

IN

XENOPHONTIS EPHESII.

LIBRUM III.

P. 19. v. 1. *παρῄεσαν.*] Sic est in Cod. Flor. at in edd. περιῄεσαν, quod interpretanti *Cocchio* fraudem dedit, sed corrigendum esse jam viderat *Abrechius.* Recte fuisse scriptum in *Salvinii* apographo ex ejus versione docemur: quare illud περιῄεσαν rursum indiligentiae *Cocchii* debetur. Infra in Latina interpretatione v. 3. pro *Habrocomes* lege *Hippothous.* LOCEL.

P. 19. v. 2. *μεγάλην καὶ καλήν.*] Haec vere dicuntur, ex historica fide; nam florentem opibus atque incolarum numero veteres describunt Mazacam, sive Caesaream Cappadociae. Μεγάλην καὶ εὐδαίμονα πόλιν vocat *Sozomen.* Hist. Eccl. lib. V. c. 4. . . . . *Mazacam nobilissimam civitatem*, *Hieron.* in Chron. ad A. MMXXXVII. Graeci solent τὰ Μάζακα, Latini saepe genere mutato, Mazacam, ut Tyanam, Lystram, Hierosolymam . . . . [Sic etiam *Pacan.* Metaphr. *Eutr.* lib. VII. c. 6. habet Μαζάκην.] Perrara est, quam Noster, usurpavit forma, neque tamen ab istarum regionum more multum abhorrens. Habemus Ἀνάζαρβον, et Ἀνάζαρβα, unde, non secus atque a Mazaco et Mazaca, Μαζακηνὸς et Μαζακεὺς oriuntur Ἀναζαρβὸς et Ἀναζαρβηνεύς. Plura sunt ejus generis, quae praetermitto.

mitto. Utrumque nomen Mazacae et Caesareae diutissime simul consitit; in scriptoribus, inquam, et usu vulgari: nam Mazacam et Mazacenos qui praebeant, nisi fallor, nummi reperiuntur nulli. . . . HEMSTERH. In eodem lapide apud *Chandler.* Inscr. Antiq. p. 92. sub a 241. legitur Καισάρεια, et sub a 221. Μάζακα. LOCEL. *Eutrop.* VII. 6. *maximam civitatem appellari suo nomine jussit* (*Tiberius*) *quae Caesarea dicitur, cum Mazaca antea vocaretur.* Sed quam antiqui in origine nominis *Caesareae* varient vide ap. *Lindenb.* ad *Ammian. Marcellin.* lib. XX. p. 92. observat. PEERLK.

P. 19. v. 3. συστήσασθαι.] *Joseph.* A. J. lib. XVII. c. 10. s. 5. lib. XX. c. 8. s. 5. ABRESCH.

P. 19. v. 10. τραγῳδίαν.] Res miserae sunt argumenta tragoediarum. Hinc *Heliod.* II. p. 68. τραγικόν τι καὶ γοερὸν βρυχώμενος. Propius ad Nostrum accedit *Eustath.* de Ism. etc. VIII. p. 348. τὰ δ' ἄλλα ζητοῦσα μαθεῖν, ὅλον δρᾶμα ζητεῖς καὶ ὅλον τραγῴδημα. *Cicero* pro Mil. cap. VII. *Nunc eiusdem Appiae nomen quantas tragoedias excitat!* Sic τραγῳδίας γράφειν in Phal. epist. p. 92. accepit Lennep. Achill. Tat. VIII. p. 463. ἐφ' οἷς δὲ ἐτυραννήθην τραγῳδῶν καὶ ἐνέπλησα βοῆς τὸ ἱερόν. Ubi equidem cum *Ruardio* legerim πᾶν pro καί. Et hoc placebat *Valckenario.* PEERLK.

P. 19. v. 10. διηγήσασθαι.] Quamquam alibi perpetuo *Noster* futurum adjungat, (vide pag. 58. v. 13—14, p. 61. v. 10. p. 63. v. 1. p. 73. v. 9—9. p. 81. v. 4—5.) nemo tamen, modo legerit, quae scripsit vir eruditissimus, *Hemsterh.* supra pag. 186. ad p. 34. v. 13—14. [Quaerenda haec sunt in Misc. Observ. Vol. IV. p. 286.] hic substitutum volet διηγήσεσθαι. ABRESCH. Multa deinde in hanc rem addit *Abresch.*, ut ostendat vix ullum reperiri verbum cum futuro constructum, cui non item äoristi accedant. Legi haec possunt in Misc. Observ. nov. Vol. III. p. 2. LOCEL.

P. 19. v. 11. ἐξηγεῖται.] Vix differre hic loci ἐξηγεῖται a διηγεῖται, ut nec in *Sophocl.* Electr. 428. et *Aeschyl.* Prom. 445. adnotat *Abresch.* deinde formulam τὰ κατ' αὐτὸν pluribus exemplis sine caussa illustrat. LOCEL.

P. 19. v. 13. εἰμὶ τὸ γένος.] Intellige κατὰ. *Anton. Liber.* c. XXII. ὅτι γένος μὲν ἐστιν ἐυκ ἀπὸ Διός. Ubi fustra *Munck.* conjicit ἔιχον. v. *Bast* Lettr. Crit. p. 115. *Herodot.* IX. c. 75. εἰμὶ δὲ γένος μὲν Κάη; et similia, in quibus, ut diximus, intelligitur κατὰ. Sunt etiam alia exempla, in quibus γένος et *genus* Latinorum est nominativus; ut in noto illo *Arati* τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμὲν; *Joseph.* A. J. III. 3. γένος δ' εἰσὶν οὗτοι Χαναναίων. *Virg.* IV. Aen. 12. *Credo equidem, nec*

vana fides, genus esse Deorum. Conf. *Gronov.* ad *Justin.* XVII. 3. 19. *Quae et ipsa genus Aeacidarum erat.* — Restituenda vox γένος est *Callimacho* Hymn. Jov. 79. Ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες, ἐπεὶ Διὸς οὐδὲν ἀνάκτων — θειότερον. Ubi legendum mihi videtur ἐπεὶ γένος οὐδὲν ἀνάκτων sq. quoniam nullum genus hominum divinius est regibus. Ita Hesiod. Op. et Dier. v. 158. Ἀνδρῶν ἡρώων θεῖον γένος. *Aristoph.* Vesp. 223. τὸ γένος τὸ τῶν γερόντων. *Plutarch.* de Educ. Puer p. 138. γένος οὐδέν ἐστιν ἐξωλέστερον — ὡς τῶν κολάκων. Melius est τὸ τῶν. *Ach. Tat.* VII. p. 441. τὸ τῶν δούλων γένος — δειλόν ἐστι. *Theophr.* Char. Eth. c. 26. ὡς μισητὸν τὸ τῶν δημαγωγῶν γένος. Et ita *genus spectatorum* ap. Phaedr. V. vii. 13, Nisi quis potius faciat cum *Lennepio*. qui ad Phalar. Epist. p. 103. locum Callimachi emendat, legens ἐπεὶ δ' ἴδες οὐδὲν ἀνάκτων — θειότερον. Conf. Rhunk. Ep. Crit. II. p. 129. PEERLK.

P. 19. v. 13. πλησίον — Θρᾴκης.] Vicinam vocat, quae est in ipsa Thracia: quamquam sic posset excusari, ut a Thracia disjungendam esse putaverit Propontidem, ad quam sita erat Perinthus. Sed de Nostri Geographiae peritia claudicante dicetur ad p. 72. v. 12. et p. 76. v. 7. LOCEL.

P. 19. v. 14. τὰ πρῶτ. δυνασ.] Vide adnot. p. 120. ad p. 1. v. 1. et p. 207. ad p. 49. v. 7. *Abreschius* hic rursum inutiliter comparat *Lucian.* de Lapith. p. 848, et *Thucyd.* lib. I. c. 55. LOCEL.

P. 19. v. 14. ἀκούεις.] Praesens pro praeterito: de qua enallage videsis *Hoogev.* ad *Viger.* c. V. s. 3. p. 208. et *Zeun.* in indice ad *Xenoph.* Cyrop. de Exp. Cyri, et Oeconom. Similiter *Charit* lib. VI. c. 7. p. 145. ἀκούεις ἃ πάσχουσιν οἱ βασιλέως ἐχθροί; nam ibi ἄκουε male irrepsisse admonuit *D'Orvill.* in Animadv. p. 549. Adde *Lucian.* in Lucio Vol. II. p. 571. et de Mort. Peregr. Vol. III. p. 345. Mox pro δὲ malim δή. Postea in Luc. et Vindod. edit. vitiose excusum est τὸν Πέρινθον pro τὴν Πέρινθον. LOCEL. *Heliod.* I. p. 26. *Philostr.* Heroic. cap. II. ἀκούεις δέ που καὶ Πλούταρχον ἐκεῖνον τὸν δεξιόν. PEERLK.

P. 19. v. 14. ὡς ἔνδοξος.] Sic in Cod. Flor. legi adnotavit Cl. *Weigel.* In edd. est ἔνδοξος. Monet ad h. l. *Abresch.* sic dici pro ὡς ἡ Πέρινθος ἔνδοξος, pluribus exemplis planum faciens, quod est planissimum Perinthum εὐδαίμονα πόλιν vocatam fuisse a *Diod. Sic.* lib. XVI. c. 75. adnotavit *Hemsterh.* eique urbi idem quod Mazacae contigisse, ut prisco Perinthi nomine conservato, aliud insuper Heracleae adscisceret; (quamquam in numis numquam Heraclea nominatur) quam mutationem nominis infra Aurelianum esse demittendam non obscure videatur indicare *Zosim.* lib. I. c. 62. (verum tamen in inscriptione sub Aureliano jam vocatur Heraclea. V. Misc.

Misc. Observ. Vol. III. p. 203.) Cetera de nomine huius urbis fusius ab *Hemsterh.* disputata, sed ad Auctorem nostrum illustrandum, aevumque quo floruit, propius indicandum non facientia, praetermitto. Plura, si quis requirat, inveniat in *J. Gasperii* Specim. Diss. de *Xenoph. Ephes.* p. 10 — 12. LOCEL. „Perinthus, antiquum nomen, nunc Heraclea. *Ammian.* XXVII. 4. Situm dat *Diodor.* Sicul. XVI. 77.' Haec notavit *Wasse* ad *Thucyd.* II. pag. 17. Hodie *Pantiro* dicitur, apud *Goltz.* num. tab. XXVI. observante *Berkel.* ad *Steph. Byzant.* in voce. PEERLK.

P. 19. v. 15. *εὐδαίμονες ἐνταῦθα. ἐκεῖ.*] Ita *Hemsterh.* hunc locum distinxit, et cum eo *Locel.* — Male in ed. Lond. legebatur *εὐδαίμονες. ἐνταῦθα ἐκεῖ* — unde *Palair.* effecerat *εὐδαίμονες. ἐνταῦθα ἔτι* — Non male. PEERLK.

P. 19. v. 16. *γυμνασίοις.*] In quibus nudi juvenes luctabantur, turpis amoris irritamentum. Apud *Parthen.* Erot. c. VII. Antileon amabat Hipparinum, *περὶ γυμνάσια διατρίβοντι πολλὰ τῷ παιδὶ προσφυείς.* *Maxim. Tyrius* de tali amante, non tamen *αἰσχρῷ*, qui *ἀγάλλεται τῷ ἔρωτι, καὶ ἐν γυμνασίῳ συμπλέκεται* ——. Adde Burm. ad Petron. p. 416. PEERLK.

P. 19. v. 16 — 17. *διαπαλαίοντα.*] Si proprietatem verbi compositi spectes, vertendum erit *lucta cum aliis contendentem.* *Aristoph.* Equit. 570. (ubi Scholiastae *ἀνεπάλαιον. ἀνεμάχοντο* ad sententiam opportunius est, quam ad ingenium verbi explicandum,) Schol. *Apoll. Rhod.* ad II. 500. de Cyrene: *διαπαλαίουσά ποτε λέοντι.* HEMSTERH. Alia exempla verborum *διαμονομαχέω, διαπυκτεύω, διαείδω, διαθρύπτομαι, διαζηλοτυποῦμαι, διαδορατίζομαι, διαριστεύομαι*, etc. ab eodem viro docto prolata, non transscribo. *Abrechius* addit *Apollod.* lib. III. c. 12. s. 2. *Achill. Tat.* lib. IV. p. 271. et *Joseph* de B. J. lib. VI. c. 9. s. 4. ubi est *διαμαχῆσαι.* Opportune sane h. l. indicat *Xenophon* praecipuum illud in Gymnasiis ad *παιδεραστίαν* incitamentum. LOCEL. Praepositio *διὰ* his similibusque verbis addit significationem certaminis. v. *Wyttenb.* ad Select. Princ. Hist. p. 379. et *Kuster.* ad *Aristoph.* Eq. 1400. PEERLK.

P. 19. v. 17 — 28. *ἐπ' αὐτῆς.*] Lege *ἐπ' αὐτῇ*, nimirum *ἑορτῇ*. Post festi celebrati pompam, pro more sequebatur *παννυχίς*. Sic *σπείσας ἐπὶ τῇ θυσίᾳ* *Arrian.* de Exp. Alex. lib. VI. c. 9. s. 11. HEMSTERH. Confirmare hanc emendationem sibi visus est *Abreschius* locum *Josephi* adferendo, A. J. lib. XIII. c. 11. s. 3. *εἰσῆλθε μετάνοια. καὶ νόσος ἐπ' αὐτῇ.* Atqui, o bone, ecquem tandem putabas fore, qui nesciret aut dubitaret *ἐπὶ* cum dandi casu interdum valere *post*? Non tibi istud erat ad stabiliendam emendationem docendum, sed ob

eam caussam ἐπ' ἀυτῇ ap. Nostrum corrigi oportere, quia pervigilia *post* festivam pompam agi consueverint. Nimirum hoc illud est, quod mihi persuaderi non facile patiar. Novimus Graecorum diem ab occidente sole incepisse: nonne igitur valde verisimile sit, a pervigilii nocturni celebratione initium festorum fuisse factum? Ita hodieque in sacris nostris ritibus *vigilia festi* celebratur. Ubi plures dies festo essent constituti, totidem etiam plerumque pervigilia agebantur: sic tamen, ut a primo pervigilio, quemadmodum diximus, initium festi fieret. Certe videor mihi hoc vel e solis illis in *Pervigilio Veneris* toties repetitis verbis, *cras amet*, recte posse colligere; ubi etiam ex v. 42. manifestum fit, tria agitata fuisse pervigilia, tresque festos dies celebratos. Jam vero Romanorum festa ad Graecorum morem fuisse instituta, eorumque diem a media nocte numerari coepisse, nemo nescit. Igitur, quum in Romano Veneris festo, de quo nunc sermo est, prima dies esset prima Aprilis, ea nocte, quae ab ultima Martii incipiens usque ad illucescentem diem primam Aprilis perdurabat, celebrari primum Veneris pervigilium consuevisse, pro certo habeo. Porro inter ea, quae de pervigiliis adfert *Zosim.* lib. II. c. 9. p. 101. et seq. gravissimum pro mea sententia argumentum mihi suppeditari existimo in verbis illis p. 107. ubi, postquam dixisset ludos saeculares tribus diebus ac totidem noctibus celebrari, mox clare docet a prima nocte fuisse factum: *τῇ δὲ πρώτῃ τῶν θεωριῶν νυκτὶ — — τῇ δὲ μετὰ ταύτην ἡμέρᾳ*, sq. Sed et de Graecorum more celebrandi pervigilia vix dubitabis, si adtente perlegeris quae de pervigiliis in Diasiorum festo apud *Eustath.* de Amor. Hysm. lib. VI. et VII. habentur. Firmat quoque, ni fallor, opinionem nostram locus *Plutarchi* de Superst. Vol. VI. p. 611. *τῆς θυσίας ἐφ' ἡμέρας τρεῖς συντελεσθείσης ὑπ' ἀυτοῦ, καὶ τῇ τελευταίᾳ παννυχίδος ὄυσης* — etenim tertius atque ultimus festus dies a sole occidente praecedentis diei incipiens, cum sole occiduo terminabatur: itaque ea nox, quae post tertium diem exactum sequebatur, non jam amplius ad eum, neque adeo ad festum pertinebat; quamobrem non erat caussa cur illam noctem pervigilarent. Plura fortasse dabunt, si qui sunt, quos equidem non novi, qui separatim, vel saltem copiosius diligentiusque de pervigiliis scripserint. De reliquo *ἐπ' ἀυτῆς* in hoc Nostri loco reddi posset, *ad eam* (solemnitatem) *sub ea*, vel *in ea*, aut *per eam* i. e. *ea durante.* Nos ita sumus interpretati, ut lectori liberum esset, velitne nobiscum an cum *Hemsterh.* sentire. LOCEL. Ego locum ita censeo esse distinguendum. *ἑορτῆς ἀγομένης ἐπιχωρίου καὶ παννυχίδος, ἐπ' ἀυτῆς πρόσειμι τῷ Ὑπεράνθῃ — quum publicum aliquando festum celebraretur et pervigilium, eo durante pervigilio adeo ad Hyperanthem.*

Scie-

Sciebat hoc tempus esse opportunum illius conveniendi, sive quod Hyperanthes solus domi esset relictus, dum parentes festo aderant, sive etiam ipse festo adfuerit. In turba enim non erat periculum ne observarentur. Lib. V. c. 1. idem narrat Aegialeus — *τῇ πόλει παννυχίδος ἀγομένης συνήλθομεν ἀλλήλοις*, et ibid. c. 7. ait Anthia, *παῖς ἔτι οὖσα ἐν ἑορτῇ καὶ παννυχίδι ἀποπλαγχθεῖσα τῶν ἐμαυτῆς* sq. *Heliod.* I. Aeth. p. 19. *ὁ μὲν πατὴρ εἰς τὸ πρυτανεῖον ἐξιτεῖτο, καὶ ὡς ἂν ἐν τοιαύτῃ πανηγύρει καὶ πότῳ πανδήμῳ, καὶ διανυκτερεύειν ἔμελλεν*, quam occasionem ibi rei gerendae non dimisit noverca. Quae autem acute hic disputat *Locella* de initio celebrati pervigilii, ea non multum huc facere arbitror; neque credo istam consuetudinem a *Xenophonte* hic esse observatam. Nam si et haec in eo ad fidem historicam essent exigenda, h. l. scribere debuisset *παννυχίδος καὶ ἑορτῆς ἐπιχωρίου ἀγομένης*, et lib. V. c. 7. *ἐν παννυχίδι καὶ ἑορτῇ*, ut v. c. Philostr. Ep. 42. *μηδὲ Ἀττικὴ [δοκεῖς εἶναι,] τὰς γὰρ παννυχίδας καὶ τὰς ἑορτὰς — οὐκ ἄν ποτε ἠγνόησας.* Nunc autem quum *Xenophon* noster *ἑορτὴν* praemittat *παννυχίδι*, ita, credo, nos intelligere voluit ut *pervigilium* sequeretur *diem festum*. *Palairet.* conjecit — *παννυχίδος, ἐξ αὐτῆς* — *statim, confestim* — cujus locutionis dedit aliquot exempla. PEERLK.

P. 10. v. 1. *κατελεῆσάν με.*] *Abresch.* adnotat hoc verbo etiam uti *Lysiam* in Andoc. p. 102. extr. Pro eo malebat *Palair.* *καὶ ἐλεῆσέν με.* et alter vir doctus *κατελεήσειν.* Sed non opus est emendatione. PEERLK.

P. 20. v. 1. *καὶ τὰ πρῶτά γε τοῦ ἔρωτος ὁδοιπορεῖ Φιλήματα.*] Et hunc locum facies planiorem ita distinguendo; *καὶ, τὰ πρῶτά γε τοῦ ἔρωτος, ὁδοιπόρει Φιλήματα.* *Et, quod primum in amore* (ab amantibus) *fieri solet*, *commeabant* (i. e. invicem dabantur) *oscula.* Verba *τὰ πρῶτά γε τοῦ ἔρωτος* in medio posita, absolute sunt intelligenda, ut *Xenoph.* Anab. II. 5. *πρῶτον μὲν γὰρ καὶ μέγιστον.* *Plutarch.* de Fort. Alex. Orat. II. p 80. *ἔσχατον δὲ τῶν δεινῶν.* et sim. Fateor in hoc loco explicando me primum difficultatem sensisse, quam Interpretes, credo, dissimulavere. *Cocchius* vertit. *Primique amoris gradus fuerunt* — *Locella.* *Primi amoris viae duces fuerunt* — Sed neuter mentem *Xenophontis* expressit. Aegialeus dudum amabat Hyperanthem; hic, motus misericordia, nihil se ei negaturum dixerat; ut adeo de gradibus aut ducibus amoris amplius non sit cogitandum. Gradus quidem quomodo sint intelligendi patet ex noto illo *Ovidii* — *Notitiam primosque gradus vicinia fecit.* Aliter hos gradus describit *Ach. Tat.* II p. 71. PEERLK.

P. 20. v. 2. *ψαύσματα.*] Quod *Xenoph.* Sympos. c. IV. s. 26. vocat *συμ-*

 φαύειν

ψαύειν τοῖς σώμασι, et c. VIII. s. 23. ψηλαφήμα, id festive Socrates ap. Eumd. M. S. I. 11. ὅτι δ Κριτίας ὑικὸν δοκοίη πάσχειν, ἐπιθυμῶν Εὐθυδήμῳ προσκνῆσθαι, ὥσπερ τὰ ὑίδια τοῖς λίθοις. Quo loco etiam utitur *Max.* Tyr. Diss. X. Κνίσματα ἐρώτικα appellat *Liban.* epist. 1537. Apud *Long.* II. Past. c. VII. omnino cum *Wyttenb.* legendum ἦσαν δὲ καὶ χειρῶν περιβολαὶ, θλίψιν τοῖς σώμασι παρέχουσαι, pro στόμασι. Alia similia notavit ad h. l. *Abresch.* PEERLK.

P. 20. v. 3. τὸ τῆς ἡλικ. ἀλλήλοις ἀνύπ. ἦν.] Si scriptura vitio vacat, sensus est, ut arbitror, *ea erat aetatis nostrae juvenilis simplicitas, ut neuter alterum haberet suspectum!* eoque modo apte praecedentibus adhaeret. Si legeris ἄλλοις pro ἀλλήλοις, quod forte multis non displicebit, alia longe mens exsistet hujus loci: *aetas nostra tenera nullam in aliis mali suspicionem excitabat:* quod accuratius cum sequentibus congruere videbitur. HEMSTERH. Posterior quidem expositio longe aptior est, sed mendosam esse vulgatam lectionem suspicor, et *Xenophontem* scripsisse τὸ τῆς ἡλικίας παράλληλον ἀνύποπτον ἦν, atque huic conjecturae versionem adcommodavi. Consentiunt *Salvinii* et *Cocchii* interpretationes: in illa est, *l'uguaglianza dell' età*; in hac, *ob eandem aetatem.* LOCEL. *Mitscherlichio* nihil hic satisfacit. Ego locum ita accipio, ut τὸ τῆς ἡλικίας ἀλλήλοις idem significet atque si esset scriptum τὸ τῆς ἡλικίας ἀλλήλων (de quo dicendi genere monui ad lib. II. c. 5.) et interpretor: *Ea erat utriusque aetas, ut ob amorem nostrum in suspicionem cadere non possemus.* Honesti ἐρασταὶ erant plerumque ἡλικιῶται, ut hic alter erat νέος alter μειράκιον. Si vero provectioris aetatis homo, qualis erat Aristomachus, amaret μειράκιον, talis aetas non erat ἀνύποπτος. Atque illud est quod in plurimis veterum locis et omnino in hoc amoris genere observatum velim, in quo mihi diserto esse non lubet. PEERLK.

P. 20. v. 4. δαίμων τις ἡμῖν ἐνεμέσησε.] Ut *Lucian.* in Amor. p. 1043. et sic saepius loquitur *Libanius.* ABRESCH. Etiam *Noster* rursum p. 87. v. 13. et *Charit.* lib. III. c. 4. p. 68. Quo et spectat δαίμων βάσκανος ibidem lib. I. c. 1. p. 4. lib. III. c 2. p. 61. si quidem operae pretium sit talia adnotare. Deëst in edd. pronomen ἡμῖν, quod e Cod. Flor. supplevimus. LOCEL. *Charit.* lib. III. p. 49. εἰ μὴ δαίμων τις τιμωρὸς τῆς Καλλιῤῥόης ἐνεμέσησεν. *Achill.* *Tat.* lib. III. p. 211. *Lucian.* Asin. T. III. p. 360. Eodem pertinet illud *Ovidii* Her. epist. V. 5. *Quis Deus opposuit nostris sua numina votis.* Ex opinione scilicet veterum, qui calamitatem aliquam Dei alicujus invidiae tribuebant; δαίμονος ἐπιβουλὴν vocat *Xenoph.* Cyrop. V. 1. s. 27. Hinc saepissime apud Latinos poë-

tas

tas *invidi Dei*, *invida fata*, et sim. conf. *Olear.* ad *Philostr.* Vit. Soph. lib. II. p. 575. PEERLK.

P. 20. v. 5. τῇ Περίνθῳ.] Alibi constanter πλησίον construit casu secundo, ut alii scriptores. Vide modo p. 52. v. 8. p. 54. v. 6. p. 65. v. 15. p 76. v. 9. p. 108. v. 3. Ut hic loci, ita apud *Joseph.* A. J. lib. II. c. 5. s. 5. lib. III. c. 6. s. 7. et sic ἔγγιστα lib. V. c. 9. s. 3. et πέλας apud *Aeschyl.* Suppl. 216. Ellipticum est illud *Apollod.* lib. I. c. 9. s. 12. ὃν οὔτε ἄνθρωπος οὔτε θηρίον πέλας ἐλθεῖν ἐδύνατο, i. e. πρὸς ὄν. ABRESCH.

P. 20. v. 6. μέγα φρονῶν.] Sic melius exhibetur in Lucensi et Vindobonensi editione pro μεγαφρονῶν, quod habet Londin. LOCEL.

P. 20. v. 7. εὐθύς.] Interpres *Cocchius*, *is vix Perinthum ingressus*, ceu εὐθὺς junxisset cum ἐπιβάς. Jungi debent εὐθὺς ὁρᾷ. Multus est *Xenophon* in structuris istiusmodi turbatis. P. 23. v. 1. v. 8. p. 34. v. 12. p. 66. v. 5. p. 73. v. 4—5. p 76. v. 15. p. 97. v. 3. p. 105. v. 11—12. et quae alia observavit vir doctus ad p. 87. v. 13. et 96. v. 10. Neque tamen est existimandum hoc peculiare Nostri; nam et alii sic loqui amant. *Aeschyl.* Choëph. 560. . . ARESCH. Trajectiones verborum Nostro esse familiares verum est; sed erunt, credo, qui mecum negabunt εὐθὺς, quod h. l. valet *subito*, transpositum esse; nam verba εὐθέως ἁλίσκεται, quae statim subjiciuntur, satis declarant εὐθὺς non pertinere ad ὁρᾷ, sed conjungenda esse ὁρᾷ — καὶ εὐθέως ἁλίσκεται! LOCEL.

P. 20. v. 8. τοῦ μειρακίου.] In edd. nulla posita est distinctionis nota, neque post ἁλίσκεται, neque post μειρακίου, quapropter ambiguum manet, sitne iste casus secundus jungendus cum ἁλίσκεται, (de quo vide adnot. ad p. 84. v. 7.) an cum θαυμάσας τὸ κάλλος. Prius praetuli. LOCEL.

P. 20. v. 9. οὐκέτι μέτριως κατεῖχε.] Haud disparile huic *Parthenii* cap. XXXIII. τὸν ἔρωτα οὐκ ἠρέμα φέρων. ABRESCH.

P. 20. v. 10. προσέπεμπεν.] Ego quam recte dicatur et eleganter προσπέμπειν τινὶ, adlegare ad aliquem, non ignoro: sic enim *Thucyd.* lib. VII. c. 35. et plures alii, intellecto τινὰ, vel τινάς. Sed hic, culpa librarii, post πρῶτα videtur omissum δῶρα; nam ab opibus Aristomachum laudarat, talemque praedicaverat, qui dona large posset mittere. Quae quoniam parum valebant ad expugnandum animum adolescentis Hippothoo dediti, ad patrem ejus se contulit ἐλάττονα χρημάτων. Ideo quoque, ὡς δὲ ἀδύνατον ἦν αὐτῷ, quum donis eum vincere non posset. Scio argumentum adversus me posse capi ex οὐδένα προσίετο; sed infirmius, opinor, quam quod suspicionem meam evertat. HEMSTERH. Si, quod inserendum

rendum putat vir Cl., addideris δῶρα, οὐδένα fuerit plurale neutrum, quo in multitudinis numero utitur *Aristid.* T. III. p. 158. ἵιμαι δὲ — ζώων — οὐδέσιν. Verum nihil existimem desiderari, modo προσέπεμπεν accipiamus eo sensu, quem ex nescio quo grammaticorum veterum, docet *Phav.* in v. Ἐπιπέμπειν. Ἐισπέμπειν, dicit, προσπέμπειν καὶ προπέμπειν (addere poterat διαπέμπειν, vel potius διαπέμπεσθαι) ταυτὸ δηλοῖ; κυρίως ἐπὶ τῶν προαγωγῶν, οὓς οἱ ἐρῶντες ἐπὶ τὰ παιδικὰ, πειρώμενοι, πέμπουσιν ὑπὲρ τοῦ τυχεῖν. [Adsentiri videtur *D'Orvill.* ad *Charit.* pag. 402.] *Parthen.* Erotic. c. XXV. — οὗτος διαπεμπόμενος πρὸς αὐτὴν, χρυσόν τε πολὺν καὶ ἄργυρον ἐπηγγέλλετο δώσειν, et iterum, qui locus inprimis Nostri fere geminus, c. IX. διεπέμπετο πρὸς αὐτὴν — ἡ δὲ οὐ προσίετο τοὺς παραγινομένους. . . Προσίεσθαι eadem de re adhibet *Alciphr.* lib. I. ep. 33 et 34. . . . ABRESCH. Adde ep. 38. et *Long.* Past. lib. IV c. 9. p. 430. Προσπέμπειν eo sensu, quem *Abreschius* huic loco esse adcommodatum bene viderat, in exemplis ab eo adlatis non construitur cum solo dandi casu personae, nulloque adjecto accusandi casu rei, velut apud Nostrum; itaque ad rem illa proprie non faciunt. Adhiberi vero προσπέμπειν cum praepositione πρὸς et accusandi casu personae, vel etiam sine casu pro *mittere*, *adlegare*, *lenones* puta vel *alios quoslibet*, qui amatos verbis, promissis etc. sollicitent ac perducant, sane nihil erat cur pluribus ostenderetur. Igitur, quoniam in hoc verbo non magis, quam in προσίεσθαι (quod per se solum nihil plus significat quam *admittere*) subaudiri soleat δῶρα, sed exprimi debeat; res utique rediret ad *Hemsterhusii* conjecturam: quae mihi tamen neutiquam placet. *Cocchius*, quasi vero προσπέμπειν idem significare posset quod μεταπέμπεσθαι, usus est in sua versione verbo *arcessere*, et προσίεσθαι reddidit *adire*. Ego mihi hunc locum magis ad mentem quam ad verbum esse interpretandum judicabam. LOCEL. Gravius mihi locus videtur esse corruptus. Legimus, ut nunc est, τὰ μὲν πρῶτα τῷ μειρακίῳ προσέπεμπεν; ὡς δὲ ἀδύνατον ἦν αὐτῷ, (ὁ γὰρ Ὑπεράνθης — οὐδένα προσίετο.) πείθει τὸν πατέρα αὐτοῦ. Quamvis post verbum προσέπεμπεν intelligas τινὰς vel προαγωγοὺς, unde porro illud οὐδένα pendeat, quomodo quis mihi explicet ὡς δὲ ἀδύνατον ἦν αὐτῷ? Quid Aristomacho erat ἀδύνατον? Ex verbis, ut nunc leguntur, intelligi debet προσπέμψαι τῷ μειρακίῳ, quod sententiae loci omnino est contrarium. Legendum itaque suspicor, τὰ μὲν πρῶτα τῷ μειρακίῳ λόγους προσέπεμπεν, ὡς δὲ ἀδύνατον ἦν αὐτῷ πεῖσαι, (ὁ γὰρ Ὑπεράνθης — οὐδένα προσίετο.) πείθει κ. λ. Ut λόγους προσφέρειν τινὶ sic etiam προσπέμπειν in hac re frequentatur, notatque *verbis aliquem sollicitare*, *appellare*. *Apollod.* II. III. 1. cum Stheneboea alicujus amore flagraret προσπέμπει λόγους περὶ συνουσίας. τοῦ

δὲ

δὲ ἀπαρνουμένου sq. Male in ed. *Galei* legitur προπέμπει; nam et statim sequitur ὅτι Βελλεροφόντης αὐτῇ περὶ φθορᾶς προσεπέμψατο λόγους. Id. lib. III. c. 12. s. 3. Πηλέως ἐρασθεῖσα, περὶ συνουσίας προσέπεμψεν αὐτῷ λόγους. μὴ δυναμένη δὲ πεῖσαι sq. ubi male reddit interpres *ad eum literas de concubitu dedit.* Λόγους intelligendum videtur in his *Liban.* epist. 551. Λουκιανὸς δὲ τὴν ἄνθρωπον ἀδίκοις ἰδὼν ὄμμασι πλησίον οἰκοῦσαν, προσπέμψαι [ita in Cod. Baroc. legi ait *Wolf.* pro edito προπέμψαι] μὲν καὶ μνησθῆναι πρὸς αὐτὴν ἔρωτος οὐκ ἐτόλμησε. ubi *Wolf.* interpretans *sectari*, vim verbi προσπέμψαι non intellexit. Quominus autem λόγους in h. l. *Xenophontis* intelligi putemus, vetat οὐδένα προσίετο. Προσίεσθαι τοὺς λόγους occurrit ita ap. *Ach. Tat.* IV. p. 253. *Philostr.* epist. 45. *Polyaen.* Strat. II. 2. s. 2. *Palairet.* pro προσέπεμπεν legebat προσέπιπτεν, quod de supplici amante usurpatur. Idem ad verba ὡς δὲ ἀδύνατον ἦν αὐτῷ, haec adscripserat: „Utrum haec verba referas ad Aristomachum, qui Hyperanthem deperibat, vel ad ipsum Hyperanthem, qui amabatur, semper aliquid difficultatis habebunt. Nullum verbum praecedit et subsequitur quocum necti queant. Mihi videntur referenda esse ad ipsum Aristomachum, et a labe sua repurganda; crediderim etiam librarium verbum hic in negotio, de quo agitur, proprium omisisse. Restituo et lego, ὡς δὲ ἀδύνατος ἦν αὐτὸν (sc. Hyperanthem) πεῖσαι, hoc est sibi conciliare, sibi proprium reddere. Eodem ferme modo et in simili re loquitur *Plutarchus* T. II. p. 257. ἐρασθεὶς οὖν αὐτῆς ὁ Συνόριξ, καὶ μὴ πεῖσαι — δυνατὸς ὤν, ἔργον εἰργάσατο δεινόν." Ad emendationem Hemsterhusianam faciunt haec *Longi*, ex fragmento quod etiam legitur in Melang. Critiq. et Philolog. par *Chardon de la Rochette.* T. II. p. 110. ἔγνω κατεργάσασθαι δώροις ἢ βίᾳ. Τὰ μὲν δὴ πρῶτα δῶρα αὐτοῖς ἐκόμισε. PEERLK.

P. 20. v. 11. πείθει.] Generatim τῷ πείθειν utuntur Graeci pro quacumque ratione conciliare, placare, atque in suas partes pellicere. Vide *Matth.* XXVIII. 14. et Act. Apost. XII. 30. ABRESCH.

P. 20. v. 12. ἐλάττονα χρημάτων.] Elegans loquendi modus. Similiter fere *Aristoph.* Plut. 363. ἐπὶ τοῦ κέρδους ἅπαντες ἥττονες, et in Nub. 1080. ἥττων ἔρωτος ἐστι. Qui pecuniae servirent homines (χρημάτων δοῦλοι) omni quidem aevo multi reperti fuere; at hodie in dies ingravescente luxu parum, hercle, abest, quin ex toto verum sit illud *Eurip.* in Fragm. Danaës III. 1. κρείσσων γὰρ οὔτις χρημάτων πέφυκ' ἀνήρ. *Joseph.* A. J. lib. XVII. c. 8. s. 1. de Herode dixit ἀνὴρ — ὀργῆς μὲν ἥσσων, κρείσσων δὲ τοῦ δικαίου, et lib. XIX. c. 2. s. 5. de Caio Caligula ἡσσώμενος ἐπαίνων τῆς πληθύος. LOCEL. *Plutarch.* in Themist. vocat

 Epicy-

Epicydem *χρημάτων ἥττονα*; contra *χρημάτων κρείττων* apud *N. Damasc.* de Vit. sua p. 10. *Eurip.* Iphig. in Aul. 1354. *γάμων ἥσσων.* Cum Latino *minor* contulit *Burman.* ad *Val. Flacc.* VII. Argon. 349. PEERLK.

P. 20. v. 12. *ὁ δὲ αὐτῷ.*] Volebat *Abreschius* scribi *ὁ μὲν οὖν αὐτῷ*, vel *καὶ ὁ μὲν αὐτῷ*; sed sine necessitate: quod ipse postea agnovit in Lect. Aristaen. p. 142. LOCEL.

P. 20. v. 13. *προφάσει διδασκαλίας.*] Quo etiam praetextu turpitudinem obtegere credebatur *Aristaenetus* apud *Lucian.* Dial. Mer. X p. 735. Vide et *Petron.* s. 85. et ad eum not. ABRESCH.

P. 20. v. 16. *λαλιὰ δυσχερής.*] *Lucian.* in Amor. p. 1032. *λαλιὰ κλεπτομένη.* ABRESCH.

P. 20. v. 16. *ἐφρουρούμην.*] Verbo *custodire* hac potestate utitur *Cicer.* in Catil. c. 2. et *Auct. de Petit. Consul.* c. 15. Poteram quidem commode convertere *multis me observantibus*, sed quoties per Latinitatem licet, malo verbum pro verbo reddere LOCEL.

P. 20. v. 18. *συλλέξας ἀργύριον.*] Attici dicunt uno verbo *ἐξαργυρῶσαι* vel *ἐξαργυρίσαι*, sic tamen, ut secundum sit frequentius. *Isaeus* pag. 55. v. 21. *Plutarch.* in Dinarch. p. 850. D. . . . *ἐξαργυρῶσαι* veteres in *Thucydide* probarunt, lib. VIII. c. 81. ubi vide doctissimos commentatores. HEMSTERH. Quae hisce adnectit *Abreschius*, et quae porro ad v. 11. *πάλιν καιρίαν*, ad p. 58. v. 7. *ὅ τι ἐγένετο*, et ad p. 59. v. 12. *λαβὼν ἄγει* adcumulat exempla, supprimenda esse putavi . . . . LOCEL.

P. 20. v. 22. *ὡς εἶχον.*] Minus recte rursum *Salvinius* vertit. *Siccome io venni.* Parum studiosus, ut solet, *Cocchius* id plane omisit. Conf. adnot. p. 194. ad p. 41. v. 7. LOCEL.

P. 20. v. 23. *εἰς Ἀσίαν.*] Ut jure laudanda est grata ista et concinna narrationis contractio, qua Noster inde a verbis *εἰς Βυζάντιον ἔρχομαι* ad hunc usque locum est usus, quaque ipsam facti celeritatem pulcre adumbravit, sic merito gravissime reprehendenda est Gallici interpretis futilis garrulitas qua ille Graecam orationem, haud sane dicere possum, transtulit, sed immani verborum profluvio deformavit ac pervertit. Age, describamus illam paginam, et heic velut probrosam pilam longe impudentissimo interpreti ponamus. *Je repris aussitôt le chemin de Byzance. Arrivé dans cette ville, je ne laisse point échapper le premier moment favorable pour faire part à Hypéranthe de mon dessein. Il l'applaudit, il s'offre même de me servir, et de partager le péril. Que n'est on pas capable d'entrepren-*

treprendre avec le secours de quelqu'un qu'on aime! Hypéranthe m'avoit donné le moyen d'entrer dans la maison d'Aristomachus; je veux sur le soir m'introduire dans le chambre; mais que vois-je? Le traître Aristomachus entrainoit de force mon cher Hypéranthe dans le lit. A cet aspect, le fureur m'importe: je vole comme un éclair sur cet infame, et je le perce de mille coups de poignard. Aristomachus tombe noyé dans son sang: il rend le dernier soupir, les yeux attachés sur le bel Hypéranthe. Mais sans perdre de tems, nous profitons du silence de la nuit: chacun reposoit: nous nous sauvons à travers les ténèbres, et nous arrivons le lendemain à Périnthe. Notre projet n'étoit pas de nous y montrer: en effet, trouvant un vaisseau tout prét, nous nous embarquâmes pour voyager en Asie. Jam quid ais, lector? Putas fortasse me hunc locum de industria selegisse? Nihil minus. Totam interpretationem sic fere constanter exundare jam in proöëmio admonitus fuisti. At nunc, alia de caussa, inspiciens Lucensem Xenophontis editionem, oculosque in versionem Gallicam fortuito conjiciens, continere me non potui, quin tibi hocce monstrum interpretationis ob oculos ponerem, quo videlicet prudens ac opportuna Xenophontis Ephesii brevitas juxta importunam et parum sanam *Jourdani* Massiliensis redundantiam posita, magis eluceat. Tamen erunt fortasse, quibus Gallica ista verborum profusio Graecae parsimoniae praeferenda videatur. Hanc certe jam olim fastidierat nescio quis vir fortasse doctus, at habetior ille quidem rudisque antiquae stili simplicitatis aestimator in *Journal. des Savans* ad m. Febr. 2. 1728. p. 174. qui de narrationibus in *Xenophonte* nostro hanc tulit sententiam. *Les événemens — y sont exposés avec une précipitation, qui fait un tort considérable à l'intérêt qu'on y pourroit prendre. Cela va en plusieurs endroits, jusqu'à la sécheresse, ensorte que si l'imagination de lecteur n'ajoute rien aux situations qu'on lui dépeint, il court risque de n'en être pas fort ému.* Alia ejusdem oraculi effata ne dicam effutita, vide in adnot. ad p. 79. v. 7. et p 89. v. 6. LOCEL.

P. 20. v. 24 κατὰ Λέσβου.] Sic *Lucian.* Tox pag. 66. κατὰ τ. Ζάκυνθου. ABRESCH.

P. 20. v. 25. συνενηχόμην.] Scriptum mallem συμπαρενηχόμην, ut in loco simillimo apud *Lucian.* in Tox. p. 67. ABRESCH. Emendationis istius caussam idoneam non video, quandoquidem vulgata lectio non modo non insolens est, nec inepta, verum etiam huic loco magis accommodata quam altera, propter ὑπιὼν ἀυτῷ. Mox ipse *Lucian.* p. 529. in eadem narratione utitur verbo συννέω, quod idem est cum συννήχομαι. LOCEL. Fecit hic Hippothous quod in simili

mili re fecisset *Ovid.* II. Am. XVI. *Quod si Neptuni ventosa potentia vincat — Et subventuros auferat unda Deos — Tu nostris niveos humeris impone lacertos — Corpore nos facili dulce feremus onus.* *Propert* III. v. 35 *Vos decuit lasso supponere brachia mento — Non poterat vestras ille gravare manus.* PEERLK.

P. 20. v. 28. *ἀφελὼν λείψανα.*] Has reliquias memoria defuncti destinatas comam fuisse praecisam, liquet ex p. 57. v. 15. Paulo aliter p. 112. v. 8. Diversi generis sunt λείψανα, quae reliquiae, cremato corpore, collectae in urnas conduntur. HEMSTERH. Animum ad haec non advertentes *Salvin.* et *Cocchius* verterunt, ille quidem, *togliendo quelli avanzi*, hic vero, *monumentis ablatis.* LOCEL. *Λείψανα* ita memorat quoque *Sophocl.* Ai. Mast. 1179. *τὸνδ' ἐγὼ τέμνω πλόκον*, (ex capite patris tui) *ἔχ' αὐτὸν ὦ παῖ, καὶ φύλαττε.* Coma ex Hyperanthe sola manebat reliqua; alia omnia sepeliebantur. PEERLK.

P. 20. v. 29. *εὐπορῆσαι.*] In Cod. Flor. Cl. *Weigel.* legit *ἀπορῆσαι*, quod, utpote manifeste vitiosum, librario reliriquimus. LOCEL.

P. 20. v. 29. *ἑνὸς ἐπιτ. λίθου.*] Id est: *στήλην ἐπέστησα μονόλιθον, εὐπορήσας λίθου τοιούτου.* Sic *μονόλιθος κιὼν*, in *Joseph.* A. J. lib. VII. c. 8. s. 3. Adde *P. Wesseling.* ad Itiner. Hierosol. pag. 595. Quomodo Noster, eodem loquitur *Herodot.* lib. II. c. 155. *Idemque*, alia quamquam in re, lib. VII. c. 180. *στήλην*, inquit, *λίθου ἐπέθηκαν.* Adde *Herodian.* in Severo sub princ. De more sepulcra inscribendi vid. *Meurs.* ad *Lycophr.* V. 370. Conf. *Lucian.* in Dips. p. 656. ABRESCH. Habet vir doctus me sibi plane adsentientem. Nisi hoc voluisset *Xenophon*, scripsisse potius videtur *τινὸς λίθου.* LOCEL. *Laberius* ap. *Nonium.* *Monolithus columna.* *Theocrit.* Eid. XXIII. 58. ita expressit *D. Heins.* Poëmat. vers. ex Graec. p. 464. — stabat Amor saxo formatus ab uno. PEERLK.

P. 20. v. 32. *Ἱππόθοος κλεινῷ.*] Inscriptum Hyperanthis monumenti epigramma versus habet primum quartumque faciles atque expeditos, contaminatissimos autem binos intermedios. Medicinam tentare juvat, non sanandi fiducia, sed feliciorem aliorum operam proliciendi spe:

Ἱππόθοος κλεινῷ τεῦξεν τόδε σῆμ' Ὑπεράνθῃ,
Ου τάφον εὐθανάτου ἀγαστὸν. ἱεροῦ δὲ πολίτου,
Ἐς βάθος Αἰγαίης ἄνθος κλυτὸν ὅν ποτε δαίμων
Ἥρπασεν, ἐν πελάγει μεγάλου πνεύσαντος ἀήτου.

Εὐθά-

Ἐυθάνατος, qui lectulo suo decumbens, fato vocante, naturae debitum solvit. Hyperanthes immatura morte raptus perierat in aquis: ἱερὸς autem ea potestate, quam explicuit vir magnus ad *Athen.* lib. c. 1. p. 6. Habet etiam Inscr. Grut. p. MCXXIX. n. 11. Ἐνθάδε τὴν ἱερὴν κεφαλὴν κατὰ γαῖα καλύπτει: ubi sequitur etiam Τεῦξε δὲ τόνδε τάφον. — Ἀγαστὸν vero scribatur, an ἀγατὸν, nihil interest: ἀγαστὸς enim secunda correpta poëtae non refugiunt, qui ceteroquin efferre non verentur θαυματὸς, ἀδάματος pro θαυμαστὸς, ἀδάμαστος. Vide *Casaub.* ad *Athen.* lib. I. c. 19. Ἐς βάθος Ἀιγαῖον ingenio *Petri Wesselingii* acceptum refero: posui tamen quod propius ad veterum lectionem accedit; nam et *Heliodor.* lib. V. pag. 226. ἡ Ἀιγαία θάλασσα, et *Argentarius* in Anthol. lib. III. c. 22. epist. 22. — ἔσχον δὲ κατ' Ἀιγαίην ἅλα πότμον. Haec Aegei maris crimina disces ibi ex pluribus epitaphiis, XXVI. XXVII. XLIII. Ἄνθος κλυτὸν quasi per ἐξήγησιν additum existima: quem nobilem formae juvenilis florem malignae fortunae saevitia rapuit. Adludit certe ad ipsum adolescentis pulcerrimi nomen Ὑπεράνθης. Eadem formula loquendi in ara sepulcrali apud *Gruter.* p. MCXVIII. n 9. [Similia plura collegit *Jo. Chr. Wernsdorf.* de Raptu Auror. in Mus. Crit. Vol. I. fasc. II. p. 286 seqq.] Tandem in primo versu κλεινῷ non absurde licet interpretari *deliciis*, ἐρωμένῳ, illa virtute, quam praecipue Cretenses huic vocabulo tribuerant. *Strabo* lib. X. p. 740. *Hesych.* in voce . . . . HEMSTERH. In vs. 1. epigramm. servavimus quod exhibent edd. τόδε σῆμ' Ὑπεράνθῃ, et in v. 2. Ὀυ τάφον. Debentur hae lectiones, sine dubio, *Salvinio*; nam in Cod. Flor. obscure legitur, τῷ δ' Ὑπεράνθῃ, et Ἂυ τάφον. Quid ipse scripserit *Xenophon*, divinare nequeo; quare etiam in convertendo nullam operam posui, sed *Cocchii* versus, quemadmodum supra feceram, catenus retinui, ut tamen in vs. 2. pro *sancto* reponerem *dio*. LOCEL. *Palairet.* haec monuit. „Quamvis lubens credam ἀγαθὸν in ἀγαστὸν refingendum, existimem tamen reliqua stare posse, si modo ἐκ pro μετὰ accipiamus. Sensus erit: *Non tumulum conspicuum post mortem sancti civis.* Sic ἐκ apud alios occurrit *Rom.* I. IV. ἐξ ἀναστάσεως. *Thucyd.* lib. V. p. 331. ἅυται αἱ σπονδαὶ ἐγένοντο ἐκ Διονυσίων. ubi Schol. ἐκ Διονυσίων] ἤγουν μετὰ τὴν ἑορτὴν τοῦ Διονύσου." Reliqua sic legit vir doctus sine distinctionis nota — Ἐς βάθος ἐκ γαίης ἄνθος κλυτὸν ὅν ποτε δαίμων — Ἥρπασεν. — Ex tota, inquit, historiae narratione satis liquet quodnam mare Hippothous cum Hyperanthe navigaverit, absque ut *Xenophon* opus habuerit ipsius nomen exprimere. Parile ferme epigramma exstat ap. *Salmas.* Exercit. Plin. p. 23. Ἐι Ζεὺς ἐκ γαίης θνητοὺς ἔτι παῖδας ἐς αἰθέρα — Ἥρπασεν, ὡς γλυκεροῦ νέκταρος οἰνοχόους. Haec *Palairet.* Adde illud ap.

 Diog.

Diog. Laërt. lib. I. p. 26. Γυμνικὸν ἄν ποτ' ἀγῶνα θεώμενον, ἠέλιε Ζεῦ — Τὸν σοφὸν ἄνδρα Θαλῆν ἥρπασας ἐκ σταδίων. Neque tamen *Palairet.* nec *Hemsterhusius* ita rem expediverunt ut nihil quis amplius desideret. Et sine ope melioris Codicis locus vix restitui posse videtur. Pro ἐν τάφον ἐκ θανάτου conjeceram καὶ τάφον ἐν ψαμάθῳ. Nam et in Cod. non legitur ἐν sed ἄν. Diversa sunt σῆμα, quod hic erat lapis, et τάφος; ψάμαθος de *litore* dici notum est. *Sophocl. Ai. Mast.* 1064. *Eustath.* de Hysm. lib. VII. p. 310. *Lennep.* ad *Coluth.* v. 3. In reliquis mihi non satisfacio. Tentavi quidem:

Καὶ τάφον ἐν ψαμάθῳ, ἀγαθοὶ κλαίετε πολῖται

Λέσβιδος ἐκ γαίης ἄνθος κλυτὸν, ὃν sq. *Vos boni cives e Lesbo deflete florem* et sq. In Lesbo sepultus erat Hyperanthes, quod patet ex verbis paullo praecedentibus κατὰ Λέσβον γενομένοις ἐμπίπτει πνεῦμα σφοδρὸν, et clarius etiam ex lib. V. c. 15. ubi Hippothous Ὑπεράνθους τάφον ἤγειρεν κατὰ Λέσβον. Voce ἄνθος allusit *Xenophon* ad significationem nominis Ὑπεράνθης, quod prisci etiam poëtae saepe fecerunt. *Eurip.* Phoen. 640. ἀληθῶς δ' ὄνομα Πολυνείκην πατὴρ — Ἔθετο σοι θείᾳ προνοίᾳ νεικέων ἐπώνυμον; ad q. l. egregia dedit *Valcken. J. Cinnam.* Hist. lib. II. p. 67. Κοσμᾶς τὸν θρόνον ἐκόσμει. *Liban.* ep. 1042. ἄριστον Ἀρίστωνα ὑπερβήσομαι. ubi v. *Wolf.* PEERLK.

P. 20. v. 33. τάφον — ἀγαθὸν.] In edita lectione qui volet adquiescere, is ἀγαθὸν τάφον accipiat, ut *melius sepulcrum* in *Lucani* Phars. VIII. 713. Sic fuerit sepulcrum pro mortui dignitate minus instructum adornatumque. ABRESCH. Itaque postea magnificentius ab Hippothoo exstructum Hyperanthi monumentum indicatur p. 118. v. 10—11. LOCEL. Sed quis ferat τάφον ἀγαθὸν ἐκ θανάτου *sepulcrum pro mortui dignitate instructum? Abrechius* h. l. θάνατος accepisse videtur pro *mortuo*, ut Latinum *mors*, pro cadavere, mortuo, saepe invenitur. v. ille ad *Aeschyl.* pag. 388. et in Observ. Misc. Nov. Tom. VI. pag. 640. PEERLK.

P. 20. v. 35. ἀήτου.] Vocabulum ἀήτης certa caret auctoritate in Thes. *Stephani*; nam in loco, qui ex *Homer.* Il. XV. 616. ibi adfertur, melior lectio est ἀήτη, quam exhibet Ilias e Cod. Veneto ab *Villoisono* edita, quamque jure, opinor, tuentur ibi Scholia ex eodem Codice edita. In aliis locis *Homeri* Iliad. XIV. 254. Odyss. IV. 567. IX. 139. ἀῆται et ἀήτας rectius deducuntur ab recto ἡ ἀήτη, quemadmodum apud *Hesiod.* Opp. et D. 619. 643. 673. Nihilo minus ὁ ἀήτης cum Nostri tum aliorum auctoritate potest firmari; legitur enim in *Pseudo-*

Pseudo-Orphei Argon. 496. 627. 1345. et ap. *Quint. Calab.* III. 700. 714. VII. 133. VIII. 59. XIV. 594. LOCEL. In *Homer.* Od. Δ. 567. vulgo legebatur — ζεφύροιο λιγυπνείοντας ἀήτας. Sed Schol. ad *Eurip.* Phoen. 220. habet λιγυυπνείοντος; quo facto ab ἀήτη possis deducere. Poëtae quidem recentiores constanter ἀήτης usurpant, in quibus *Musaeus* de Hist. Leand. v. 216. Homericum epitheton etiam servavit. Πεφύλαξο βαρυπνείοντας ἀήτας. Anthol. lib. III. cap. 22. ep. 38. πνείοντες ἀῆται. Hesych. Ἀήτη, πνοή. ἀναθυμίασις. Ἀήτης, ἄνεμος ἀρσενικῶς. PEERLK.

P. 21. v. 1. εἰς.] Sic exaratum repetitur in Cod. Flor. At edd. habent ὡς, quod ansam dedit *Hemsterhusio* et *Abreschio* disputandi, num ὡς recte ἐπὶ ἐμψύχων adhibeatur. Consuli haec possunt in Misc. Observ. Vol. V. T. III. p. 56. et in Misc. Obs. Nov. T. III. p. 10 Exemplis ibi prolatis adde *Xenoph* Cyrop. lib. V. c. 3. s. 17. In tali structura *Zeun.* ad *Xenoph.* M. S. lib. II. c. 7. s. 2. ὡς ait valere ἕως, usque. LOCEL. *Hemsterh.* l. l. monet nusquam apud Nostrum ὡς regionum urbiumque nominibus junctum reperiri, apud alios etiam, nisi editiones fallant, rarissime. *Abreschius* ad h. l. pauca exempla dedit, quae tamen summi viri monitum affirmant, sunt enim de centenis perpauca, ut ait *Valcken.* ad *Eurip.* Phoen. p. 475. docens Tragicos saltem et Comicos illud ὡς duntaxat usurpare ἐπὶ ἐμψύχων, ut v. c. ὡς σὲ, ὡς ἐμὲ, ὡς βασιλέα, non item de loco, conf. quae disputat *Ernest.* ad *Xenoph.* M. S. II. vii. 2. cujus tamen auctoritati auctoritatem *Valckenarii* et *Hemsterhusii* praeponit *Wyttenb.* Bibl. Crit. Vol. III. p. 2. p. 5. Et *Coraës* ad Heliod. T. II. pag. 295. unice probat quae docet *Gregor.* de Dial. ὡς nempe ἐπὶ ἐμψύχων dici. Exemplum contrarium etiam dedit *Palair.* ex *Liban.* Oper. T. I. p. 462. ἐπειδὰν δὲ ὡς αὐτὴν Μακεδονίαν ἤλθομεν. PEERLK.

P. 21. v. 2. ἀπορίᾳ.] Ut hic junguntur ἀπορία καὶ ἀθυμία, sic saepe. Vide adnot. ad p. 108. v. 13. Adde *Aristid.* T. I. p. 435. et *Herodian.* in Maximino p. 566. ABRESCH.

P. 21. v. 3—4. τελευταῖον δὲ.] *Hemsterh.* scribi vult δή; nam si δέ, inquit, retineretur, pro γενόμενος scribendum foret ἐγενόμην: et mihi tamen propter μὲν praecedens nihil immutari debere visum est. LOCEL.

P. 21. v. 4. ἐπιπολὺ.] In ambiguo est sitne accipiendum hoc loco pro *valde*, an pro *diu*. Hanc vero significationem praetuli propter sequens ἕως, ut scilicet sit, diu-donec. Conf. adnot. p. 146. LOCEL.

P. 21. v. 4—5. ἕως δὴ.] Londin. et Lucens. editio non habent δή, neque,

ut

ut est credibile, Cod. Flor. at fallax mango editionis Vindob. post ἕως adjecerat δὲ. Ex hac editione, quum forte incautius describerem hunc locum, δὲ illud spurium esse nescius, inter scribendum statim decreveram reponendum esse δὴ, deque hac immutatione in adnotationibus rationem esse reddendam. Ita factum est, ut errore serius animadverso, particula ista in meo apographo, quod typographis tradidi, relicta fuerit, utque eam in mea versione vocabulo *tandem* reddiderim. LOCEL.

P. 21. v. 7. ἀνάγκῃ χρώμενος.] In silvam ligna fert *Abreschius*, laudans ad h. l. *Joseph.* de B. J. lib. IV. c. 3. s. 1. et A. J. lib. I. c. 12. s. 3. item *Eurip.* in Hec. 42. Scilicet ut doceamur vocabulum ἀνάγκη, *necessitatem*, atque adeo *vim* quamdam declarare. Verum sitne hoc loco hac significatione capiendum, hoc nimirum est, quod post myriades similium exemplorum in dubium nihilo minus vocare liceret. *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 609. fatum, necessitatem, majorem deorum vim, designari arbitratur. Mihi vero μεγάλη ἀνάγκη hoc loco pro *magna miseria* sive calamitate esse positum videtur; de qua vocabuli potestate consuli potest *Loesner.* in Observ. ad N. T. e Philone p. 129. Etiam in priore *Josephi* loco ab *Abreschio* laudato ἀνάγκη rectius, opinor, redderetur *calamitas.* LOCEL. Et ita semper accepi locum *Josephi*, ubi Abrahamus Hagaram jussit abire ὁδηγῷ τῇ ἀνάγκῃ χρωμένην. *Idem* A. J. VII. 8. 5. τὴν ἀνάγκην αὐτοῦ κατοικτείρας — infelicem illius sortem miseratus — et ita alibi. Ut in loco *Xenophontis* ἀνάγκῃ ita accipiamus suadet verbum χρώμενος, quod iis rebus addi solet quas etiam nolentes patimur. *Lysias* Orat. IX. p. 132. XII. p. 205. τοιαύτῃ συμφορᾷ χρωμένῳ. *Plutarch.* de Ser. Num. Vind. p. 72. ἀτυχήμασι χρωμένους μεγάλοις. *Id.* de Virt. Mul. p. 265. χειμῶνι χρησάμενοι. *Lucian.* Ver. Hist. II. p. 509. ναυαγίᾳ. *Eurip.* Med. v. 347. *Palair.* Observ. Phil. p. 205. et *Suicer.* Thes. Eccl. Eadem est ratio Latini *uti* v. *Staver.* ad *Nep.* vit. Cimonis c. 1. PEERLK.

P. 21. v. 11. συνανεθρήνησεν.] Verbum Lexicis inserendum monet Loc. Palair. pro eo συνεχὲς ἀνεθρήνησεν, legendum putat. PEERLK.

P. 21. v. 12. ἐμοί.] Pro ἐμοῦ, sive malis per ellipsin verbi εἰμὶ, ut in *Sophocl.* Trach. 1249. Philoct. 439. *Eurip.* Iphig. in Aul. 613. et frequenter alibi. Vide et *Marc.* II. v. 18. *Luc.* V. 33. ABRESCH.

P. 21. v. 14. ἔδεικνυε.] Conjicere licet aliud verbum placuisse *Salvinio*, non adsequenti quit sibi velit ἔδεικνυε, vertit enim *si strappava la chioma.* Melius intellecta λείψανα p. 56. v. 5. illustrassent hunc locum, quemadmodum et illa ex isto clarius poterant intelligi. LOCEL.

P. 21.

P. 21. v. 15. ἄλλο — οὐκ εἰπών.] In Londin. edit. nulla distinctio est posita post παρῆλθον, neque post εἰπών. *Cocchius* vertit: *aliquid tibi narrando praeterii; non enim dixi: parumper, antequam caperentur latrones, cet. Salvinius* vero, *un ultra avventura per poco io trapassai, non la contando. Poco inanzi che la nostra compagnia fu presa* cet. Vereor ut sanus sit locus nam post παρῆλθον, tautologum est οὐκ εἰπών, neque vero connecti potest cum sequentibus, nisi Xenophontem scripsisse velis οὐκ εἰπὼν ὅτι πρὸ ὀλίγου, et cet. quod aliquam veri speciem habet, sed tautologiam minuit solum, non tollit. Ceterum non ignoro similium tautologiarum exempla reperiri satis multa apud Graecos scriptores. Conf. not. *Beckii* ad *Aristoph.* Aves p. 39—40. et 177. LOCEL. Me illud tautologum non offendit. Pro ἄλλο malim ἀλλὰ *sed, inquit, est aliquid quod praeterii neque tibi narravi.* Διήγημα est *res quaedam*, ut jam alibi vidimus. PEERLK.

P. 21. v. 17. πλανομένη.] Minus bene Interpres [*Cocchius*] *ad antrum advenit errans puella pulcra.* Πλανωμένη ideo, credo, dicitur, quia πλανωμένην cum mercatoribus, qui eam emerant, interceperat Hippothous. ABRESCH. *Locella* non adsequitur quid sibi velit *Abresch.* Hoc vult, credo, vir doctus, Anthiam non dici πλανωμένην quia de via aberraverat et ita ad antrum pervenerat, sed quod Hippothous eam ceperat cum mercatoribus vagantem. PEERLK.

P. 21. v. 16—19. καὶ δὴ — καὶ ἐπέστησαν.] Notent quibus minus perspectae sunt hujusmodi elegantiae, vim repetitae particulae καὶ, de qua *Hoogev.* Doctr. Partic. c. XXIV. s. 1. §. 9. 10 et 11. addantque locum *Platonis* in Phaedone Vol. I. p. 262. καὶ ὁ μὲν πολλὰ ἄττα μετὰ ταῦτα διελέχθη, καὶ ἧκεν ὁ τῶν ἕνδεκα ὑπηρέτης, ubi male punctum est positum post διελέχθη. LOCEL. Ponitur ita καὶ in rebus repentinis, fere ut Latinum *ecce*, neque semper καὶ praecedit. *Joseph.* A. J. l. XVIII. ἄρτι δὲ πέπαυτο τούτων, καὶ παρῆν Ἠσαῦος ἀπὸ τῆς θήρας. Eadem fere jam notaverat *Locel.* p. 190. suae editionis; ubi comparavit eumdem usum ὡς — ὡς. Adde ἤδη — ἤδη ap. *Xenoph.* Cyrop. VII. 1. 5 PEERLK.

P. 21. v. 22. ποῦ δὲ ἄρα καὶ πέφευγε.] De *abitu* intellige, non *fuga*, proprie dicta, *quo tandem evasit et abiit.* Nos diceremus: *waar mag ze doch beland zijn?* Sic *fugere* et *fuga* nonnunquam de navigatione usurpari ostendit *Salmas.* de An. Clim. p. 832. aliique. . . . . ABRESCH. Pro καὶ πέφευγε *Palair.* legebat καταπέφευγε. Mox in Cod. Flor. γῆν pro γῇ perperam legi monet *Locel.* Melius forte, mutato accentu, editum fuisset ἆρα. De discrimine vid. Lennep. ad Phalar. ep. p. 46. PEERLK.

Mm P. 21.

P. 21. v. 23. *ἔσται.*] Ita, *Hemsterhusio* auctore, excudi jussi pro *ἐστὶ*, quod habent edd. Post *πέμψω Abresch.* addi vult *που*. LOCEL.

P. 21. v. 23—24. *καὶ, πρὸς αὐτοῦ σοι ψυχὴν.*] Lege *αὐτοῦ σου ψυχῆς*, *per animam, vel umbram obtestor ipsius tui Hyperanthis.* P. 67. v. 6. *καὶ πρὸς τῶν θεῶν τῶν πατρῴων ὑμῶν.* Structura non dissimilis p. 15. v. 1. *τῆς ψυχῆς αὐτῆς.* HEMSTERH. *Salvinius* et *Cocchius* verterant tamquam si scriptum esset *αὐτήν*; illa scilicet, *per l'anima d'Iperanthe, ch'è la stessa colla tua;* hic, *per Hyperanthis animam, quae eadem ac tua est.* Optimo sensui hoc tamen obstat, quod *πρὸς* cum accusandi casu in obtestationibus inusitatum est. Quare interpretationem *Hemsterhusii* sequi malui, Graeca verba, ut vulgata sunt, relinquens. LOCEL. Ego legendum credo *καὶ πρὸς αὐτοῦ σὲ ψυχῆς Ὑπεράνθους* — *obtestor te per animam ipsius Hyperanthis*, itaque edidi. — Frequenter in his formulis reticetur *ἀντιβολῶ*, *ἱκετεύω* etsim. Scripsit *Noster* fere et *Eurip.* Phoen. v. 1659. *καὶ πρὸς σὲ τῆςδε μητρὸς.* Med. 324. *μὴ πρὸς σὲ γονάτων τῆς τε νεογάμου κόρης.* Alexander Aetolus ap. *Parth.* Erotic. c. XIV. *πρὸς σὲ θεῶν.* adde *Valcken.* ad *Eurip.* Hippol. p. 230. ex quo haec adscribere lubet, quia pertinent ad Xenophontem illustrandum. „*Ναὶ* in talibus est obtestantis. vid. *Casaub.* in *Matth.* XV. 27. et *D. Heins.* Lect. Theocrit. c. IX. p. 323. [et *Pontan.* in Epist. Syllog. ed. *Matthaei* p. 89.] Ubi *Tibull.* lib. IV. v. 8. — *per te dulcissima furta — Perque tuos oculos per geniumque rogo* — *Broukh.* elegantiae, inquit, Romanae est, ubi praepositio a suo casu disjungitur inserto pronomine." Sic *Xenophon* h. l. *αὐτοῦ σὲ* inseruit. *Senec.* Herc. Fur. 1183. *Per, te, meorum laudem facinorum precor.* *Ovid.* III. Met. 558. conf. *Tursell.* de Partic. Interpretatio *Cocchii*, etiamsi Graeca verba eam ferrent, mihi videtur affectata. PEERLK.

P. 21. v. 24. *ἑκὼν ἀδικήσῃς.*] Id est: *ne me sciens volens et quantum in te est, damnum hoc ferre patiaris, ut caream Anthia mea, sed eamus ubi eam invenire licebit.* De quovis nempe damno usurpant Graeci *ἀδικεῖν* et *ἀδικία*. . . . . *Joseph.* A. J. lib. IV. c. 6. s. 5. lib. XIX. c. 7. s. 5. Adde *Liban.* T. II. p. 12. D. Frequentissime conjuges illicito amori indulgentes dicuntur *ἀδικεῖν*. *Eurip.* Androm. 673. *Joseph.* A. J. lib. III. c. 11. s. 6. lib. IV. c. 8. s. 23. *Aeliani* de Anim. lib. XI. c. 15. Noster p. 36. v. 4. p. 39. v. 15. p. 61. v. 4. p. 64. v. 2. . . . . . ABRESCH. *Locel.* addit *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 440. *Ἑκὼν* eam habet vim ut significet Habrocomes Hippothoum contra tam gratum sibi facere posse. Sic mox c. V. *ὃν γάρ ποτε ἑκοῦσα ἀδικήσαιμί σε.* *Philostr.* Heroic. p. 670. alia. PEERLK.

P. 21.

P. 21. v. 26. ἐν τούτοις ἦσαν, ἐννοοῦντες.] *Palair.* volebat mutata distinctione ἐν τούτοις, ἦσαν ἐννοοῦντες. Et ita accipit lib. II. c. 1. ὁ μὲν ἐν τούτοις ἦν διοικῶν; ut ἐν τούτοις significet *interim*. Sed non opus est ut a vulgata formula recedamus. PEERLK.

P. 21. v. 27. ἐλεύσονται.] Pro ἐλεύσωνται, quod habent edd. sic reposuimus, praeeunte *Hemsterh.* Multus est ad h. l. *Abresch.* ut ostendat subjunctivum modum carere futuro, neque propterea quod verbum subjunctivi modi praecesserit, ad eumdem modum sequens in eadem periodo verbum adcommodari oportere: librariorum enim hoc esse commentum, unde plurima veterum scriptorum loca corrupta fuerint. Conf. *Fischer.* ad *Welleri* Grammat. p. 174. 175. Omitto etiam quae ad pag. 59. v. 5. in verbo συνεξέταζον inutili diligentia adnotavit idem vir doctus. LOCEL.

P. 21. v. 28. ἱερεῖα καὶ.] Mutata distinctione, atque una vocula transposita legendum, περὶ τὸν γάμον. καὶ ἱερεῖα κατήγετο. ABRESCH. Huic emendationi in versione saltem ut locus esset curavit *Locel.* Mihi nihil certius videtur. Ita mox. c. v. πάντα τὰ περὶ τὸν γάμον ἐκτετέλεστο. PEERLK.

P. 21. v. 29. πολλὴ δὲ — καὶ συγγενεῖς.] Quatuordecim haec vocabula in edd. omissa supina incuria Cocchii, supplevi e Cod. Flor. Habuisse nimirum ea in suo apographo *Salvinium*, ostendit ejus interpretatio. LOCEL.

P. 21. v. 30. τὸν Ἀνθίας.] Hac lectione non contentus Vindob. editor, excudi curavit τὸν τῆς Ἀνθίας. LOCEL.

P. 21. v. 30. καθ' ὃν.] In Lond. et Luc. edit. tantum comparet ὃν. Emendationem subministravit *Hemsterh.* et clam sic jam reposuerat Vindob. editor, cui tamen de *Hemsterhusii* conjectura nihil innotuisse certum est. Tamen vel cum isto additamento hiulca manet oratio: quapropter *Abresch.* in sequentibus excidisse autumat ἧκε, vel ἧκε καὶ ante πρεσβύτης, sin minus, ληφθεῖσα sumi debere pro ληφθεῖσα ἦν, i. e. ἐλήφθη; cujus ellipseos exempla haberi docet apud Nostrum p. 87. v. 6—7. p. 89. v. 15. p. 103. v. 3. et apud *Muncker.* ad *Lac.* Placid. p. 247. De ellipsi in hoc loco non adsentior *Abreschio*, sed excidisse potius credam ἦν post ληφθεῖσα, tumque commode jungi poterint ἦλθεν εἰς τὴν Ταρσὸν πρεσβύτης. Malim tamen emendari ἦλθεν μὲν εἰς Ταρσὸν, tum propter sequens ἧκε δὲ, tum quia raro solet Noster post praepositiones articulum addere ante urbium vel regionum nomina. Ut nihil commemorem de aliis praepositionibus, de sola εἰς exempla indicabo. Habuimus paullo supra p. 49. v. 14. εἰς Ταρσὸν. p. 50. v. 1. εἰς Ταρσὸν. p. 56. v. 13. εἰς μὲν Πέρινθον. p. 59. v. 1. εἰς Κιλικίαν. . . . . . Dixi

raro; reperitur enim articulus, a librario Cod. Flor. temere fortasse additus pag. 32. v. 10. p. 44. v. 10. et post ἀπὸ, p. 47. v. 11. Quod si hoc minus placeat, supplerem ἧκε μὲν καὶ ante πρεσβύτης. Sic pag. 9. v. 7—8. ᾔει μὲν — ᾔει δέ. LOCEL. *Hemsterh.* etiam pro ὃν conjecerat ᾧ. *Palairet.* putabat praepositionem posse intelligi, laudatque *Demosth.* Philipp. I. p. 29. χρόνους, ὅυς ἂν προέλησθε βοηθεῖν, pro καθ' ὅυς. In caeteris vera manus *Xenophontis* mihi semper visa est — λῃστηρίου ἦλθεν εἰς τὴν Τάρσον, [ἧκε καὶ] πρεσβύτης sq. idque propterea quod sequitur mox ἧκε δέ. Nam solent Noster et alii idem verbum repetere, quo de iisdem rebus ac personis orationem resumunt. Noster lib. I. c. 12. ἐφίσταται — — — — ἐπιστᾶσα δέ. III. c. 12. ἐκπίπτει — — — ἐκπεσοῦσι δὲ αὐτοῖς, ubi male priore loco legitur ἐμπίπτει. *Xenoph.* Hellen. II. 11. 16. πέμψαι — — πεμφθεὶς δέ, Id. III. 11. 26. ἔθυε τῷ Διὶ — — — θύσας δέ. ne plura addam. Atque ideo in *Sophocl.* Electr. v. 897. mallem δρῶσα pro ἰδοῦσα ob praecedens ὁρῶ in versu 894. PEERLK.

P. 21. v. 34—35. διηγούμενος — συμφοράν.] Ut solebant naufragi *se applicare* [quod proprium verbum esse de naufrago in litus ejecto atque egenti, docet *Donat.* ad *Terent.* Andr. V. 12. 21.] ad divites, narrare calamitates, ᾄδειν ναυαγία [*Gaulm.* ad *Eustath.* de Hysm. p. 44.] victum rogantes. Erant etiam qui naufragium in tabula pictum circumferrent. *Phaedr.* IV. 21. 24. *Caeteri tabulam suam portant rogantes victum.* Ubi plura interpr. PEERLK.

P. 22. v. 2. ἐφιλοφρονεῖτό τε.] Male in edd. ἐφιλοφρόνει τότε; quod corteximus e. Cod. Flor. atque sic emendari jam jusserat *Hemsterh.* Similis fere error sublatus est p. 64. v. 4. LOCEL.

P. 22. v. 3. ἔλεγεν.] Verbum hoc addidi, quoniam recte abesse non posse arbitrabar. Expressit id quoque in sua versione *Salvinius*, qui alias nihil de suo solet adjicere. LOCEL.

P. 22. v. 4. ἀναμιμνησκομένη — — τὴν δικίαν.] Duodecim haec verba supplevi e Cod. Flor. LOCEL.

P. 22. v. 6. παρ' ἕκαστα.] Id est *Suida* interprete, ἑκάστοτε. Infra iterum p. 110. v. 15. *Joseph.* A. J. lib. XVI. c. 10. s. 1. ABRESCH. In παρ' ἕκαστα subauditur, ni fallor, μέρη τοῦ χρόνου, de qua ellipsi nihil dictum est in novissima *L. Bosii* de Ellips. Gr. editione. LOCEL.

P. 22. v. 7. δεόμενος παραπεμφθῆναι.] Id est, *dimitti instructum ab omnibus ad iter necessariis.* Mox p. 62. v. 6. τὴν παραπομπὴν ἐπισκευάσω. *Hesych.* Παραπομπή,

πομπὴ, παρακομιδὴ. [rectius μετακομιδὴ] et Glossae Παραπομπὴ, comitatus. *Achill. Tat.* lib. V. c. 321. *Matth.* II. 8. . . . ABRESCH.

P. 22. v. 8. ἡμέρα.] Inserui hoc vocabulum ad fidem lectionum e Cod. Flor. in margine exempli Cocchiani adscriptarum. Rev. *Abbas Luchi* mihi rescripsit vocabuli hujus literas in illo Codice adeo evanuisse, ut legi non possint. Forte olim ibi scriptum fuerat ἑσπέρα, quod suppleri volebat *Hemsterh.* adsentiente *Oudend.* ad *Thom. Mag.* p. 348. 349. In edit. Londin. asteriscus deficere quidpiam indicat, quod iam tum distincte legi non potuisse, e *Salvinii* versione discere licet, qui vertit, *e che vi era la sposa*, conjiciens nimirum νύμφη legi oportere. *Cocchii* versio sic habet: *instabatque* * *. Imperterritus Vindobonensis editor, asteriscis, quos in edit. Luc. repererat, expunctis, non modo supplevit κληθεῖσα πληθὺς, sed etiam in *Salvinii* versione substituit *e che vi erano i convitati.* Musae, talem ab editionibus et versionibus Graecorum scriptorum avertite pestem! LOCEL.

P. 22. v. 9. δεῖπνον πολυτελές.] Ut in *Achill. Tat.* lib. V. pag. 307. 309. ABRESCH.

P. 22. v. 12. τὴν ἀνάγκην, τὸν γάμον.] Malim τὴν ἀνάγκην τοῦ γάμου. HEMSTERH. Vulgatam, quam etiam *Salvinius* et *Cocchius* in suis Interpretationibus expresserunt, in versione mea utcumque reddere conatus sum. LOCEL.

P. 22. v. 14. ἐμὸς.] Sic edidi e Cod. Flor. pro ἐμοὶ in edd. LOCEL.

P. 22. v. 15. ἴσως.] Hoc quoque loco non valet *fortasse*, sed *ut verisimile* sive *credibile est*, *ut opinor*, vel potius *haud dubie*, quod ex p. 61. v. 14. et p. 82. v. 3. planum fit. Dubitat tamen rursum Anthia pag. 85. v. 3. p. 95. v. 3—4. LOCEL.

P. 22. v. 18. ἂν γάρ ποτε ἑκοῦσα ἀδικήσαιμί σε.] Prout in *Aristaen.* lib. I. epist. 22. ABRESCH.

P. 22. v. 19. μέχρι — σή.] Paria his sunt Anthiae dicta p. 64. v. 4—5. et p. 82. v. 4—5. Similiter fere *Propert.* II. 15. 36. *Hujus ero vivus mortuus hujus ero.* LOCEL.

P. 22. v. 20. αὐτὸν.] Retinuimus hanc edd. lectionem, quae tacitae *Cocchii* emendationi videtur deberi; nam in Cod. Flor. est αὐτὴν, cui lectioni *Salvinius* suam adcommodaverat interpretationem. LOCEL.

P. 22. v. 20. ἠρεμαῖον.] Magis placeret ἐρημαῖον, *solitarium, remotum*: et sic verti. LOCEL. Sed vulgatum eodem redit, et defenditur *Charit.* I. p. 6.

p. 6. *ἐμβαλὼν αὐτοῦ τὴν δεξιὰν, ἀπῆγεν εἰς τὸ χωρίον ἠρεμαῖον.* Idem III p. 60. *Καλλιῤῥόη, ἠρεμίας λαβομένη.* ad q. l. plura habet de voce *D'Orvill.* qui non dubitat quin *ἠρεμία* saepe pulsa loco sit ab *ἐρημία*. Praeterea *ἐρημαῖος* est vox magis poëtica, pro *ἔρημος*; quo minus credibile est nostrum *ἐρημαῖον* h. l. scripsisse. Alibi vocat noster *ἐνδότερον δωμάτιον*. Caeterum paullo ante pro *μηδέν τι ὑπὲρ ἐμοῦ λυπηθῇς Palairet.* putat certissime esse legendum *ὑπ' ἐμοῦ*, laudans eam in rem *Plutarch.* T. I. p. 195. ubi de Hipparete uxore Alcibiadis agitur: *Λυπουμένη ὑπ' αὐτοῦ περὶ τὸν γάμον, ἑταίραις ξέναις σύνοντος — πρὸς τὸν ἀδελφὸν ᾤχετο.* PEERLK.

P. 22. v. 21. *ὁρκίζει.*] Subaudiendum est *αὐτὸν*, nisi forte excidit. LOCEL.

P. 22. v. 21. *θεὰν.*] Ex consuetudine Nostri legendum est *θεὸν*. Sic lib. I. c. 9. lib. V. c. 20. PALAIR.

P. 22. v. 22. *αὐτοῦ δεηθῇ.*] Minus bene *Cocchius* interpretatus est *quibuscumque rebus opus habuerit.* Mox v. 11. dedi *λέγει δὴ* e Cod. Flor. pro *λέγει δὲ*, quod habent edd. Verum infra v. 14. post *ἐντεῦθεν* idem Cod. addit *δὲ*, quod, utpote ineptum, repudiandum esse putabam. LOCEL.

P. 22. v. 29. *γένου.*] In Vindob. legitur *γίνου*, acuta editoris, aoristum non ferentis, subtilitate. Jam supra p. 8. v. 8—9. fuit *γένου μὴ πικρός.* LOCEL.

P. 22. v. 29. *εὑρὼν, πόθεν, ὃ.*] Sic recte *Abreschius* initio proposuerat esse corrigendum pro *εὑρὼν πόθεν, ὃ* — quod exhibent edd. et cui lectioni respondent etiam versiones *Salvinii* et *Cocchii*. At postea nihil esse inmutandum ratus, vulgatum tuetur locis *Themistii* Or. IV. p. 50. C. et *Aeliani* lib. I. c. 55. extr. et lib. IV. c 49. Contra ea *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 526. priorem emendationem probans, testatur ei Cod. Flor. adstipulari: tamen in illo *Cocchii* exemplari, quo ego sum usus, nihil in margine adnotatum reperi, tanta fuit illius viri indiligentia. LOCEL. Vulgata lectio *εὑρὼν πόθεν* elegantior mihi videtur, et bene dictum est ab Anthia rerum medicarum prorsus imperita, nec cogitante utrum facile sit medico tale *φάρμακον* dare nec ne. Ita Noster lib. III. c. 9. *εἴ τις ἐπίσταιτο κόρην πόθεν ξένην*, et mox de eodem hoc veneno *πιοῦσα φάρμακόν ποθεν.* *Palairet.* haec adscripsit. „Locus bene se habet et clarissimus erit, modo notes *εὑρεῖν* hic *sibi comparandi* notione accipiendum esse. *Chrysost.* Orat. XIII. p. 228. *διδασκάλους πόθεν τούτων εὑρόντες.*" PEERLK.

P. 22. v. 30. *πολλὰ μὲν καὶ παρὰ τῶν θεῶν.*] *Palairet.* conjicit *πολλὰ μὲν καὶ ποικίλα*. Sic Noster lib. V. c. 25. *Herodian.* I. 1, 8. *πολλὰ καὶ ποικίλα ἤνεγκε.* *Hipparch* ap. *Stob.* p. 754. et quae plura laudat vir doctus, in quibus hae

voces

voces junctae reperiuntur. Mox in ἐπεύξομαι καὶ πρὸ — idem illud καὶ delet, ortum credens ex ultima vocis praecedentis syllaba. PEERLK.

P. 22. v. 32. παραπομπὴν ἐπισκευάσω.] Convertere quoque possis, *transvectionem parabo* i. e. curabo, ut omnia, quae ad transvectionem tuam Ephesum necessaria sunt, tibi praesto sint. LOCEL.

P. 22. v. 34. καὶ ὅτι.] Non adest καὶ in Lond. et Luc. edit. Addidi suadente *Hemsterh.* In Vindob. clam est invectum. LOCEL.

P. 22. v. 35. προὐκυλίετο.] Sic est in Cod. Flor. In Lond. perperam προκυλίετο, quare *Hemsterh.* admonuit scribendum esse προσεκυλίετο vel προυκυλίετο, docuitque frequens esse *Xenophonti* nostro verbum, e. c. p. 41. v. 6. p 67. v. 2. p. 115. v. 11. In Luc. et Vindob. est προσεκυλίετο. Verum opportune idem vir doctus, (qui tamen Lucensem editionem videre non potuit) cavit, ne quis sibi persuaderet reponendum esse προσεκυλίετο; addit enim προσκυλίεσθαι, non secus ac προσπίπτειν, dativum adjunctum poscere: deinde alia notat huc non transcribenda. LOCEL.

P. 23. v. 1. προκομίσασα.] Sic legitur in Cod. Flor. In edd. est προσκομίσασα. Genuinam lectionem substitui debere jam censuerat *Hemsterh.* qui hac occasione alios scriptores emendat. *Abreschius* vulgatum frustra defendere conatus est admixtis aliis ἀπροσδιονύσοις. Mox in Cod. Flor. est περιδέῤῥαια, de qua scribendi ratione vide *Hemsterh.* ad *Polluc.* V. 56. LOCEL. *Charit.* I. p 20. τάλαντον ἀργυρίου προκομίσας. v. *D'Orvill.* p. 144. qui jam monuerat in Cod. Flor. legi προκομίσασα. *Montefalcon.* in Palaeogr. caussam frequentis permutationis προ et προς arcessit a scribendi ratione qua in antiquis Cod. utebantur. Scilicet λόγ°, πρ°, πρ°λαμβάνειν, est λόγος, πρὸς, προσλαμβάνειν. Ceterum *D'Orvill.* ad *Charit.* l. l. ait in Cod. Flor. esse περιδέῤῥεια. PEERLK.

P. 23. v. 3—4. οἰκτείρας τῆς συμφορᾶς.] Rarior est constructio verbi οἰκτείρω cum genitivo rei, velut rursum pag. 84. v. 8. Unicum exemplum adtulit *H. Steph.* in Thes. e. *Xenoph.* Cyrop. lib. V. (non ut ibi editur I.) c. 4. s. 32. Adde aliud ejusdem in Sympos. c. IV. s. 37. Reticetur per ellipsin ἕνεκα, vel χάριν, quod adjecit *Sophocl.* Oed. Col. 259. Κατοικτείρω ita constructum habes apud *Aristaen.* lib. II. epist. 10. et ἐποικτείρω ep. 12. quem locum protulit *Hemst.* in adnotatione sua ad pag. 68. v. 13. cujus integrae ibi transscribendae caussa non erat. Idem ibidem animadvertit amare Nostrum verbis genitivum adjungere, quorum ab ellipsi pendeat ratio, velut pag. 94. v. 5. et p. 100. v. 3. Minus autem

recte,

recte, quasi peculiarem Nostro construendi morem, adnectit illud p. 43. v. 16. μὴ μνησικακήσῃς τῶν γεγενημένων. Conf. adnot. ad p. 77. v. 4. LOCEL.

P. 23. v. 8. θανάσιμον ὀυχὶ φάρμακον.] Si consulamus Graecae linguae morem ordo mutandus est, κομίσας φάρμακον, θανάσιμον ὀυχὶ, ὑπνωτικὸν δέ. Hic illarum particularum usus elegans. Vide p. 26. v. 4. p. 109. v. 15. et p. 100. v. 1. HEMSTERH. *Abreschius* praeterea addi vult μὲν post θανάσιμον, ac probabiliter sane; nam aliquoties μὲν apud Nostrum excidisse, ex indice disces. Consentit *Valcken.* ad *Herodot.* lib. VII. c. 208. p. 602. ac me fere poenitet quod particulam illam in textum non receperim. LOCEL. Dedit Eudoxus noster Anthiae non venenum. Quod quo minus daret vetabat jusiurandum quo Hippocrates medicos constrinxerat. Jurandum nempe iis erat: ὀυ δώσω δὲ ὀυδὲ φάρμακον ὀυδενὶ ἀιτηθεὶς θανάσιμον, ὀυδὲ ὑφηγήσομαι ξυμβουλίην τοιήνδε. Eadem ratione agit Medicus ap. *Appul.* X. Met. p. 698. — *verens ne, si daturum me negassem, intempestiva repulsa viam sceleri subministrarem, et ab alio quopiam exitiabilem mercatus hic potionem, vel postremum gladio, vel quovis telo nefas inchoatum perficeret, dedi venenum, sed somniferum mandragorae illud, gravedinis compertae famosum, et morti simillimi soporis efficax.* Ad q. l. *Oudend.* hunc *Xenophontis* nostri laudans, scribit φάρμακον, θανάσιμον ὀυχ', ὑπνωτικὸν δέ. Videtur et hic Eudoxus Anthiae dedisse mandragoram, cujus inter venenum ac soporem media vis est, ut ait *Frontin.* Strat. II. v. s. 12. *Dioscorides* lib. VI. c. 16. Μανδραγόρου δὲ ποθέντος ἐυθέως κάρος ἐπακολουθεῖ καὶ ἔκλυσις καταφορά τε ἰσχυρὰ κατὰ μηδὲν διαφέρουσα τοῦ λεγομένου ληθάργου. Et hinc explicandum, Anthiam in magna turba et tumultu defletam et sepultam, neque tamen experrectam fuisse. PEERLK.

P. 23. v. 9. μή τι παθεῖν.] An legendum μήτε παθεῖν τι? An μὴ posuit pro μήτε, ut ὀυ pro ὄυτε obvium? . . . ABRESCH. Omitto etiam quae hoc loco vir doctus adnotat ad v. 1 et 9. supervacua profecto atque inutilia. LOCEL.

Neque cum Abreschio hic facit *Palair.* In verbis μή τι παθεῖν major inest calamitas, et saepe ipsa mors indicatur. Ita *Xenoph.* Sympos. II. s. 11. μή τι πάθῃ. Hodienam etiam Graeci ita loquuntur ἂν πάθω τίποτε, pro ἐὰν ἀποθάνω. v. *Cor.* ad *Heliod.* T. II. p. 270. — Omisso τι usus videtur *Polyaen* Strat. II. 11. s. 3. conf. *Wolf.* ad Liban. Ep. 393. Variata dictione reperias κἄν τι σοι γένηται apud *Eurip.* Phoen. 632· ἔι τι συμβαίνει γίγνεσθαι apud *Xenoph.* Oecon. VIII. s. 15. Similiter Latini *si quid mihi accidat.* PEERLK.

P. 23.

P. 23. v. 9. ἐφοδίων τυχόντα.] Ad eamdem ῥῆσιν apud *Charit.* lib. III. c. 4. p. 68. consuli potest *D'Orvill.* in Animadv. p. 378. LOCEL.

P. 23. v. 10. αὐτὸν.] Sic reposui auctore *Hemsterh.* In Londin. et Luc. est αὐτῷ. Recte quidem editor Vindob. restituit αὐτὸν, sed, modestus scilicet vir, etiam clam habuit sua benefacta. Paullo ante idem dormitans passus est a typotheta omitti verba, ἡ Ἀνθία καὶ πολλὴν γνοῦσα χάριν. Ceterum χάριν γινώσκειν pro εἰδέναι, nescio an in vetustiore aliquo scriptore legatur. Deinde etiam v. 11. ἐξαίροντες, hac potestate adhibitum non commemini. LOCEL. Γινώσκειν χάριν non semel utitur *Charit.* qui nec χάριν ἐπίστασθαι respuit. v. *Bast.* Ep. Crit. p. 136. χάριν διδόναι est apud *Liban.* ep. χάριν ἐμνημόνευσε *Anton.* Lib. c. 29. — Pro ἐξαίροντες legendum est, mutatis paullum modo literarum ductibus, ἐξάγοντες, atque ita edidi. Solet Noster in re simili illud verbum usurpare. Lib. I. c. 8. ἡκούσης τῆς νυκτὸς — ἦγον τὴν κόρην εἰς τὸν θάλαμον — et mox εἰσάγοντες κατέκλινον. Sequitur etiam hoc ipso, de quo agimus, loco — πρότερον ἠγόμην Ἀβροκόμῃ νυμφίῳ. *Eurip.* Iphig. in Aul. 693. ait Clytemnestra de filia Iphigenia nuptura ὅταν ξὺν ὑμεναίοισιν ἐξάγω κόρην. *Anthol.* Lib. p. 872. νύμφαν ἐκ θαλάμων ἄγομεν. — Sponsa non adhibebatur ad convivium nuptiale. Morabatur Anthia in conclavi aliquo, dum Perilaus et amici celebrabant convivium. Quo facto, nocte veniente, Anthia ex conclavi isto ad thalamum ducebatur. Vulgatum ἐξαίροντες si quis teneri velit, is ita explicet, ut Anthiam invitam et nolentem, non sine vi quadam eduxerint, simul alludentes ad antiquam Romanorum consuetudinem, quo sensu *Catullus* in Epithalam. Juliae et Manlii dixit: *Qui rapis teneram ad virum virginem.* Et *Plutarch.* Romul. c. 15. διαμένει — τὴν νύμφην — εἰς τὸ δωμάτιον αἰρομένην εἰσφέρεσθαι. Quae tamen allusio a Xenophonte imprudente esset facta. Pro δὲ ἐπὶ τούτῳ τεταγμένοι Palair. legit ἐπὶ τούτου sc. θαλάμου, quod praecedit. Ad confirmandam hanc emendationem addit vir doctus: „Sic omisso participio dixit Noster lib. II. c. 8. πεῖσαι τοὺς ἐπὶ τοῦ δεσμωτηρίου. *Diod. Sicul.* lib. II. p. 467. ὁ τεταγμένος ἐπὶ τῆς ναυτικῆς δυνάμεως. *Polyb.* lib. VIII. p. 742 φονεύσαντες τοὺς ἐπὶ τοῦ πυλῶνος τεταγμένους." — Sed non opus est mutatione, modo intelligas post τούτῳ vocem πράγματι. Quid? quod *Xenoph.* Cyrop. II. IV. 25. dixerit τῶν ἐπὶ τοῖς ἄρχουσι. eadem significatione qua hic ἐπὶ τούτου volebat *Palairet.* PEERLK.

P. 23. v. 13. ἐξῄει.] Quia praecessit ἄκουσα μὲν, *Abreschius* legi vult ἐξῄει δὲ vel potius δ' οὖν, et multus, ne dicam, molestus est in coacervandis locis auctorum, ubi δὲ et μὲν sibi respondent, et pariter ad vocem δεδακρυμένη in aliis

Nn locis,

locis, ubi participium istud legitur, frustra omnino adscribendis. Μὲν sine subsequente δὲ satis frequenter apud alios quoque scriptores occurrit. Consule, praeter *Demet. Phal.* de Elocut. c. LIII. *Zeunii* indic. in *Xenoph.* Cyrop. *Viger.* de Idiot. c. not. *Zeun.* p. 521. *Hoogev.* Doctr. Part. p. 453. et *Reitz.* ad *Lucian.* Vol. III. p. 92. Haec denuo admonere visum est, quoniam in hoc emendandi genere nimii adhuc esse quidam philologi deprehenduntur. LOCEL.

P. 23. v. 15. ἐδάκρυεν. οὕτως.] In supp. edd. prava distinctio ἐδάκρυεν οὕτως, Salvinium et Cocchium in fraudem induxit. Meliorem indicavit Hemsterh. LOCEL.

P. 23. v. 16. ᾖδετο.] Manifestum mendum, quod edd. occupat, ἤγετο, sustulit idem insignis *Xenophontis* nostri sospitator, qui hac occasione *Achill. Tat.* emendat, quod et *Libanio* praestat *Abresch.* ad hunc locum. Infra v. 3. pro οὐδὲν ἂν, quod habet Londin. et Luc. editio, reposuimus οὐδ' ἂν praeëunte *Hemsterh.* Jure ἀρχέτυπον suum deseruit editor Vindob. scribens οὐδὲ ἐν ταῖς etc. LOCEL. *Lucian.* Dial. Deor. ἔρωτες — ἡμμένας τὰς δᾷδας ἔχοντες, ᾖδον ἅμα τὸν ὑμέναιον. Conf. *Lennep.* ad Phalar. epist. p. 369. Ita καλλίνικον ἀείσω apud *Eurip.* Herc. Fur. 680, cui in alia tragoedia καλλίνικον ἄγεται pro ᾄδεται bene restituit *Muret.* Var. Lect. III. xi. In Schol. ad *Aristoph.* Plut. v. 16. quivis μαντείας ᾄδειν cum *Hemsterh.* legat pro ἄγειν, ut etiam *Diog. Laërt.* I. s. 59. τραγῳδίας ᾄδειν, quamquam vulgatum ἄγειν tuetur *Triller.* Observ. Crit. I. xi. Porro de vocum harum permutatione habent quaedam *Villois.* ad Long. pag. 50. et *Fischer.* ad *Theophr.* Char. Eth. c. XXVII. PEERLK.

P. 23. v. 19. πίνωμεν.] In edd. male πίνω μὲν, quod correximus de sententia *Hemsterh.* qui addit simile mendum occurrere p. 105. v. 14. Huic oppositum sustulimus in p. 59. v. 14. Mox edi curavimus μοι δεῖ ad fidem Cod. Flor. pro δεῖ μοι in edd. LOCEL.

P. 23. v. 21. ἔτι δὲ Περ. — εὐωχεῖτο.] Notandum est, nec ipsam sponsam, veteri Graecorum more, fuisse ad nuptiale convivium adhibitam: nimirum ad saeculi sui consuetudinem, qua mulieres conviviis virorum non intererant, Noster fabulam suam concinnavit. Serioribus temporibus sublata fuit ista consuetudo: itaque etiam saeculi sui mores prodidit *Achill. Tat.* in descriptione convivii lib. I. c. 5. p. 32 similiterque *Eustath.* de Hysm. lib. V. p. 195. LOCEL.

P. 23. v. 21. τῇ ἀγωνίᾳ — κατειλῆφθαι.] *Salvinius* transtulit *prendendo pretesto d'esser presa da una bramosa sete.* Male. *Cocchius* vero, *simulans se ob angorem siti correptam.* Rectius hic quidem, nisi quod durius foret τῇ ἀγωνίᾳ dici

dici pro διὰ τὴν ἀγωνίαν. Si Graeca verba mendo carent, jungi potius oporteret τῇ ἀγωνίᾳ κατειλῆφθαι, et sic ὑπὸ δίψους esset *prae siti*; tum vero τῇ ἀγωνίᾳ καταλαμβάνεσθαι vix aliter capi poterit, quam pro λειποψυχεῖν, quod tamen mihi non fit verisimile *Xenophontem* voluisse. Quod si contra mendum aliquod subest, coniectare licet excidisse ἐν, legendumque ἐν τῇ ἀγωνίᾳ *in illo angore*, ὑπὸ δίψους κατειλῆφθαι, *siti correptam esse*. Alibi quoque apud Nostrum praepositionem ἐν deficere docebit index: itaque huic conjecturae versionem aptavi. De isto vocis ἀγωνία usu egit *Loesn.* Observ. ad N. T. e Philone p. 133. Adde, praeter locum *Demosth.* de Corona p. 236, ab *H. Steph.* laudatum, *Charit.* lib. I. c. 9. p. 17. lib. VI. c. 4. p. 138. lib. VIII. c. 7. p. 188. LOCEL.

P. 23. v. 22. αὐτῇ.] Sic edidimus suadente *Hemsterh.* pro αὐτὴ, quod Lond. et Luc. exhibent. Vindob. editor saltem dedit αὐτῇ: nec male. Vide adnot. ad p. 86. v. 8. LOCEL. Itaque *Palair.* mox scribi volebat πιομένῃ, cui signum dativi subscribere aut neglexit aut noluit *Locel.* Neque nominativum ferri posse nego. — PEERLK.

P. 23. v. 24. φιλτάτου.] Non deterius foret φιλτάτη, quemadmodum p. 61. v. 2. quamquam ibi additum est μου. *Cocchius*, tamquam sic in sua editione legeretur, vertit *carissima Abrocomis anima.* LOCEL.

P. 23. v. 25. ὑποσχέσεις ἀποδίδωμι.] *Fidem praesto*, ut in eadem fere re loquitur Masinissa apud *Liv.* XXX. 19. Respicit autem Anthia fidem quam dederat lib. I cap. 11. ut Habrocomi casta maneret καὶ ἄλλον ἄνδρα οὐχ ὑπομενεῖ. PEERLK.

P. 23. v. 25. ὁδὸν ἔρχομαι — παρὰ σε.] *Sophocl. Trachin.* 874. Βέβηκε — τὴν πανυστάτην — ὁδῶν ἁπασῶν. *Liban.* ep. 95. *Appul.*. VIII. Met. p. 544. — *illo gladio deorsum ad meum Tlepolemum viam quaeram.* Dido apud *Justin.* XVIII. c. VI. *iturum se ad virum dixit vitamque gladio finivit.* Alia similia dedit *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 522. PEERLK.

P. 23. v. 25. ἀναγκαίαν.] Hoc modo pro ἀναγκαῖον, quod exhibent edd. scriptum in Cod. Flor. atque ita emendari oportere jam docuerat *Hemsterh.* nempe velut pag. 19. v. 6. Certe femininam terminationem fere constanter reperias. Praeter *Euripidem*, qui ter ea utitur, invenies e. c. apud *Dion. Halic.* A. R. lib. II. c. 31. Vol. I. p. 302. *Lucian.* de scrib. Hist. Vol. II. p. 37. *Plutarch.* in Vit. dec. Orat. IX. p. 349. *Herodian.* lib. III. c. 6. s. 9. lib. IV. c. 4. s. 6. lib. VIII. c. 2. s. 7. *Liban.* Orat. LXIII. ad *Aristid.* pro Salt. Vol. III. pag. 376. Adnotavit quidem *Abrechius*, apud *Thucyd.* lib. I. c. 2. haberi ἀναγκαίου

τροφῆς, quod inde descriptum videri posset ab *Heliod.* lib. VI. pag. 284. — sed contra laudari possunt bini loci apud *Plutarch* in Lycurg. c. XXVIII. Vol. I. p. 224. et de Puer. Educ. c. XVII. Vol. IV. p. 42. in quibus legimus ἀναγκαίαν τροφήν. LOCEL. Imitationem *Heliodori* affectatam ex *Thucydide* notavit etiam *Cor.* ad *Heliod.* T. II. p. 214. — cui oppono ex multis *Joseph* A. J. III. 11. p. 124. ἀναγκαίας τροφῆς, et *Plutarch.* Consol. ad Apollon. p. 247. — Sic tamen reperitur δίκαιος ἀμειβὴ apud *Alciphr.* III. ep. 23. quod suspectum *Bergler.* tuetur *Bach.* ad *Xenoph.* Oecon. IV. s. 8. quem ibi de hoc Atticorum usu confer. *Anton. Liber.* c. XXXIV. habet χρυφαῖος. Vere hac de re monet *Cor.* ad *Heliod.* Tom. II. p. 58. καὶ τοὺς μὲν Ἀττικοὺς ἐξ ἀνάγκης ἐχρῆν ἀκολουθεῖν τῇ χρήσει, ἕως ἤκμαζε παρ' αὐτοῖς ἡ τῶν τοιούτων χρῆσις. οἱ δὲ Ἀττικίζοντες, πλατὺν ἂν ὀφλισκάνοιεν γέλωτα, οἱ τὴν ἀκριβῆ τήρησιν πεντήκοντα ἢ καὶ ἑκατὸν καινῶς ἐσχηματισμένων λέξεων ἀποχρῶσαν οἴονται εἰς τὸ λέγειν ἢ γράφειν κατὰ Ξενοφῶντα καὶ Πλάτωνα. PEERLK.

P. 23. v. 26. ἐκεῖ.] Visus eram mihi observasse Graecos Latinosque scriptores sedem infernam vocare ἐκεῖ *illic*, fugientes vocem male ominatam v. c. *Euripid.* Med. 1073. εὐδαιμονοῖτον — ἀλλ' ἐκεῖ. τὰδ' ἐνθάδε πατὴρ ἀφείλετ'. In *Anacreonte* Od. IV. v. 16. ad hanc rationem *Brunk.* correxerat πρὶν ἐκεῖσε δεῖ μ' ἀπελθεῖν — ὑπὸ νερτέρων χορείας, pro eo quod habet Cod. Vatic. πρὶν ἔρως ἔχει μ' ἀπελθεῖν. Sensu satis bono, nisi quod tum sequentia ὑπὸ νερτέρων χορείας languent. *Bothe* de suo edidit πρὶν Ἔρωτι δεῖ μ' ἀπελθεῖν, nec quidquam monet quomodo hanc conjecturam aut defendat aut intelligi velit. Alia interpretum commenta vide ap. *Zeun.* in Anacr. p. 6—7. Res scilicet levissima viros doctos in errorem induxit, qui ἔρως h. l. Cupidinem, Veneris filium, cogitantes, rem neutiquam expedire potuerunt. *Anacreontis* forte manus est πρὶν ἔρως ἔχει μ' ἀπελθεῖν — ὑπὸ sq. Dicere debuisset πρὶν με δεῖ, πρὶν ἀνάγκη et sim. Sed hoc, quod dedimus, lepido senis ingenio mire convenit. Ita *Sophocl.* Fragm. p. 109. ed. Both. θανόντι κείνῳ ξυνθανεῖν μ' ἔρως ἔχει. Et nota sunt ἔρως et ἐρᾶν de *cupiditate*, *desiderio*. Conf. *Brunk.* ad Oed. Tyr. 588. et *Valcken.* ad *Eurip.* Phoen. pag. 211. laudatum a *Lennep.* ad *Phalar.* ep. p. 211. — Sed, ut in viam redeamus, ita etiam *Ovid.* V. Metam. 531. — *repetet Proserpina coelum — Lege tamen certa si nullos contigit illic — Ore cibos.* — Postea vidi eumdem vocis usum explicuisse *Markland.* ad *Propert.* I. 19. 13. ed. Burm. Ita ἐντεῦθεν *hinc e vita* apud *Lucian.* Ver. Hist. lib. II. p. 482. et alios. PEERLK.

P. 22.

P. 23. v. 27. τε.] Addidi e Cod. Flor. hanc particulam, qua carent edd. Quae ad ὕπνος — κατεῖχε congessit *Abreschius* recidimus tamquam supervacua. LOCEL.

P. 23. v. 34. θάλαμον, τὸν τάφον.] Vide in hanc sententiam *Ach. Tat.* lib. I. p. 49. et *Heliod.* lib. II. p. 111. ABRESCH. Adde sis *Charit.* lib. I. c. 2. p. 6. LOCEL.

P. 23. v. 35. ὅστις ποτὲ Ἀβροκόμης ἦν.] Legenda haec sunt sine distinctionis nota. Neque bene in ed. Loc. εὐδαίμων ἄρα, ὅστις ποτὲ Ἀβροκόμης ἦν. Intellige εὐδαίμων ἄρα [ἐκεῖνος ἦν]. Iis, qui in Graecis scriptoribus non sunt hospites, non opus est exemplis. PEERLK.

P. 24 v. 1. λαβὼν — δῶρα.] Honeste δῶρα dixit de amoris ἀπολαύσει. Sic *Ach. Tat.* I. p. 33. οὔπω σοῦ τῶν δώρων ἀπήλαυσα. *Serv.* ad *Virg.* IV. Aen. v. 33 — *Veneris praemia* — confert Graecum δῶρα Ἀφροδίτης. PEERLK.

P. 24. v. 2. γύναι δυστυχεστέρα.] Cum vox νύμφη praecedat, sequens γύναι videtur ridiculum. Sed certissime unicam syllabam omisit praeceps librarii manus. Lege γυναικῶν δυστυχεστέρα. Sic Noster lib. II. c. 2. πασῶν δυστυχεστάτη γυναικῶν ἐγώ. PALAIR.

P. 24. v. 5. οἰκήματι.] Sepulcrum fuisse videtur magnificum, quo superstructa erat parva domus. Hinc et natum illud *Ovidii* in Trist. *Hei mihi quod toties nostri pulsata sepulcri — Janua sed nullo tempore aperta fuit.* et *Albinov.* I. 73. *Claudite jam Parcae nimium reserata sepulcra — Claudite plus justo jam patet illa domus.* Ad q. l. quae notat *Clericus*, aliena sunt. Simile sepulcrum Polemonis Sophistae memorat *Philostr.* Vit. Soph. I. p. 544. qui se adhuc viventem in eo concludi jubebat, dicens amicis — ἔπαγε ἔπαγε, μὴ γὰρ ἴδοι με σιωπῶντα ἥλιος. *Charit.* lib. I. p. 10. ἦν δὲ τάφος μεγαλοπρεπὴς Ἑρμοκράτους πλησίον τῆς θαλάσσης, ὥστε καὶ τοῖς πόῤῥωθεν πλέουσι περίβλεπτος εἶναι. In eo etiam magnificis ornata donis viva sepulta fuit *Callirrhoe*, et foribus effractis, rapta a latronibus. Cujus διηγήματος cum nostro similitudinem observat ibi *D'Orvill.* et *Locel.* ad h. l. PEERLK.

P. 24. v. 6. ἐπικαύσας.] Vestimenta et ornatum alium, corpore licet humato, in sepulcro crematа legimus et alibi. Id cum Periander facere neglexerat uxori Melissae, illa, referente *Herodoto* lib. V. c. 92. s. 7. ἐπιφανεῖσα ἔφη ῥιγοῦν τε καὶ εἶναι γυμνή; τῶν γὰρ οἱ συγκατέθαψε ἱματίων ὄφελος εἶναι οὐδὲν, οὐ κατακαυθέντων. Adde *Jamblich.* apud *Photium* p. 240. ABRESCH. Conferri potest etiam *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 243. et *Des. Herald.* ad *Martial.* X 50. Mox τὰ νομιζόμενα

ζόμενα nemo nescit dici *justa* mortuis persolvi solita, neque adeo operae pretium erat, ut aliorum scriptorum loca ab *Abrechio* laudata, indicaremus. *Salvinius* connexuit τὰ νομιζόμενα ὑπὸ τῶν οἰκείων, *Cocchius* contra junxit ὑπὸ τῶν οἰκείων ἤγετο, quem sequutus sum. LOCEL. Temporibus horum scriptorum, atque adeo ipsius *Xenophontis* combustio corporum videtur jam exolevisse, et sepultura integrorum cadaverum obtinuisse. Itaque bene hic scripsit Noster ἐπικαύσας non συγκατακαύσας aut συγκαταφλέξας. v. *D'Orvill.* ad *Charit* p. 73. Ad hunc morem faciunt haec *Nic. Damasc.* Hist. p. 63. προσῄεσαν πολλαὶ δή τινες θεράπαιναι κομίζουσαι ἐσθῆτας πολυτελεῖς καὶ ἄλλον παμπληθῆ κόσμον, ὃν ἔπεμψαν συγκατακαησόμενον αἱ τῶν Λυδῶν γυναῖκες. *Lucian.* de Luct. T. II. p. 928. PEERLK.

P. 24. v. 8. ἑαυτῆς γενομένη.] Novimus verbum γίνεσθαι cum secundo casu pronominis reciproci constructum proprie usurpari pro *sui juris*, *propria potestate esse*, et cum aliis pronominibus aut cum secundo casu personae, pro in *alterius potestate esse*. Quum vero significare volunt Graeci idem quod ἀναλαμβάνειν ἑαυτὸν, i. e. *recipere*, *colligere esse*, *ad se redire*, longe usitatius illis est ἐν ἑαυτῷ γίνεσθαι. Sic ipse Noster p. 74. v. 4. ἐν αὑτῇ γενομένη, et p. 114. v. 1 — 2. ἐν ἑαυτοῖς γενόμενοι. Contineo me ab aliis exemplis, nam centies obvium esse loquendi modum recte adnotat *D'Orvill.* ad *Charit.* pag. 409. laudans *Abresch.* ad *Aeschyl.* p. 157. Reperias etiam eodem sensu ἐν ἑαυτῷ εἶναι, et εἰς ἑαυτὸν ἐλθεῖν. Paullo aliter *Heliod.* lib. 2. c. 6. p. 110. εἰς ἑαυτόν τε γενόμενος. Tamen nihil in Nostro mutatum velim, cum quia ipse rursum p. 100. v. 10. scripsit αὑτῆς γεγονέναι, tum quoniam in *Josepho* quoque A. J. lib. VI. c. 14. s. 3. legitur μόλις ἑαυτοῦ γενόμενον. LOCEL. Notiora sunt γίνεσθαι ἐν ἑαυτῷ, εἰς ἑαυτὸν, παρ' ἑαυτῷ, ἐντὸς ἑαυτοῦ, et sim. Sed γίνεσθαι ἑαυτοῦ *fieri sui juris* — *suae potestatis* — idem omnino significare potest quod γίνεσθαι ἐν ἑαυτῷ — *ad se redire*. *Sophocl.* Oedip. Colon. 638. ὁ νοῦς ὅταν — αὑτοῦ γένηται. ad q. l. mira fingit *Bothe.* De homine qui non apud se est, dixit *Appul.* II. Met. p. 121. — *necdum suus.* ubi *Oudend.* h. l. *Xenophontis* adfert. — *Gronov.* in *Arriani* Exp. Alex. alicubi ex optimo Cod. edidit ἐν ἑαυτοῦ γίνεσθαι, explicans illud per ellipsin ἐν δυνάμει ἑαυτοῦ γίνεσθαι — ut Latine *in Castoris* et sim. vid. etiam *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 345. et Herman. ad Viger. de Idiotism. p. 858. PEERLK.

P. 24. v. 10. εὐτυχῆ.] Nihil profecto est cur hic cum *Palair.* legamus ἀτυχῆ. Paullo quidem ante eamdem viam Anthia vocaverat ὁδὸν δυστυχῆ. — Sed sortem ibi suam deflet tenerae memor aetatis — hic autem felicem praedicat viam qua

qua cum Habrocome suo jungatur. Et sic fere *Abreschius*, affirmans neque hic neque ibi aliter potuisse scribere *Xenophontem*. PEERLK.

P. 24. v. 11. καινά.] Sic est in Cod. Flor. at in edd. κενά, neque id quidem male. Utrum horum ab ipso *Xenophonte* profectum sit, non satis liquet: istud certum est, alterutrum pravae recentiori Graecae pronuntiationi deberi, quae myriades similium confusionum in longe pulcherrimam linguam invexit. Πάντα καινά (si genuinum est) diceretur, prout contraria significatione καινὸν οὐδὲν, e. g. apud *Liban*. Decl. LVI. Vol. III. p. 193. Quare etiam *D'Orvill*. ad *Charit*. p. 626. ait, πάντα καινὰ h. l. esse accipiendum per parenthesin, velut τὸ καινότατον: novam scilicet rem esse, ut quis nec mori possit, quum velit, quum venenum biberit, quum alioquin *atri semper janua pateat Ditis*. Mox pro καὶ τῆς ἐπιθυμίας *Hemsterh*. legi volebat, καὶ τὰ τῆς ἐπιθυμίας, et praeterea seriem orationis imputari; verum neutra emendatione opus est, si ἐσφάλην jungas cum τῆς ἐπιθυμίας. Tamen illud τὰ non modo h. l. infersit temerarius Vindob. editor, sed et p. 77. v. 4. LOCEL. *Mitscherl*. censet πάντα καινὰ esse emblema scioli. *Palair*. probabat illam *Hemsterhusii* conjecturam, secundum quam legebat πάντα κενά, καὶ τὰ τῆς sq. Sed locus omnino est sanus, modo accipias καινὰ πάντα in medio posita, ut καινὰ ταῦτα, καινότατον, καινότατα [*Aelian*. H. A. I. 30.] et similia, qualia sunt apud Latinos, *fide majus*, *dictu incredibile*, et sim. Emendandum in eadem formula aio *Ach. Tat*. lib. V. p. 351. legendumque κατ' ἐμοῦ γὰρ (πάντα καινὰ) ἀναβιοῦσι καὶ νεκροί, *in damnum enim meum (o rem novam!) etiam mortui ab inferis redeunt*. Editur κατ' ἐμοῦ γὰρ πάντα καινά. ἀναβιοῦσι καὶ νεκροί.— Ceterum ipsis Graecis pronuntiatio τοῦ καινὸς eadem fere erat quae κενός. *Eustath*. ad Iliad. A. 406. Unde non mirum tam crebras vocum permutationes esse factas. Nobilissimus in hac re est locus *Thucyd*. III. 30. τὸ καινὸν τοῦ πολέμου — quem alii imitando exprimentes modo καινὸν modo κενὸν scripserunt; ut jam antiquissimos ibi Cod. variasse certum sit. Ac vir doctus quidem in Observ. Misc. Vol. III. p. 301. praefert τὸ κενόν: vide et *Cor*. ad *Heliod*. Tom. II. p. 284. *Polyaen*. Strat. I. p. 15. τοὺς κενοὺς καὶ νυκτερινοὺς — φόβους — de terrore Panico loquitur. ubi et in aliis Cod. erat καινούς. v. *Maasvic*. In *Long*. Past. III. pag 98. c. B. omnino edendum erat κενὴν τέρψιν ἐτέρπετο, non καινήν, et ap. *Xenoph*. de Venat. c. XIII. s. 2. ἡδοναὶ κεναί, pro καιναί. PEERLK.

P. 24. v. 12. ἔργον ἔργ. τοῦ φ. λιμῷ.] Nempe, ut cum *Petronio* (Sat. c. CXI.) loquar, *mortem inedia persequi* sibi licere judicabat Anthia. In Lond. ed. pro τοῦ (quod habent Luc. et Vindob.) male est τῷ. *Hemsterh*. pro τῷ ... quod inve-

invenerat in ed. Lond. censebat reponi posse τοῦ, vel potius τὸ, adsentiente *Abreschio.* Elegantius quidem esse, si ambo jungantur, τὸ τοῦ φαρμάκου, libenter damus cum *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 626. Sed in Cod. Flor. solum legitur τοῦ, quo utique contenti esse possumus. LOCEL.

P. 24. v. 12. ἐλεύσομαι.] Vitiosum in edd. ἐλεύσωμαι expunximus cum *Hemsterh.* et *Abresch.* Quod si quem moretur particula ἂν cum futuro indicativi constructa, consulat *Vauvill.* ad *Sophocl.* Philoct. v. 87. p. 44. et *Brunck.* ad *Eurip.* Bacch. 629 LOCEL.

P. 24. v. 13. ἐκαρτέρει.] *Salvinius* vertit *prese a non mangiare*, verbo καρτερεῖν eamdem vim tribuens, quam habet ἀποκαρτερεῖν; neque valde refragabor, si cui magis placeat haec interpretatio. . . . LOCEL. Permanebat in consilio abstinendi a cibo, atque ita vitam finiendi. Verum est Anthiam in sepulcro non habuisse cibum — sed si nollet καρτερεῖν, clamare posset si forte audiretur, ut in simili re fecit Callirrhoë apud *Charit.* I. p. 13. PEERLK.

P. 24. v. 15. κόσμος.] Perilaus Anthiam extulerat magnifico funere, secutus priscam consuetudinem, qua in sepulcra regum et magnatum res pretiosae vel etiam thesauri inferebantur. Eo respicit *Philostr.* Vit. A. T. VII. 23. ἢ τάφους ἐκίνησας, ὅσοι τῶν πάλαι βασιλέων εἰσὶν, οἳ πολύχρυσοί τε καὶ θησαυρώδεις. Vide sepulcrum Cyri quod describit *Arrian.* Exp. A. VI. 29. quod et Alexander reperit διωρυγμένον καὶ σεσυλημένον. Ditia scilicet munera et ornatus cupiditatem scelestorum τυμβωρύχων excitabant. Notavit de hoc hominum genere quaedam *Wolf.* ad *Liban.* ep. 343. PEERLK.

P. 24. v. 18. ἀνίστων.] Tironum in gratiam monuit hic *Abresch.* ut hic ἀνίστων ab ἀνιστάω, sic frequentissimi esse usus per omnia verbi composita istam conjugandi formam pro altero ἀνίστημι. Adde *D'Orvill.* ad *Charit.* pag. 559. PEERLK.

P. 24. v. 21. ἀνάκειμαι — θανάτῳ.] *Consecrata sum* — quasi sacerdos. *Heliod.* I. p. 38. θεοῖς ἀνακείμενον vocat sacerdotem. *Pollux* Onom. T. I. p. 14. θεοῖν ἀνακείμενος ponit inter alia synonyma cum ἱερὸς καθιερωμένος. Θάνατος hic est σωματοειδὴς θεὸς — ut explicat *Hesych.* — PEERLK.

P. 24. v. 23. μή με ἡμέρᾳ δείξητε.] Ut *Sophocl.* Electr. 428. Praepositionem jungit *Eurip.* Orest. 820. *Hippol.* 714. et Herc. Fur. 1204. His antiquior *Hesiod.* Opp. et D. 612. βότρυς δεῖξαι ἠελίῳ, unde *Virgil.* videtur accepisse, *supinatas aquiloni ostendere glebas*, Georg. II. 261. . . . ABRESCH. Respicit Noster veterum religionem qui nefas ducebant cadaver sepultum soli ostendere. Insignis locus

locus est *Pauli* Sent. Lib. I. Tit. 21. §. 4. *Qui corpus perpetuae sepulturae traditum, vel ad tempus alicui loco commendatum nudaverit, et solis radiis ostenderit, piaculum committit.* Cui simile illud *Phocylidis.* — Μὴ τύμβον φθιμένων ἀνορύξῃς μηδ' ἄθεατα — Δείξῃς ἠελίῳ καὶ δαιμόνιον χόλον ὄρσῃς. q. l. cum Paulino conferunt *Cujac.* Observ. lib. XXI. c. 13. alii. — Rogat ergo Anthia ne se soli ostenderent, sed tamquam cadaver in aeterna sede intactam relinquerent. Ἄθαπτα σώματα ἡλίῳ δεῖξαι est ap. *Sext. Empir.* Hinc vetus scriptor apud *Suid.* in voc. ἀκηδής — ἔθαψα τὸν τεθνεῶτα, θέαμα τῷ ἡλίῳ οὐδαμῇ φίλον ἀποκρύπτων. Cum his, quae addit h. l. Anthia, τὴν ἄξια νυκτὸς καὶ σκότους δυστυχοῦσαν opportune comparavit *Palair. Liban.* Oper. T. I. p. 352. Δυστυχῶ — θανάτου καὶ προαγγελίας ἄξια. PEERLK.

P. 24. v. 25. ἐν τῷ πλοίῳ.] Librarius Cod. Flor. scripserat forte πλόῳ (vid. adnot. p. 175.) ex quo, non bene lecto, ipse *Salvinius*, vel alius, qui hanc paginam e Cod. MSS. descripsit, fecit πλοίῳ. Certe h. l. convenientius esse videtur ἐν τῷ πλῷ. LOCEL.

P. 24. v. 29. μὴ Μοῖριν ἔτι, μὴ κ. λ.] Non bene reddita haec sunt a *Cocchio* et *Locella*; *utinam ne Moerin iterum!* quum intelligenda sint interrogative cum indignatione *Iterumne Moerin?* i. e. *alterum Moerin. Aelian.* V. H. XII. 22. ὦ Ζεῦ, μὴ τοῦτον Ἡρακλῆν ἕτερον ἔσπειρας. *Ach. Tat.* I. p. 21. μὴ κρείττων εἰ τοῦ θεοῦ. VII. 423. μὴ γὰρ θρηνῶν ἐπαυσάμην, *unquamne plorare desii?* non ut interpres, *Nunquamne a fletu mihi erit cessandum?* Praeterea Μοῖριν aliisque nominibus propriis elegans inest vis. Ut *Demosth.* Orat. I. in Phil. p. 7. ταχέως ὑμεῖς ἕτερον Φίλιππον ποιήσετε, ἄνπερ οὕτω προσέχητε τοῖς πράγμασι τὸν νοῦν. Cui simile hoc *Xenoph.* Hellen. VII. 1. s. 24. τούτους ἄλλους Λακεδαιμονίους εὑρήσετε. et *Ach. Tat.* V. p. 285. ἄλλην αὐτῷ ποιεῖται τὴν Φιλομήλαν Πρόκνην. Adde *Xenoph.* Anab. III. II. 33. *Joseph.* A. J. III. IV. p. 126. *Plutarch.* de Fort. Alex. Orat. II. p. 73. *Sueton.* in Caes. c. I. *Caesari multos inesse Marios.* Elegantur Ovidius in Heroid. ep. *Medeae Medea forem.* PEERLK.

P. 24. v. 30. ἔνθα δή.] Vitiosum in edd ἐνθάδε ita correximus hortante *Hemsterh.* Conf. p. 74. v. 2. Negligenda vero rursum esse judicavimus quae ad προσίετο v. 2. adscripsit *Abresch.* LOCEL.

P. 24. v. 31. ἐνὶ ὀλίγαις.] Supra p. 22 — 24. narratum est Habrocomen et Anthiam postridie quam Rhodum solvissent captos fuisse a praedonibus maritimis, atque p. 26. v. 2. cum iis trium dierum cursu Tyrum adpulisse: itaque diebus quinque navigatio, inde a Rhodo usque Tyrum fuit absoluta. Jam quum haud

 lon-

longior cursus esse videatur Tyro Alexandriam petentibus, valde suspecta mihi est particula ἔναx; praesertim quia narrari, sine ulla caussa, non solet diuturniorem fuisse navigationem. Aliud est quum brevis dicitur fuisse cursus: nempe ut adpareat nullum incidisse impedimentum, feliciterque atque ordine navigationem processisse. Sic Noster p. 99. v. 2. p. 111. v. 6. p. 117. v 15. Quam ob rem confidenter legerim ἡμέραις ὀλίγαις, ejecta importuna particula ἔναx, quae nec in textu relinqui fortasse debebat. LOCEL. Itaque ejeci. Fuit etiam quum suspicarer pro ἔναx legendum esse ἔνιοι — eamque particulam retrahendam ante ἀνύσαντες — καὶ οἱ μὲν ἔνιοι ἀνύσαντες ἡμέραις ὀλίγαις τὸν πλοῦν. PEERLK.

P. 24. v. 33. ἐκ τοῦ πλοῦ.] Sic habent quidem edd. et Cod. Flor. Verum et haec lectio mihi suspicionem movet. Potuitne *Xenophon* scripsisse, latrones *cursu confecto*, (ἀνύσαντες — τὸν πλοῦν) Anthiam Alexandriae exposuisse, et *absoluta navigatione*, (ἐκ τοῦ πλοῦ) decrevisse eam mercatoribus venumdare? *Cocchius* vertit *statim*, quasi scriptum esset ἐκ τοῦ παραχρῆμα. Graeca, ut sunt, commode vertere desperans, *Cocchium* mihi esse sequendum existimavi. Retento ἐκ τοῦ πλοῦ Cl. *J. Fr. Bast.* suspicatur excidisse ἀναλαβοῦσαν, permotus loco illo p. 97. v. 12—13. ἀνελάμβανεν ἐκ τοῦ πλοῦ κεκμηκυῖαν, quod utique probabilitatem habet. LOCEL. Locus sine dubio est corruptus — ἀνύσαντες τὸν πλοῦν, κατῆραν εἰς Ἀλεξάνδρειαν, κἀνταῦθα ἐξεβίβασαν τὴν Ἀνθίαν, καὶ διέγνωσαν ἐκ τοῦ πλοῦ παραδοῦναί τισιν ἐμπόροις. In quibus verbis quid velint ἐκ τοῦ πλοῦ non intelligo. *Palairet.* legebat ἐκ τούτου, quod et mihi in mentem venerat. Nunc vero parum abest quin affirmem *Xenophontem* ita scripsisse — ἐξεβίβασαν τὴν Ἀνθίαν ἐκ τοῦ πλοίου, καὶ διέγνωσαν sq Notissimum est verbis ἐκβιβάζειν et ἐμβιβάζειν saepe addi ἐκ νεῶν, εἰς ναῦς πλοῖα etsim. PEERLK.

P. 24. v. 34. διωρυγήν.] Rectius scribi διωρυχὴν auctores sunt *Thomas Magister*, et *Suidas*; nam et διώρυξ, docente *Phrynicho*, flecti debet διώρυχος, διώρυχι, διώρυχα. Inusitate etiam a Nostro de sepulchrali violatione usurpatur. Si literam γ servare placet, scribendum foret potius διορυγήν. Ac sane διορυγή, de sententia *H. Stephani*, velut ὀρυγή, ipsam fodiendi sive perfodiendi actionem significat. LOCEL. Διωρυγὴ retulit ex Nostro *Schneid.* in Lexicon suum. PEERLK.

P. 24. v. 35. ἀκατασχέτῳ.] Sic recte legitur in Cod. Flor. At in Lond. et Luc. ed. ἀνανασχέτῳ. Quare *Albertius* et *Hemsterh.*, ut, rejecta spuria lectione, genuinam commendarent pluscula adnotarunt hic jam non transcribenda. . . . LOCEL. Saepius occurrit apud Nostrum ἀκατάσχετος. Vide de ea voce etiam

etiam *Albert.* Observ. Philol. p. 450. Ἀναγκασχέτῳ hic defendit ut *vocem probam juxta analogiam, sensui aptam, atque forsan ἐμφατικωτέραν P. Horreus* in Obs. Crit. p. 141. Primum non intelligo quam emphasin ille sibi in ἀνανάσχετος quaerere potuerit, deinde, quod non semel a doctis est monitum, judicium de bonitate vocis, exemplis et usu scriptorum non analogia instituendum est. PEERLK.

P. 24. v. 35. ὁ δὲ Ἀβροκόμης.] Ergo Tarsum cum Hippothoo jam redierat Abrocomes, [quemadmodum iis statutum fuerat] ut pervestigaret, si quid de Anthia sua resciscere daretur. Hoc liquido patet e p. 69. v. 1 ἐν τῇ πόλει, et v. 13. Chrysium orabat ἄγειν ἐπὶ τὸν τάφον αὐτῆς. Vide initium libri IV. Atqui Mazaco Cappadociae quomodo, quove itinere Tarsum pervenerint, a Xenophonte nusquam narratur. HEMSTERH.

P. 24. v. 35. ἐζήτει καὶ ἐπολ.] Id est: *cum ipse quaerebat, tum alios percontabatur.* Vide *Heliod.* lib. II. p. 87. lib. VIII. p. 367. et *Ach. Tat.* lib. V. p. 299. ABRESCH.

P. 25. v. 1. ποθὲν.] Vocabulum ποθὲν jungo τῷ εἰ, ut sit, εἴ ποθέν τις, sicubi quis. Vide p. 75. v. 6. . . . ABRESCH.

P. 25. v. 1. μετὰ λῃστῶν.] Notes μετὰ cum verbo passivo, ex mente interpretis Cocchii, ἀντὶ τῆς ὑπό. Ipse tamen acceperim potius pro *inter.* [Ac profecto sic accipi debet, Perilaus enim Anthiam, inter latrones inventam, cum iis Tarsum abduxerat. Sic p. 69. v. 8. ἤγαγε — λῃστὰς, καὶ μετ' αὐτῶν κόρην.] De itinere, quod et attigit vir doctus, ex urbe Mazaco in Ciliciam quot in eo dies consumserint, ubi diverterint, quae accurate alibi solet exsequi, interciderunt omnia. Interruptum de Abrocome sermonem ut redordiatur, docebit pag. 89. v. 2. p. 101. v. 11—12. unde simul conjectura poterit fieri quae hic desiderentur. . . . ABRESCH.

P. 25. v. 2. αὑτοῖς.] Sic quidem edi curavi pro αὐτοῖς, quod habent edd. Tamen, si quis vulgatum retineri debuisse contenderit, non multum repugnavero. Conf. adnot. ad p. 86. v. 8. LOCEL.

P. 25. v. 4. προσιοῦσι δὲ τοῦ τόπου ὁ κύριος.] Sic exstat in Cod. Flor. at edd. habent προσιοῦσι δὲ τοῦ πρώτου τοῖς περὶ etc. quod partim emendare partim explicare conati sunt *Hemsterh.* et *Abresch.* Locus omnino cum difficilis tum vitiosus; nam primum προσιοῦσι manifeste mendosum est, legendumque saltem πρόσεισι; deinde nec satis adparet quid sibi velit τοῦ τόπου ὁ κύριος, nec, quamobrem is narretur accessisse ad Hippothoum, ullo modo divinare licet. Si τοπάρχην re-

gionis, sive loci praefectum, designare voluit, cur suo nomine non adpellavit? Certe τοπάρχην Cennatorum et Lalassensium in Trachiotide jam antiquioribus temporibus fuisse invenio apud *Eckhel.* in Doctr. Num. Vet Vol. III. pag. 62. 63. Quare et in campestri Cilicia, ubi nunc erat Hippothous, τοπάρχην sive δυνάστην, serioribus temporibus constitutum fuisse verisimile fit. An τοῦ τόπου ὁ κύριος, *loci dominus* sive *praefectus*, dicitur fere, prout δωμάτων τελεσφόρος γυνή, τόπαρχος ap. *Aeschyl.* Choëph. 661, *aedium praefecta* (quemadmodum vertit *Stanlejus*) *mulier*, *loci domina*? Sed, praeterquam quod temporum locorumque ratio diversa est, cujus classis mulier apud *Aeschylum* debeat intelligi, aeque obscurum est. Igitur *Nostri* locum ad verbum mihi esse reddendum judicabam, nisi quod πρόσεισι in versione expressi pro προσιοῦσι. Alia quaedam ab *Hemsterh.* hic, loco minus idoneo, adscripta, inserta sunt in adnot. ad p. 62. v. 15. et ad p. 100. v. 5. . . LOCEL. Ego omnem locum ita legendum suspicor. προϊοῦσι δὲ τοῦ πότου καιρίως τοῖς περὶ τὸν Ἱππόθοον παροῦσα καί τις πρεσβῦτις, *potantibus vero Hippothoo sociisque opportune aderat etiam anus quaedam* — Προϊοῦσι jam emendarat *Hemsterh.* multa laudans exempla πότου προϊόντος, προβαίνοντος etsim. „ Sed eam, addit, structurae formam Noster maluit, qua usus est p. 59. v. 2. (ed. Lond.) προῆεσαν τῆς ὁδοῦ. p. 67. v. 4. προέλθωσι τῆς ὁδοῦ. et *Polyaen.* II. 28. §. 2. προῆλθε τῆς χώρας." Πότου jam emendasse videtur Cocchius pro τόπου. Et saepissime hae voces inter se sunt permutatae, v. c. apud *Ach Tat.* V. pag. 339. ubi πότον pro τόπον bene edidit *Salmas.* — Opportuna sane aderat ista anus convivio, incipiens rem narrare qua Habrocomes saltem aliquid de Anthia cognoscebat. Caeterum et *Appul.* IV. Metam. p. 250 fingit anum in contubernio latronum — ubi *Oudend.* h. l *Xenophontis* comparat. PEERLK.

P. 25 v. 7. ἄρχειν — τῆς εἰρήνης.] Solet Noster variare in formulis loquendi; nunc enim ἄρχειν dicit, quod p. 49. v. 7. προΐστασθαι. Sic *Aristid.* Orat. Socrat. IV. Vol. I. pag. 338. Irenarcham vocat φύλακα τῆς εἰρήνης, sed postea statim de eodem Irenarchae munere sibi delato utitur formula προστῆναι τῆς εἰρήνης. Similiter *Libanius* Ep. XCV. XCVI. et CCCXL. memorat Zenobium quemdam, qui Elusae fuerit τεταγμένος εἰρήνης φύλαξ, et postea εἰρήνης — προστάς. LOCEL. Pro ἄρχειν *Palairet.* hic legebat ἀρχήν. Quod non opus est. PEERLK.

P. 25. v. 11. πόθεν.] Quam recte dicatur εὑρεῖν, ζητεῖν etc. πόθεν vidimus ad pag. 62 v. 3. Minus procedere prima specie videtur πιεῖν πόθεν, ut futuros suspicer, scriptum qui malint πόθεν vel ὅθεν ἀποθνήσκει, *unde*, *ex quo moritur.* Editae

Editae sensus sit oportet, tamquam legeremus εὑροῦσά vel τυχοῦσά ποθεν, πίνει καὶ ἀποθνήσκει. ABRESCH. *Higt.* adscripserat editioni suae, πόθεν *inde*, *e poto veneno*. Forte legendum αὐτόθεν *statim*. PEERLK.

P. 25. v. 13. παρεῖτο ὑπ' ἀθυμίας.] *Cocchius* vertit *moerore confectus neglexerat*, vetulae scilicet narrationem. Sed παρίεσθαι ὑπ' ἀθυμίας significat *moerore*, sive *anxietate*, *desperatione fractum ac debilitatum esse*. Sic e. g. (ut Nostri loca praeteream in seq. annot. proferenda apud *Joseph.* A. J. lib. VII. c. 12. s. 1. παρεῖτο ὑπὸ κόπου. *Herodian.* lib. II. c. 17. s. 25. παρειμένον ὑπὸ τοῦ φαρμάκου καὶ μέθης. et *Plutarch.* Consol. ad Apoll. Vol. IV. p. 386. LOCEL. *Hesych.* παρειμένος, ἐκλελυμένος. *Schol. Homer.* ad Il. Σ. 435. ἀρημένος, παρειμένος, βεβλαμμένος. *Eurip.* Cyclop. 587. ὕπνῳ παρειμένον. Id. Herc. Fur. 1043. *Joseph.* A. J. VI. 3. p. 316. ὑπὸ τοῦ χρόνου. *Parthen.* Erot. c. 1 μέθῃ. *Eunap.* Vit. Aedes pag. 41. ὑπὸ λιμοῦ παρεθέντες, ex egregia *Toupii* emendatione, quam Cod. MSS. confirmavit *Bast.* Lett. Critiq. pag. 100. — Sine adjecto substantivo *Joseph.* A. J. XIII. 12. *Charit.* lib. VIII. p. 128. — Adde *Valcken.* ad *Eurip.* Phoen. p. 323. et *Albert.* Glossar. Graec. in N. T. p. 184. PEERLK.

P. 25. v. 13. ὀψὲ δὲ καὶ ἀναθορών.] Si quis interponendum arbitretur ὀψὲ δὲ ἀνενεγκὼν καὶ ἀναθορών, haud a me quidem quidquam dissidebit. Verbum illud reposcunt tum quod praecedit παρεῖτο ὑπ' ἀθυμίας, tum particula καὶ, prorsus alias supervacua; quod aliis forte secus videri posse non nego. Judicem in hac caussa, quo certiorem habere non licet, ipsum *Xenophontem* capiamus. P. 14. v. 15. ὀψὲ δὲ Ἀβροκ. ἀνενεγκών, paullo ante invenias ἔκειντο δὲ ὑφ' ἡδονῆς παρειμένοι. Similiter atque p. 100 v. 5. quum dixisset παρεῖται τὸ σῶμα, sequitur postea v. 10. ὡς ἔδοξεν αὐτῆς γεγονέναι. P. 30. v. 5. τελευταῖον δὲ ἀνενεγκών; p. 35. v. 2. ὀψὲ δὲ ἀνενεγκών. Apparet itaque valde scriptori Nostro tritum fuisse hoc verbum de de iis, qui ex inopinato casu, quo repente fuerant perculsi, aut magno moerore animum recolligunt; atque aegritudine remittente ad se redeunt. Vide p. 110. v. 7. p. 114. v. 6. *Long.* Past. lib. III. p. 92. εἶτα ἀνενεγκὼν ἀνεθάῤῥει [ibi consuli possunt *Villois.* Animadv. p. 210.] Plura dabit *Budae.* Comm. L. Gr. p. 402, 403. . . . HEMSTERH. Excidisse ἀνενεγκὼν propter particulam καὶ credibile est: ἀναθορὼν vero adjectum fuerit, quia in lectum se abjecisse Habrocomen p. 68. v. 12. dictum est. Tamen in rapida narratione dixisse sat erat, exsiluisse Habrocomen; nam qui exsilire lecto poterat, utique sese jam ex illo languore receperat. LOCEL. Particula καὶ sine dubio indicat defectum vocis, quam μόλις esse suspicor, ut adeo legam ὀψὲ δὲ καὶ μόλις ἀναθορών. Sic ipse Noster lib.

II. c. 4. ὀψὲ δὲ καὶ μόλις αὐτὴν ἐγείρασα. *Joseph.* B. J. I. IV. 6. ὀψὲ καὶ μόλις ἡσυχίαν τῇ βασιλείᾳ πορίσας. PEERLK.

P. 25. v. 14. *ἀλλὰ νῦν μέν.*] De potestate particulae ἀλλὰ vide *Hoogev.* Doctr. Part. c. I. s. 2. §. 7. p. 11. Post μὲν prope aberam ut insererem ἔφη, quod in sua versione adjecerat *Salvinius*. Adjectae huic voci, (ἔφη vel φησὶ) inquit *Abreschius*, officere potuit literarum adfinitas in σαφῶς, nisi sermo sistat perturbati hominis, praeque dolore abrupte loquentis, animum. Caeterum prout h. l. Habrocomes, ita de se ipsa ait Callirrhoë apud *Charit.* lib. VI. c. 6. pag. 142. νῦν ὡς ἀληθῶς Καλλιῤῥόη τέθνηκεν. Mox ad ἴσως conf. p. 188. adnot. LOCEL.

P. 25. v. 14. *ἐνθάδε.*] *Cocchius*, existimans Habrocomen adhuc Mazacae commorari, vertit *illic*; quod non fecisset, si auctorem suum adtentius legisset. Conf. adnot. p. 231. ad p. 68. v. 7. LOCEL.

P. 25. v. 19. *τὸ σῶμα ἀφανὲς ἐποίησαν.*] Eodem loquendi modo utitur *Herod.* lib. I. c. 11. s. 6. LOCEL.

P. 25. v. 21. *περιέῤῥηξε.*] In certo verborum genere potestas agendi haeret tam simplex, ut in diversas species, activi mediique finibus separatis, discerni fere nequeant: propterea solent a castigatissimis etiam scriptoribus utroque modo efferri. Velut apud Nostrum p. 38—39. ἠρεύνησε, at p. 43. v. 7. ἐρευνώμενος. . . . De verbo διαπράττω vide adnot. p. 180.] p. 21. v. 1. et p. 61. v. 10. ἐπώμνυε, sed p. 50. v. 9. ἐπόμνυται; p. 14. v. 8. p. 16. v. 9. p. 71. v. 4. ὁδηγεῖν, sed pag. 87. v. 11. ὁδηγουμένου θεοῦ. Simili modo δρώμενοι et δρῶντες, πεμπόμενοι et πέμποντες ab aliis inter se permutantur. Plura notat *Eustath.* ad Iliad. VIII. p. 694. v. 22. [De μεταπέμπω et μεταπέμπομαι conf. *Abresch.* Lect. Aristaen. p. 153 et de ἀντέχω et ἀντέχομαι, ἀναμιμνήσκω et ἀναμιμνήσκομαι *D'Orv.* ad *Char.* p. 307 et 546. qui tamen p. 412. in loquutione σπαράττειν τὴν ἐσθῆτα et περιῤῥήξασθαι non occurrisse sibi verbum medium ait.] Verum istas loquendi formulas. περιῤῥῆξαι τὴν ἐσθῆτα et περιῤῥήξασθαι, illi, quibus accuratior scribendi cura fuit, fixis propriae significationis terminis, ita sejungi voluerunt, ut prius esset, *vestem alicui violente deripere*, alterum *in gravibus aerumnis atque animi dolore vestem sibi suam descindere ac lacerare*; ubi manifestum est signatumque activi et medii discrimen. Res satis constare potest eorum exemplorum fide, quae protulit *Bergler* ad *Alciphr.* p. 130. Ipse *Xenophon* hoc observavit p. 38. v. 9. . . . p. 39. v. 6. . . . p. 96. v. 3. et in *Demosth.* Orat. de fals. leg. p. 323. E. legitur περιῤῥήξας τὸν χιτωνίσκον ὁ οἰκέτης. Iterum apud Nostrum pag. 65. v. 5. . . . Par est ratio in περισπάσασθαι τὴν τιάραν, καὶ τοὺς πέπλους περιῤῥήξασθαι, *Xenoph.* Cyrop.

Cyrop. lib. III. p. 38. v. 25. καταῤῥήξασθαι τὸν χιτωνίσκον, *Long.* Past. lib. IV. p. 110. διαῤῥήξασθαι τὸν σάραπιν, *Ctesias* apud *Hesych.* in Σάραπις. Quin omittitur aliquando τὴν ἐσθῆτα et τὰς ἐσθῆτας, sicut ab *Arriano* de Exp. Alex. lib. VII. cap. 24. [et a *Charit.* lib. I. c. 3. p. 7. lib. III. c. 3. p. 65.] Jam poteramus quidem levissima mutatione consequi, ut sibi congrueret optimisque scriptoribus *Xenophon*, refingendo περιεῤῥήξατο τὸν χιτῶνα; verum ad normam illam accuratissimam, quam Attici stili mundities postulet, nihil est quod Nostrum exigimus, cui praeterea phrasin suam tueri datur recentiorum exemplo. Sic enim *Appian.* de B. Mithr. p. 353. et sacri scriptores *Matth.* XXVI. v. 65. *Marc.* XIV. 63. [Adde *Lucian.* Dial. Mer. VIII. Vol. III. p. 300. *Joseph.* A. J. lib. II. c. 6. s. 7. *Eustath.* de Hysm. lib. VI. p. 250. lib. X. pag. 448. confer etiam *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 411.] Haec ideo videbatur operae pretium notare, ut industria juvenum in talibus adtendendis excitaretur, qualia, si quis indolem linguae Graecae penitius inspicere cupiat, in numerato habere oportet. HEMSTERH.

P. 25. v. 21. ἀνωδύρετο καλῶς.] In edd. perperam punctum est positum post ἀνωδύρετο: quod tollendum esse monuit *Abreschius*; sequentes enim accusativos ait pendere ab ἀνωδύρετο, quemadmodum pag. 74. v. 2. p. 106. v. 16. Indicat deinde similes constructiones cum verbis ἀνολολύζειν, ἀνολοφύρεσθαι, et ἀνακαλεῖν: tamen vel sic ei languidius videtur procedere sermo, suspicaturque ante καλῶς excidisse ὦ particulam, nisi, inquit, forte quis desideret praeterea λέγων, ut adeo scriptum fuerit ὦ καλῶς μὲν λέγων. Ignoscant mihi venerandi manes diligentissimi doctissimique philologi, si, quae prius bene stabiliverat, mox male repudiando, libidinem emendandi magis quam intelligentiam suam declarasse dixero. Fieri quidem potuisse, ut librarius Cod. Flor. aut alterius antiquioris Codicis, post ἄρα omiserit ἔφη, vel simile verbum, non ibo inficias; sed mihi tamen hoc loco minus necessarium est visum, prout ipsi *Abreschio* ad superiorem locum p. 69. v. 11. Conf. adnot. p. 186. LOCEL.

P. 25. v. 22. ἀπολομένην.] Sic est in Cod. Flor. In edd. ἀπολυομένην. Duplicem in hoc verbo significationem spectasse videri possit *Xenophon.* Nempe in eo acumen esset, quod Anthia *post mortem* dicitur *periisse* i. e. corpus ejus fuisse deperditum: tamen dubitanter haec dico, nam acumina Noster non amat. LOCEL.

P. 25. v. 24. καὶ τῆς.] Jubet *Hemsterh.* deleri καὶ, jungenda enim esse ait τοῦ τῆς μόνης ἐμοὶ παραμυθίας, comparatque loca pag. 13. v. 10. p. 41. v. 12.

Nihilo

Nihilo secius servavi copulam propterea quod ea mihi videbatur commode stare ac verti posse *simul*. LOCEL.

P. 25. v. 27. *τότε μὲν*.] Voluerat *Abreschius* scribi *τότε μὲν οὖν*, sed postea in Lect. Aristaen. pag. 142. ingenue fassus est frustra se locum sollicitasse. LOCEL.

P. 25. v. 27—28. *ἔννοια — εἰσήρχετο*.] Ut in *Heliod*. lib. IV. pag. 178. ABRESCH. In ed. Vindob. male excusum est Ἀβροκόμου. Mox aegre me continui quin articulum τῆς ante Ἀνθίας insererem, quem h. l. aeque ac in aliis quibusdam excidisse veri simile est. LOCEL. Suppleverat etiam *Tresling*. p. 57. Spec. Crit. Ego edendum ita curavi. PEERLK.

P. 25. v. 28. *ἀπωλείας*.] Pro *amissione*, *perditione*. Sic p. 68 v. 7. et in *Marco* XIV. 4. ubi vulgatum reprehendi non meruerat. *Lucian*. in Asino, p. 152. nec non *Longus* lib. I. p. 5. *Glossar*. Vit. *ἀπώλεια perditio*. ABRESCH.

P. 25. v. 29. *ἔκειντο*.] Quum, et alii plerique, sic et Noster perpetuo τῷ κεῖμαι addat alterius verbi participium, vel nomen quodpiam adjectivum, idem videri posset requirere locus praesens . . . verum. . . *Polyaen*. cum *Aristide* . . nos docent, citra omne additamentum, suam verbis constare integritatem: ille lib. VIII. c. 25. s. 1. hic. T. I. p. 538. ABRESCH.

P. 25. v. 29—30. *ὡς δή τινος χρήζων*.] Id est κατά τι χρέος, ut loquitur *Lucian*. de Saltat. p. 940. vel πρόφασιν ποιησάμενος τὴν γαστέρα ut *Ach. Tat*. lib. V. p. 289. aut quomodo p. 323. σκηψάμενος γοῦν ἐπί τινι τῶν κατὰ τὴν γαστέρα ἐπειγόντων. . . ABRESCH. Usitatissimum porro est ἐπὶ τὰ ἀναγκαῖα ἀποχωρεῖν, ἀπιέναι etc. Verum tamen de naturae necessitatibus intelligere Nostri locum nihil suadet, et apud *Lucianum* d. l. omnia vetant. LOCEL. Ego fere non intelligo quid aliud facturus media nocte surgeret Habrocomes nisi propter τὰ κατὰ τὴν γαστέρα. Et quamquam exemplis hac quidem in re parum efficitur, laudabo tamen *Zosim*. lib. II. pag. 119. ὁ Μαγνέντιος διά τι δῆθεν τῶν ἀναγκαίων διαναστὰς ἐκ τοῦ δείπνου. PEERLK.

P. 25. v. 31. *καὶ τοὺς λῃστάς*.] Vel plane supervacuum est, vel defectus alicujus indicium. HEMSTERH. Quam certum defectus indicium probet conjunctiva καὶ, tam est incertum quid desit. Proximum fuerit καὶ περὶ τῆς Ἀνθίας τι πυθέσθαι, καὶ τ. λῃστ. Quin etiam ad sequentia adtendenti videri posset πάντα adverbialiter positum construendum cum καταλήψεσθαι, *saltem*, *minimum*. ABRESCH. Quum dicit Habrocomes πάντα, hoc vult, opinor, simul cum ἐνταφίοις corpus etiam abstulisse latrones, quod alias facere non solebant. Πάντα pro

pro *saltem*, *minimum*, quis, quaeso, adhibuit? LOCEL. Voluit *Abresch.* πάντα hic dici pro πάντως, quod pro *saltem* saepe Noster ponit. Caeterum ex conjectura locum ita supplevi ἐλπίζων τὴν Ἀνθίαν καὶ τοὺς λῃστὰς sq. PEERLK.

P. 25. v. 30. εἰς Ἀλεξ.] Id est ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, nam latrones, postquam Alexandriam adpulerunt, Anthiam ibi venumdare constituisse narratum est p. 68. v. 5. Quamquam vero saepenumero admonuerunt philologi, εἰς poni solere pro ἐν, tamen in hunc scopulum videbis sese impegisse magnum *Hemsterh.* in a lnot. ad p. 96. v. 10. LOCEL.

P. 26. v. 4. ὁρᾷ.] Vitiosum in edd. ὁρῶν sic corrigi jusserat *Hemsterh.* et vero etiam sic habet Cod. Flor. LOCEL.

P. 26. v. 8. σκήπτεται πρὸς τ. Ψάμμ.] Eadem constructione verbum adhibuit *Long.* Past. lib. III. p. 81. *Joseph.* A. J. lib. II. c. 4. s. 3. lib. X. c. 7. extr. ABRESCH.

P. 26. v. 9. ἀνακεῖσθαι Ἴσιδι.] Ideo finxit, quia illis, quae consecratae erant alicui numini, seu sacerdotes, consuescere cum viris non licebat. *Justin.* X. II. *Solis eam sacerdotio praefecit, quo perpetua illi ab omnibus viris pudicitia imperabatur.* Saepe etiam sacerdotes virgines creabantur tantum ad nuptiarum tempus, ut et Anthia μέχρις ὥρας γάμων. De sacerdotibus Minervae apud Tegeatas et Dianae in Aegira, tradit hoc *Pausanias* v. *Spanh.* ad *Callim.* p. 567. PEERLK.

P. 26. v. 9. ἐνιαυτῷ τίθεσθαι.] Insolentia locutionis facit, ut verear, ne locus aliqua menda sit inquinatus. Quod si tamen ſcripturae sua constet integritas, ea potestate τίθεσθαι intelligendum autumo, quae ducta est a rationibus ponendis, inque tabulas referendis. Vide *Casaub.* ad *Theophr.* Char. Eth. c. XXIII. p. 163. quomodo dicuntur ἐν λόγῳ, ἐν ἐπαίνῳ, ἐν ψόγῳ τίθεσθαι. . . . Ergo sensus erit: *dicebatque adhuc tempus illud, quo sacra sit Isidi, anno aestimari: annum adhuc in illud tempus computandum addendumque esse antequam finiatur.* . . . . In *Xenophonte* si quis forte malúerit, ἐνιαυτὸν, non multum profici video. HEMSTERH. Quid si pro τίθεσθαι substituamus τελεῖσθαι, vel τελέσθαι, reddi possit, *tempus istud anni unius spatio absolvi jamque esse, vel absolututum iri*, praesenti scilicet, vel äoristo, potestate futuri adhibitis? Vulgatam, quantum licebat, Latine reddidi. *Salvinius* vertit, *c'he ancora ci era che fare un anno*, et *Cocchius* transtulit, *tempus uno adhuc anno abesse.* LOCEL. *Palairet.* accipit ἐνιαυτῷ de certo quodam spatio indefinito — et

reliqua per Hypallagen, pro ἔτι τῷ χρόνῳ ἐνιαυτὸν τίθεσθαι. *Cocchius* dum vertit *abesse* fortasse legit λείπεσθαι. In mentem mihi venere καὶ ἔλεγεν ἐς τὸν χρόνον ἐνιαυτοῦ τίθεσθαι sc. τοὺς γάμους — *et dicebat se constituere nuptias anno temporis finito*, aut ἔτι τῷ χρόνῳ ἐνιαυτοῦ τίθεσθαι — eadem significatione. Ita *Long.* III. p. 129. καὶ τῷ μετοπώρῳ τοὺς γάμους θήσειν ἐπαγγέλλεται — *se constituere autumnum tempus nuptiarum.* *Aeschyli* illa παλιμμήκη χρόνον τρίβῳ τιθέναι cum loco Xenophonteo comparat *Abresch.* Anim. ad *Aeschyl.* pag. 264. vel denique ἔτι τὸν χρόνον ἐνιαυτοῦ τίθεσθαι — *se adhuc annum temporis constituere* — antequam scilicet nuptiae contrahi possent ob caussas a se allatas. Sed tutius forte est facere cum *Hemsterhusio*, locumque explicare; monuit autem idem v. d. alia de hac significatione verbi τιθέναι ad *Lucian.* Dial. Mort. p. 6. ed. min. Anacharsis interrogatus utrum essent plures vivi an mortui respondit, τοὺς οὖν πλέοντας ποῦ τίθης. *Diog.* Laërt. lib. I. p. 74. Ita saepe *Anacr.* Od. 35. PEERLK.

P. 26. v. 11. ἔτι.] Valet h. l. *jam*, *jam nunc*, vel si mavis, *posthac*, *ex eo*: quod non animadvertens *Salvinius*, interpretatus est *ancora*. Viderat quidem *Cocchius* aptam non esse illam interpretationem, sed vertit *ita*. Quasi vero ἔτι pro ἔστω posset adhiberi. LOCEL.

P. 26. v. 14. ἐμπίπτει.] *Palair.* ut et conjecit *Hemsterh.* legit ἐκπίπτει — quod omnino verum mihi videtur propter sequens ἐκπεσοῦσι δέ. Nam in tali re Noster aliique idem verbum solent repetere, de quo jam diximus ad lib. I. c. 12. PEERLK.

P. 26. v. 14. Παραίτιον.] Bene profecto de *Xenophonte* merebitur, qui locum non una labe foedatum (nam id quidem neutiquam est ambiguum) ad pristinam integritatem revocabit. [Ex unico Cod. MS. Flor. ubi totus iste locus sic est exaratus, nullum datur auxilium.] Nos interea vice cotis fungemur, et conjectandi varietate quadam id saltem conabimur adsequi, ut praelibatis, quae prima specie poterint blandiri, planior aliis ad inveniendum verum patefiat aditus. A corrupta voce Παραίτιον tam prope distat Παραιτόνιον vel Παραιτονίαν, ut quin ista legenti statim occurrat fieri vix possit; praesertim si quis *Luciani* verba non procul a fine libri *de Historiae conscribendae ratione* simul habuerit in promptu. . . . Propositum lectionem si pro sua *Xenophon* agnoverit, effugere non potest, quin duplicis erroris culpam sustineat; unius gravissimi, levioris alterius atque excusabilis. Primum enim *utraque Aegypti*, quae *Florus* vocat, *cornua*, Paretonium et Pelusium, tot stadiorum intervallo disjuncta, eum confudisse statuendum est: naufragium certe longius infra Pelusium versus Palaestinam accidisse voluit, ut qui

clare

clare dicat pastores, qui diripuerant ejectos, abduxisse illos ὁδὸν ἔρημον πολλὴν εἰς Πηλούσιον τῆς Αἰγύπτου, ubi praedam distraxerint. . . . Deinde si remotius aliquantum a Pelusio infidi maris aestus eos oppressit, quid attinebat τὰς ἐκβολὰς τοῦ Νείλου, ubi navis fuerit impacta, commemorare? aut quousque nobis extendet τὰς ἐκβολὰς τοῦ Νείλου *Xenophon*? nam Pelusium quidem ultra brachium Nili extimum jacebat. Prius peccatum, etsi cadere non deberet in scriptorem diligentem, ut tamen haud incredibile nobis videatur, sibimet acceptum referat ipse *Xenophon*; qui, quando in situ locorum urbiumque, praesertim Aegypti, describendo versatur, facile non nimis segni lectori persuadet, suam Geographiae peritiam valde claudicare. . . . Verum enim vero, si paullo consideratius totam Xenophontei loci structuram inspicias, vulneris alicujus cocci ac profundioris vestigia se produnt; cujus ubi certa fides constiterit, liberabitur etiam Noster illa dedecoris nota, quam forte priore conjectura sibi inustam moleste ferat. Primum quidem ἐμπίπτειν (sive malis ἐκπίπτειν propter ἐκπεσοῦσι v. 12—13.) ἐπὶ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Νείλου tam male congruunt, ut jungi fere videantur non posse. Recte dixeris navem deferri vel illidi in scopulos, arenas, brevia vadorum, sed ἐμπίπτειν εἰς, quod multo quidem est usitatius in hac re, quam ἐπὶ τὰς ἐκβολὰς τοῦ Νείλου (etiamsi vel solum intelligas ostium Pelusiacum) plane, nisi fallor, abhorret, atque exempli parilis auctoritate destituitur. Tum porro, quamvis ista non prorsus incommode connecti dederis, quomodo tandem ad ἐμπίπτειν convenient sequentia: τήν τε Παραίτιον, et maxime καὶ Φοινίκης ὅση παραθαλάσσια? Quare videndum est, ne, facinore librarii, versus non unus, sed plures etiam interciderint, quibus, per occasionem hujus naufragii, *Xenophon* oram Aegypti vicinaeque Phoeniciae oram maritimam descripserit, tamquam navigiis infestam et periculi plenam. Erat autem revera totum illud mare quod Aegyptum adluit, perquam vadosum accessusque difficillimi; atque ab ea praecipue parte, quae Pelusium spectat: quod historicorum illorum qui miserabilem Pompeji casum memoriae mandarunt, nemo fere praetermisit. . . . [Vide *Plutarch.* in Pomp. Vol. III. p. 866. *Dion. Cass.* lib. XLII. c. 4. p. 307. *Appian.* B. Civ. lib. II. c. 84. pag. 291. *Lucian.* VIII. 565] Jam porro *Joseph.* de B. J. lib. IV. c. 10. s. 5. testatur Aegyptum esse κατά τε γῆν δυσέμβολον καὶ τὰ πρὸς θαλάσσης (hoc praestantioribus membranis libenter debemus: male vulgatur θάλασσαν) ἀλίμενον, et mox καὶ τὸ καλούμενον Αἰγύπτιον πέλαγος πᾶν ἄπορον ὅρμων, cum quo consentit *Strabo* lib. XVII. p. 1174. B. Verum *Diodor. Siculi* locus est in primis egregius, quique eo minus omitti debet, quod conjecturae non improbabili viam muniat. [V. lib.

 I. c.

I. c. 31. p. 36. a verbis *ἡ τετάρτη τείνων πλευρὰ* usque *δι᾽ ἐις χώραν ἔρημον.*] Nihil magis adpositum adferri potest ad omnem *Xenophontis* illam narrationem illustrandam. Fieri mentionem videmus *ταινίας*, quae toti fere Aegypto praetendatur: idem nomen usurpavit praecedente pag. 35. de Serbonide. Et est quidem illud vocabulum, quod *dorsum arenosum* significat, sive paululum e mari eminens, seu fluctibus parumper modo tectum atque insidiosum navigantibus, auctore *Polybio* lib. IV. c. 41. *Strab.* lib. VII. p. 473. A. Peripl. Mar. Erythr. p. 14. v. 12. *ταινία τραχεῖα καὶ διάσπιλος*; est, inquam. vocabulum illud haudquaquam Aegyptiis ignotum: nam et ad Maream *ταινία ἐπιμήκης* (unde Mareotico praestantior *ὁ Ταινιωτικὸς καλούμενος οἶνος*, ut monet Athen. lib. I. pag. 33. E.) et a Pharo hujusmodi taenia, verus Aegypti Libyaeque terminus . . . ad Alexandriam atque ulterius cum priore conjuncta porrigebatur. . . . Haec cuncta parum abest, quin eo me deducant, ut scripsisse *Xenophontem* augurer *τήν τε Παραταίνιον καλουμένην.* . . . Quid ergo, si hoc pacto conglutinata ferri queant? *ἐμπίπτει δὲ ἐπὶ (ἐις) τὰς ἐκβολὰς τοῦ Νείλου, τήν τε Παραταίνιον καλουμένην*, ut per *ἓν διὰ δυοῖν* incidisse dicat navim in illa brevia dorsuosa, quibus impactus Nilus late diffunditur: nam *καὶ Φοινίκης ὄρη παραθαλάσσια* aliud quiddam flagitat, cum quo concordet, et lacunam adesse certissimis indiciis ostendit. Haec nescio quem sint apud aequos judices habitura probabilitatis gradum; me certe non absterruerunt, quin aliud remedium praeterea circumspiciendum putarem, in quo si opera mihi et oleum periit, chartae quidem levis est jactura. Qui a Cilicia cursum in Aegyptum dirigunt, illis, antequam Aegyptium pelagus intrent, superandus est Issicus, sive sinus, sive mare; quod nonnumquam strictiori ambitu contineri alias multo latius porrigi censetur ultra Cyprum Aegypto tenus. Quare post alios scribere non dubitavit *Orosius* lib. I. c. 2. *Syrio mari, quem Issicum sinum vocant.* Illud ipsum mare dicitur quoque *Parthenium*, *Παρθένειον πέλαγος*, ut *Suidas* habet, vel *Παρθένιος θάλασσα.* Conf. *Ammian. Marc.* lib. XXII. c. 16. p. 372. c. 15. p. 362. . . . . Jam Parthenium pelagus Abrocomae fuit navigandum ut Alexandriam perveniret: *Παρθένιον* vero tam parvo literarum discrimine, praesertim si majores pingas, sejunctum est a *Παραίτιον*, ut alterum alterius occupasse sedes, non difficillime credi possit. Ea conjectura, pluris enim a me non fit, si, quantum mihi, tantum aliis arridet, ponendam esse notam censeo hiantis et mutilatae sententiae ante *τὰς ἐκβολὰς*, quae tum sequentibus ordine continuato sunt adjungenda. HEMSTERH. Desperato huic loco quam certiorem curationem adhibeam, sive quid ab ipso *Xenophonte* scriptum sit verisimilius conjectando, sive quod

quid in edd. legitur aut emendando aut melius explicando, equidem non habeo; nec quo loco lacunae signum ponam dispicio. Hoc solum adseverare audeo, mihi primo loco propositam *Hemsterh.* emendationem Παραιτονίου, propter omnium literarum perfectam aequalitatem, certissimam esse videri, in qualemcumque demum reprehensionem ex eo necesse sit Auctorem nostrum incurrere. Ne Πηλουσιακὸν reponamus vetat literarum dissimilitudo, et quae mox v. 14—15. dicuntur. Itaque ut *Paraetonium* saltem in versione legeretur curavi. Hoc genuinum, Παραίτιον vero librarii errorem esse, tum fortasse adparebit, si ex alio quodam Cod. MS. restitui aliquando possent, quae intercidisse credibile est: quibusque repertis *Xenophontem* imperitiae reum immerito fuisse actum simul forte cognosceremus. In Tabula Peutingeriana pro *Paraetonium* corrupte quoque legitur *Pretonium*. Ineptus Germanicus interpres, quem semel saltem lectoribus ridendum propinare liceat, p. 89. vertit: *das fahrzeug — lief ingefähr in der Mündung des Nilstromes ein, wo es in der Gegend von Parätlum einer Seestad Phöniziens, anlandete.* Ex ungue leonem! LOCEL. Idem si ego antea professus fuero, quod *Locella*, non vereor conjecturas meas adponere. Ex verbis τήν τε Παραίτιον καλουμένην, καὶ Φοινίκης ὅση παραθαλάσσιος — haec ego elicui τήν τε Παραιτόνιον, καὶ λίμνης Φατνικῆς ἕλη παραθαλάσσια. Petebant Alexandriam. Ea aditu a mari valde difficilis. *Ammian. Marc.* lib. XXII. pag. 251. *Hoc litus ne fallacibus et insidiosis accessibus affligeret ut antea navigantes discriminibus plurimis, excogitavit in portu Cleopatra turrim excelsam* sq. Ob istos igitur accessus fallaces et insidiosos navis Habrocomae delata est in ostia Nili et quidem in illud quod Paraetonium dicebatur, atque inde in lacus ab ostio nili Phatnico formatos marique proximos. Habet Aegyptus ad mare plurimos lacus et paludes. *Scylax* in Periplo pag. 103. dicit ἔστι δὲ τὰ πολλὰ τὰ παρὰ θάλατταν Αἰγύπτου λίμναι καὶ ἕλη. *Diod. Sicul.* I. p. 19. vocat ἑλώδεις καὶ λιμνάζοντας τόπους. *Julian.* Orat. II. p. 72. ἅτε εἰσρεόντων ποταμῶν μυρίων, οἱ ποιοῦσιν ἕλος προσεοικὸς τοῖς Αἰγυπτίοις ἕλεσι. Adde *Hemsterh.* ad *Aristoph.* Plut. p. 54. 55. 56. Quin etiam locus quidam inter ostium Nili Sbenniticum et Mendesium vocabatur ἑλεαρχία, quasi dicas ἐπαρχία τῶν ἑλῶν. Vid. *Cor.* ad *Heliod.* T. II. p. 11. Istae autem paludes utrum exstiterint inundatione Nili, ut *Ach. Tat.* lib. IV. p. 249. de aliis scribit lacubus procul a mari sitis, an alia ratione, non definio. Habitabantur certe a pastoribus istis latrocinantibus, (ut et h. l. capti sunt ὑπὸ τῶν ἐκεῖ ποιμένων, de quibus mox dicemus) qui tenebant ista ἕλη παραθαλάσσια. Pro Φοινίκης autem quod porro legimus in *Xenophonte*, conjeci Φατνικῆς, per λίμνην Φατνικὴν intelligens lacum non pro-

cul ab ostio Nili Φατνικῷ, quod quidam idem esse statuunt quod *Herodotus* vocat βουκολικόν. Στόμα Φατνικὸν est apud *Scylac.* l. l. quamvis alii Φατνιτικὸν, quod corruptum in *Ammian. Marc.* p. 247. legitur *Pharniticum.* Si quis illud *Scylacis* Φατνικὸν non probet et ibi et hoc loco scribat Φατνιτικῆς. *Strabo* etiam *Phatnicum* habet, quod corrigit *Pintian.* ad *Pompon.* Mel. I. VIII. Potest autem λίμνη Φατνιτικὴ dici ad imitationem λίμνης Σεβεννυτικῆς, quae erat prope στόμα Σεβεννυτικόν. PEERLK.

P. 26. v. 15. ἐκπεσοῦσι.] Quamvis saepe usurpatur ἐκπίπτειν de iis, qui a recta via deflectunt, et praecipue de navibus cursu excussis, sive adverso vento, sive nautarum imperitia, tamen non putabam h. l. cum *Salvinio* vertendum mihi esse errantes (*che aveano smarrito la strada*) neque etiam, *e navi egressis*, cum *Cocchio*; nam manifestum est ἐκπεσοῦσι a Nostro dici de iis, qui in vadosa et arenosa loca delati, impacta navi, in litus quasi ejiciuntur. Hac potestate verbo ἐκπίπτειν usi sunt e. c. *Xenoph.* de Exped. Cyri lib. VII. c. 5. s. 13. *Polyb.* lib. I. c. 51. *Diod. Sicul.* lib. XIV. c. 37. *Strabo* lib. VII. p. 492. LOCEL. Putabat supra *Hemsterh.* ἐκπίπτειν εἰς τὰς ἐκβολὰς τοῦ Νείλου tam male congruere ut jungi posse non videantur, quum ἐκπίπτειν illo judice tantum usurpetur de navibus quae in scopulos, arenas, brevia sint delatae. Sed v. Loc. et *Appian.* p. 399. ἕως ἀπὸ Τροίας ἐπανιόντας φασὶν εἰς τὸν Πόντον ὑπὸ χειμῶνος ἐκπεσεῖν. conf. *Gronov.* ad *Arrian.* Exped. Alex. VI. 25. PEERLK.

P. 26. v. 15. ποιμένων.] Hi latrones erant, habitabantque loca paludosa, circa oras Aegypti maritimas. Vocantur vulgo βουκόλοι, eorumque sedes βουκόλια, (conf. tamen *Hemsterh.* ad *Aristoph.* Plut. p. 56.) unde et ostium quoddam Nili dictum erat βουκολικόν. *Strabo* lib. XVIII. pag. 792. narrat priscos Aegypti reges loca circa Racotidem pastoribus istis tradidisse, ut venientes e mari submoverent, et p. 802. portum apud Pharum a pastoribus latronibus (ὑπὸ βουκόλων λῃστῶν) custodiri, qui appellentes aggrediebantur. — Serioribus temporibus antiquorum regum illud imperium videntur bene observasse pastores illi. — Similia, quae *Xenophon*, finxerunt de iis *Ach. Tat.* lib. III. p. 177. IV. 249. et *Heliod.* I. Aeth. p. 9. ad q. l. plura *Cor.* ex quo haec fere hausimus, adde *Bourdelot.* ad Eumd. I. p. 15. — Lectu jucunda sunt quae bini Erotici de vita et moribus istorum latronum narrant, quae Noster pro sua scribendi brevitate silentio praeterit. PEERLK.

P. 26. v. 15. τὰ τε.] Sic edidi jussu *Hemsterh.* pro τὰ δὲ in edd. LOCEL.

P. 26. v. 16. *διαρπάζουσιν.*] Idem facere solitos Thraces narrant *Xenoph.* Diod. Sicul. et *Strabo* locis modo indicatis. In ea vicinia etiam Clitophon, Pelusio Alexandriam petens, a pastoribus latrocinantibus captus fuit. Vide *Ach. Tat.* lib. III. c. 9. p. 264. LOCEL. Credo equidem semper apud omnes nationes, neque hodie desunt, crudeles fuisse et barbaros mari adjacentes, qui naufragis servata bona eripiebant. *Phaedr.* IV. 21. 16. *Praedones adsunt, rapiunt quod quisque extulit. Caesar* lib. B. Civ. c. ultim. *In hac sunt insula* (Pharo) *domicilia Aegyptiorum, et vicus oppidi magnitudine: quaeque ubique navis imprudentia, aut tempestate paullulum suo cursu decesserint, has more praedonum diripere consueverunt.* PEERLK.

P. 26. v. 16. *ὁδὸν ἔρημον.*] Hujus solitudinis meminit *Arrian.* de Exp. Alex. lib. III. c. 1. s. 4. c. 3. s. 5. et, ut mihi persuadeo, *Cicero* de Divin. lib. II. c. 9. LOCEL.

P. 26. v. 18. *πεπαυμένους.*] Supple *στρατείας* vel *ἐκ στρατείας. Euripid.* Electr. 1108. *Aristid.* Tom. I. p. 379. *τοὺς στρατευομένους* opponit *τοῖς ἡσυχάζουσι*, non quidem emeritis, sed qui quam rectissime ita dicantur. . . . ABRESCH.

Vel potius *πολέμου*, ut *Homer.* Iliad. III. 150. *γήραϊ δὴ πολέμοιο πεπαυμένοι.* et *Philostr.* Heroic. p. 747. *πέπαυται τῶν πολεμικῶν.* Cum Nostro, ait *Palairet.* loquitur *Plutarch.* in Pyrrh. Tom. I. p. 394. Κλαύδιος Ἄππιος, ἀνὴρ ἐπιφανής, καὶ πεπαυμένος. sc. *πολέμου.* Ellipsin idem indicat in *Lucull.* p. 521. Anthol. IV. 1. PEERLK.

P. 26. v. 19. *ὀφθῆναι — ἀκουσθῆναι.*] In hujusmodi loquendi formulis activo verbo saepius usos fuisse Graecos scriptores ostendit *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 435. 460. 526. Noster in simili fere loco p. 92. v. 3. verbo activo *δρᾶσαι* uti debuit. Pro *μιαρὰν* perperam in *Salvinii* apographo scriptum fuisse oportet *μικρὰν*, vertit enim *piccola a vedere.* Μιαρὰν, quod edd. habent, debetur credo, tacitae *Cocchii* emendationi, quam postea Cod. Flor. confirmavit. Ceterum cum *Salvinio* ἀκουσθῆναι de fama me accepisse, erunt qui non probent propter verbi formam passivam. Me nondum poenitet. *Cocchius* vertit *uxor aspici impudens, audiri scelestior.* LOCEL. Ego longe aliter quam *Cocchius* et *Salvinius* locum intelligo, censens ἀκουσθῆναι — χείρω hic verti debere, *audiri tristior — vocem habens multo pejorem* sc. quam adspectum quem *μιαρὸν* vocavit. Variata phrasi dixit idem lib. V. c. 7. ὁ δὲ ἄνθρωπος ἦν ὀφθῆναι φοβερὸς, φωνὴν δὲ πολλῷ εἶχε χαλεπωτέραν. Habebat anus nostra vultum turpissimum, vocem turpiorem, ut nihil omnino in ea juvenem ad amorem posset illicere. *Dulce loqui* in magna commendationis parte pone-

ponebatur. *Dulce loquentem Lalagen* laudat *Horatius* Od. I. 22. ridens Od. IV. 13. *cantum tremulum* anus Lyces. Puellam ἁδὺ φωνεῦσαν memorat *Sappho*. *Ennii* est fragmentum. *Olli respondit suavis sonus Egeriai*. *Philostr.* epist. 68. οὔτε αὐτὸς ἡδὺ ἄκουσμα οὕτως, ὡς τὰ σὰ ῥήματα. *Aelian.* V. H. XII. 1. φώνημα δὲ εἶχεν ἡδὺ καὶ ἁπαλὸν — quamque Sirenis diceres. — *Cocchius*, vertens, *audiri scelestior* — intellexisse videtur de improbis et obscoenis mulieris sermonibus. — *Locella*, qui cum *Salvinio* de fama accepit, cogitasset velim quam male jungantur *foeda adspectu — fama longe peior* Deinde, de homine male audiente, Graeci usurpant κακῶς ἀκούειν, non ἀκούεσθαι, forma passiva. Legitur quidem in ep. Phalaridos p. 314. τυραννοκτόνοι ἀκουσθῆναι, sed frustra illud tueri *Lennepium*, docet *Valcken.* in Adnot. p. XXII. PEERLK.

P. 26. v. 19. Κυνῶ.] Sic quoque vocatam Mitradatis bubulci conservam et contubernalem lego apud *Herodot.* lib. I. c. 110. Hoc loco adcommodatum nomen est personae: quod et alias a *Xenophonte* nostro non fuit neglectum; nam praeter Anthiam et Habrocomen, huc referri possunt formosus adolescens Hyperanthes, maritimam Siciliae oram inhabitans piscator Aegialeus, eique suavissima uxor Thelxinoë. Eadem de re conf. *D'Orvill.* ad *Charit.* pag. 247. LOCEL.

P. 26. v. 21. κατεῖχε.] Haec est lectio Cod. Flor. pro καρτερεῖν, quod nescio quomodo in edd. irrepserit. *Salvin.* vertit *palesargli*, tamquam si κατειπεῖν legisset, aut saltem legi voluisset. *Cocchius* parum adcurate, ut solet, transtulit *differre*. LOCEL.

P. 23. v. 21. δεινὴ καὶ ἐρασθῆναι.] Δεινὴ nihil habet quod agat hoc in loco. Recte quidem dixeris δεινὴν καρτερεῖν [junxerat scilicet *Hemsterh.* καρτερεῖν δεινὴ, Londin. edit. lectionem sequutus] quae forti animo obdurat, malisque non cedit, aut amori etiam strenue resistit; verum huic locutioni negationem adnecti, nisi alius accesserit sententiae complexus, qui vim ejus fulciat, prohibet non linguae solum genius, sed et ratio. Quod observatum tale est, ut non tam argumentis probari, quam gustu quodam veterum elegantiis exercitato sentiri debeat. Noster jure repetet suum illud solemne καὶ οὐκέτι καρτερεῖν δυναμένη. [de quo vide adnot. p. 144. *Long.* Past. lib. IV. p. 137. καὶ καρτερεῖν μὴ δυνάμενος. HEMSTERH.

Si καρτερεῖν aut saltem κατέχειν in Cod. Flor. legeretur, cupide recepissem *Hemsterh.* emendationem, eruntque fortasse quibus ea, vel invito Codice, amplectenda videatur: quare totam viri docti adnotationem transcripsi. At enim cauti fidique editoris officium est, scripturam boni Cod. MS. qua licet, servare, et expli-

explicare conari. Igitur retenta lectione κατεῖχε, (in qua subaudiri potest ἑαυτὴν vel τὸν ἔρωτα, quod p. 54. v. 12. additur) necessario nobis jungenda sunt δεινὴ καὶ ἐρασθῆναι, et utcumque interpretanda. Novimus δεινὸς generatim dici eum, *qui multus est in aliquo genere atque excellens*, quare notat etiam *vehementem*, *terribilem*, *dirum* et *similia*: de qua significatione egit *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. lib. I. c. 1. Leniore, ut ita dicam, significatione δεινὸς est *validus*, *pollens*, *potens*, *peritus*, *aptus.* Exemplorum utriusque significationis abunde est. Porro etiam cum negatione adjuncta (quod *Hemsterh.* secus videbatur) reperitur e. c. apud *Demosth.* Phil. II. p 73. καίπερ ὄντες οὐ δεινοὶ μεμνῆσθαι, et *Xenoph.* Cyrop. lib. II. c. 2. s. 24. οὐ πάνυ δεινή ἐστιν — συνεπισπᾶσθαι. Quando cum infinitivo construitur, solet quidem verbum εἰμὶ habere comitem, sed et interdum sine eo invenitur, e. c. apud *Xenoph.* Cyrop. lib. VII. c. 3. s. 23. et *Lucian.* Solocc. Vol. III. p. 552. Vehementi amore teneri apud *Eurip.* Hipp. 28. et in Fragm. Androm. XIII. 1. dicitur δεινῷ ἔρωτι κατέχεσθαι, et δεινὸν ἔρωτα ἔχειν. Itaque in hoc Nostri loco δεινὴ καὶ ἐρασθῆναι (modo sana sit Cod. lectio) converti poterit, *etiam in amore suscipiendo vehemens*, *sive immodica immoderata*: respicit enim Auctor ad id quod v. 3. dixerat, ἄπασαν ἀκρασίαν ὑπερβεβλημένην. Pariter in posteriore loco e *Xenophonte* indicato φαγεῖν δεινὸς ab *Leunclavio* bene vertitur *admodum vorax*, et συμπιεῖν δεινὸς apud *Aeschin.* de fal. legat. p. 232. et 282. bene latine reddi poterit *in compotatione acer.* Postreno passiva forma ἐρασθῆναι *amore capi*, pro *amare* uti solere Graecos, non est cur pluribus ostendam. Tamen haec forma fraudi fuit *Abreschio*, qui conjecit reponi posse ἀντερασθῆναι, quo verbo *Nostrum* uti docuit p. 87. v. 9. aliosque scriptores: neque tamen, inquit, vel sic ausim edicere, et hic esse corrigendum. At haec de integritate loci praesentis dubitandi ratio forte cuidam videri possit, quod in hac loquendi formula δεινὴ construi solet cum infinitivo praesentis temporis; sed, praeter δεινὸς φαγεῖν, εἰπεῖν, quorum verborum infinitivus praesens non est in usu, apud *Lucian.* Solocc. Vol. III. p. 552. legitur δεινὸς γνῶναι; in *Theopompi* dicto apud *Longin.* s. XXXI. δεινὸς — ἀναγκοφαγῆσαι, et in laudato *Demosth.* loco est μεμνῆσθαι, et denique in Orat. c. *Aristog.* p. 777. καλοκἀγαθίᾳ — δεινὸν ἐλαττωθῆναι; ne plura adcumulem. LOCEL. Consuli praeterea possunt quae de voce δεινὸς observata sunt *Dounaeo* Praelect. ad *Demosth.* Orat. de Pace p. 211. *Wolf.* ad *Liban.* epist. 1037. *Abresch.* Lect. Arist. p. 23. et *Olear.* ad *Philostr.* vit. Sophist. p. 483. Quamvis egregie quod est in Cod. tueatur *Locella*, unice tamen

verum mihi videtur οὐκέτι κατέχειν δυναμένη, καὶ sq. Quo facto ἐρασθῆναι pendet ab ἤθελε, capiendumque est passive *et amari et frui amore volebat.* Κατεῖχε a κατέχειν parum literis differt, ut δεινὴ a δυναμένη — quo et in re simili utitur *Joseph.* A. J. lib. VII. c. 7. p. 379. τῆς ἐπιθυμίας κατασχεῖν μὴ δυνάμενος. PEERLK.

P. 26. v. 22. προσφέρει λόγον.] Sic utitur *Noster* p. 81. v. 14 et 15. Solemnis est formula de iis, qui blandis sermonibus ad amorem sollicitant: e. g. apud *Longum* Past. lib. III. c. 18. ubi vide *Villois.* Animadv. p. 211. LOCEL.

Charit. lib. IV. pag. 86. λόγους τῇ γυναικὶ προσήνεγκεν ὡς πιθανωτάτους. v. *D'Orvill.* Animadv. p. 171. *Xenoph.* Ages. V. s. 5. Cyrop. VI. 1. 31. *Nicol. Damasc.* Histor. p. 43. *Joseph.* A. J. II. iv. pag. 73. *Anton. Liber.* c. 39. *Plutarch.* Marcell. T. I. p. 298. ἀσελγὴς ἀνὴρ καὶ θρασὺς, ἐρῶν λόγους προσήνεγκεν. PEERLK.

P. 26. v. 23. καὶ ἔχειν — καὶ — ἀποκτενεῖν.] Ne quem moretur ἔχειν intercedente copula junctum cum futuro ἀποκτενεῖν. Idem tenendum quod de aoristo notavimus ad pag. 53. v. 5. Noster iterum pag. 112. v. 6. καὶ ἔρχομαι — καὶ φανοῦμαι. . . . *Ach. Tat.* lib. VII. p. 457. ἔχειν καὶ παρέξειν. *Heliodor.* lib. II. p. 88. . . . ABRESCH.

P. 26. v. 25. ἀδικήσασαν ἤδη. τέλος δέ.] Hoc modo, duce *Abreschio*, Graeca verba disposui, quae in edd. perperam hoc ordine leguntur: ἀδικήσασαν. ἤδη δὲ τέλος etc. . . . LOCEL.

P. 26. v. 25. συγκατατίθεται.] Ita accipiendum ut Habrocomes simulaverit se assentiri vetulae, ut lib. II. Lampon τῇ μὲν Μοίριδι συντίθεται, neque tamen fidem servat. Nec vero Habrocomes, qualem describit *Xenophon*, libidini turpissimae vetulae potuit succumbere. *Treslingius* editioni suae, quae erat Londinensis, haec adscripserat. „Haec verba, etiam si a *Xenophonte* sint profecta, deleri merentur. Iis enim tota Habrocomae sordet imago." PEERLK.

P. 26. v. 26. ὡς.] Male intellexerunt *Salvinius* et *Cocchius*, ille vertens, *come, per avere per uomo Abrocome*, hic vero, *quasi virum habitura Abrocomen.* De hac particula, quando *ut* finale significat, et cum futuro indicativi construitur, consuli potest *Brunck.* ad *Sophocl.* Electr. 1427. Oed. Col. 1725. et index *Zeunii* ad *Xenoph.* Cyrop. de Exp. Cyri. Occurrit rursum pag. 81. v. 15. pag. 107. v. 10. p. 111. v. 3. ubique a *Salvinio* male conversum. LOCEL.

P. 26.

P. 26. v. 29. *προσελθοῦσα.*] De verbi *προσέρχομαι* usu pro *ad populum prodeo ut cum eo agam*, nulla fit mentio in *H. Steph.* Thesauro, tametsi plura exempla vel e solo *Demosthene* et *Aeschine* peti poterant. LOCEL. Equidem hoc loco non ita acceperim *προσέρχεσθαι* — sed ut simpliciter in forum cucurrerit, in quo sciret semper otiosos versari homines, *ἀγορᾶς περιτρίμματα.* PEERLK.

P. 26. v. 30. *ἀποκτείνεις.*] Ita legitur in ed. Lond. et Luc. quod initio mihi suspectum fuit, postea tamen retineri posse judicavi, quandoquidem *ὅτι*, praesertim in narrationibus, aut obliqua oratione, interdum cum optativo construitur, velut infra pag. 93. v. 10—11. Vide indic. *Zeunii* ad *Xenoph.* Cyrop. et de Exped. Cyri, et ejusd. not. ad Mem. Socrat. lib. II. c. 6. 13. frustra, credo, obloquente *Schneidero.* Etiam Hippocrates Apollodori filius apud *Platon.* in Protag. Vol. III. p. 86. de re, quae jam acta erat, servi scilicet sui investigatione, dicit *ὅτι διωξοίμην αὐτόν.* Neque me absterruit, quod Noster pag. 106. v. 5—6. scripserit *ὅτι Ἀγχίαλον ἀπέκτεινε*, quidni enim liceat scriptori alio in loco usitatiorem indicativum adhibere? Sic et alibi saepe senior *Xenoph.* in similibus locis indicativo est usus. Aliter visum est cato Vindob. editori, qui *ἀπέκτεινε* reposuit. Apud *Lysiam* in Agorat. pag. 503. ubi quidem alia est ratio, neque praecedit *ὅτι*, suspicor in ed. *Tayl.* quae ad manum non est, excusum esse *μὴ ἐπ' αὐτοφώρῳ μὲν, ἀποκτείνεις δέ.* Ita certe invenio in indic. edit. *Reisk.* LOCEL.

P. 26. v. 30—31. *πολλὰ ὅσα ἐπεθρήνει.*] Elliptice pro *ὅσα ἐδύνατο.*. *Philo* legat. ad Caj. pag. 1030. de Agrippa rege loquens, ait. *μικρὸν ὅσον τὴν κεφαλὴν ἐπάρας*, pro *ὅσον ἐδύνατο.* Plene Noster lib. IV. c. 3. *ηὔχετο πάλιν ὀλίγα ὅσα ἐδύνατο.* *Herodot.* lib. I. c. 84. *τὴν Νίνον προσεφυλάξατο ὅσα ἐδύνατο.* PALAIR.

P. 26. v. 32. *τῆς Αἰγύπτου τότε ἄρχοντι.*] Aegyptum ab Augusto fuisse in provinciae Romanae formam redactam novimus e *Sueton.* in Aug. c. 18. Tributariam fecisse ait *Dio Cassius* lib. LI. c. 17. qui praefectorum Aegypti saepe mentionem facit, eosque etiam *ἄρχοντας* vocat, prout *Noster* p. 76. v. 14. p. 79. v. 3. p. 81. v. 8. *Straboni* lib. XVII. p. 1147. dicuntur *ἔπαρχοι*; *Arrian.* de Exp. Alex. lib. III. c. 6. *ὕπαρχοι*; Romanis praefecti Aegypti, et praefecti Augustales. Non erant isti ex senatorio, sed ex equestri ordine: nam quum in fatis esse diceretur, ut Aegypti libertatem recuperarent simul ac fasces Romanae in

Aegypto fuissent visae, hac superstitione Imperator Augustus in rem suam usus est, misitque eo virum equestrem sibi deditum sine fascibus, at re ipsa tamen imperio proconsulari. Senatoribus vero sine consensu Imperatoris vel adire Aegyptum erat interdictum. Vide praeter *Dion. Cass.* l. l. *Tacit.* Ann. lib. II. c. 59. lib. II. c. 60. Hist. lib. I. c. 11. *Sueton.* in Tiberio c. 32. *Treb. Poll.* in Aemiliano. LOCEL. Aegyptus antea fuit sub amicis regibus populi Romani, sed superatis apud Actium Antonio et Cleopatra provinciae nomen accepit, ab Octaviano Augusto obsessa. *Ammian. Marc.* lib. XXII. in fine. Idem lib. XVII. p. 99. vocat procuratorem Aegypti Cornelium Gallum, qui primus hoc munere functus est. Ἄρχοντα etiam appellat *Liban.* epist. 547. 1050. et in aliis, quae ad tales praefectos scriptae sunt. *Palairet.* adfert similem locum ex *Marino* vit. Procli c. 9. p. 15. χαριζόμενος τῷ τῆς Ἀλεξανδρίας τότε ἄρχοντι. Habebant autem domicilium Alexandriae, ut et h. l. PEERLK.

P. 26. v. 33. ὑπὲρ ὧν.] Idem quod διό, ὑπὲρ ἐκείνων, ὧν. Notus Graecismus, quem nec Latini respuunt, *Livio* prae aliis frequens lib. I. c. 29. *raptim quibus quisque poterat elatis*, (aliter licet sciam videri *Periz.* ad *Sanctii* Minerv. lib. IV. c. 12. n. 2.) et. lib. IV. c. 39. *quibus poterat sauciis ductis secum* ... ABRESCH.

ANEC-

ADNOTATIONES
IN
XENOPHONTIS EPHESII.
LIBRUM IV.

P. 27. v. 1. τὴν ἐπὶ Συρίαν.] Sic edidi suadente *Hemsterh.* Edd. habent ἐπὶ τὴν Συρίαν, quod alienum esse a Nostri consuetudine scribendi ostendimus in adnot. p. 223. LOCEL.

P. 27. v. 1. εἴ τι.] Interea dum quis quaerat εἴ τι subjunctum τῷ πᾶν, scribemus hoc loco πᾶν ὅ τι. . . HEMSTERH. Εἴ τι posuit pro ὅ τι, ut Latinis *si quid*, idem nonnumquam est quod *quidquid*. *Cic.* in Catil. III. c. 3. ext. *si quid telorum esset.* *Apollon.* Tyan. Epist. LXV. καὶ πᾶς εἴ τις ἄδικος — ἦν. *Aphton.* Progymn. in Σοφ. ἐγκ. p. 51. πᾶν εἴ τι θάλαττα φιλοτιμεῖται, et πᾶν εἴ τι κρατεῖ eodem ex capite citat *H: Steph.* in Thes. [Vol. III. col. 48. F.] verum ubi meae editiones praeferunt πᾶν ὅ τι ut iterum p. 91. [Contra plane est in mea *Apthonii* editione, in qua priore loco p. 197. legitur πᾶν ὅ τι θάλαττα, posteriore vero pag. eadem πᾶν εἴ τι κρατεῖ: denique ultimo loco p. 538. etiam ἅπαν ὅ τι δέοι.] *Themist.* Orat. XIII. p. 164. C. εἴ τι ἄνθος ἐνῆν, μαραίνεσθαι ἅπαν τοῦτο. *Lucian.* Tom. I. p. 854. ἀλλ' εἴ τι ἐν Φρυξὶν — πάντα — ἀφικνεῖται. Idem p. 1058. χρυσὸς, ἅπαν, εἴ τι — γυμνοῦται περισφίγγων. . . . ABRESCH. Mox

 ἐμπε-

ἐμποδὼν λάβοιεν Salvinius vertit, *tutto ciò che incontravano*; et *Cocchius* pariter *omne quod obvium fieret*. Non memini quidem me alibi legisse *ἐμποδὼν λαμβάνειν* pro', *obvium habere*, *offendere*; tamen duumviros illos interpretes in versione mea sequutus sum. Quod si quis vertere malit, *si quid impedimento esset*, non magnopere obstitero. LOCEL.

P. 27. v. 3. *ἀπελθόντες*.] Noster scripserat, ni fallor, *προελθόντες*, et sic converti praeëunte *Cocchio*. LOCEL.

P. 27. v. 3. *Λαοδίκειαν τῆς Συρίας*.] Sic solent Graeci, intelligentes *πόλιν*. Addidit Noster lib. III. c. 12. *Πηλούσιον τῆς Αἰγύπτου πόλιν*. conf. interpr. ad *Act. Apost.* XIII. 13. et *Munck.* ad *Hygin.* c. 81. qui et Latinos ita loqui docet. PEERLK.

P. 27. v. 5. *εἰ ποθεν*.] Addidi *εἰ* hortante *Hemsterh.* et suadentibus similibus locis, in quibus apud *Nostrum* post verba inquirendi sequitur *εἰ*. Vide pag. 59. v. 14. p. 68. v. 8. p. 86. v. 6. Addit *Hemsterh.* obfuisse huic particulae similitudinem ultimae syllabae in *ἐπολυπραγμόνει*. Idem mox v. 7. ad *δυνήσεται* laudat loca *Aristaeneti* lib. I. epist. 6. et *Long.* lib. I. c. 4. quia nimirum, opinor, ibi quoque *εἰ* cum futuro indicativi constructum occurrit. Pro *ὡς δὲ οὐδὲν*, in edd. scripsisse me *ὡς δ' οὐδὲν*, ad normam Cod. Flor. propterea admoneo, ut lectori fidem faciam, me ne levissima quidem temere aut tacite immutasse. LOCEL.

P. 27. v. 5. *ἀναλαβόντες αὐτοὺς*.] Sic reponendum censeo [pro *λαβόντες αὐτοὺς* in edd.] Huic emendationi crediderit aliquis adversari quod [in supp. editionibus] extat pag. 97. v. 12. . . . . Verum quin utrique loco idem remedium sit adhibendum, minime dubito. . . . . HEMSTERH. Haud cunctanter recepi certissimam hanc emendationem. Retinui quoque *αὐτοὺς* ex edit. Londin. consentiente Cod. Flor. In Luc. et Vindob. est *αὐτούς*. Vide adnot. pag. 86. v. 8. LOCEL.

P. 27. v. 6. *ἐπὶ Φοινίκης*.] Ferri quidem poterat *τὴν Φοινίκης*, [sic habent edd.] scilicet *ὁδὸν*, sed nusquam ita solet Noster. Contra singulis propemodum paginis invenias quam reddidi loquutionem. . . . HEMSTERH. Loca plurima jam indicavimus in adnot. ad pag. 59. v. 6. et indubitatam hanc emendationem in textum non recipere piaculum fuisset. LOCEL.

P. 27. v. 6. *Αἴγυπτον*.] Aegyptum omnes fere Erotici ad partes vocant, memores credo illius quod dicit *Heliodor.* II. p. 112. *Αἰγύπτιον γὰρ ἄκουσμα καὶ διήγημα πᾶν Ἑλληνικῆς ἀκοῆς ἐπαγωγότατον*. Adde *Libanium* cum in aliis epistolis, tum epist. 547. PEERLK.

P. 27.

P. 27. v. 8. Νείλῳ πλεύσαντες.] Intelligenda est praepositio ἐν, quam saepius a Nostro omitti alibi jam notavimus. *Palairet.* notat „Si non deficiat ἐν ante ποταμῷ, saltem subaudiendum. Plene habet *Lucian.* Tom. II. p. 250. ἐμβάντες ἐν τῷ Νείλῳ πλέοντα διέφθαρθαι." PEERLK.

P. 27. v. 8. Σχεδίαν.] *Salvinius* vertit *sopra un fodero*, de *rate* vocabulum intelligens, jungensque cum ἐμβαλόντες. Non adeo male: neque erat sane, cur idcirco cum supercilio reprehenderetur ab *J. Casperio* in Spec. Dissert. de *Xenoph. Ephes.* p. 16. Non ignotam *Salvinio* fuisse urbem, satis ostendit ejusdem interpretatio alterius loci p. 91. v. 12. Vicinitas Hermopolis et Schediae, cui infra l. l. pariter sive Hermopolim, sive aliud urbis nomen adjunxit, mihi persuasit, ut interpretando *Cocchium* sequerer. Adde quod parum credibile est, magnam latronum manum rate alveum ingredi voluisse, nec vero cur, relicto navigio, rate vehi voluerint, ratio ulla adparet. Quidquid ea de re sit, tota haec de itinere latronum narratio, coeca quadam locorum ordinis perturbatione laborat, quemadmodum infra admonitum est ab *Hemsterh.* in adnot. ad v. 7. Igitur quomodo *Xenophontis* mentem in hac narratione dilucide explicarem, non multum in versione sollicitus fui, quippe qui non satis scriptoris mentem adsequerer. LOCEL.

Schedia est urbs Aegypti, vicina Hermopoli. Reperitur et saepe σχεδία de temere contextis ratibus. v. *Lindebrog.* ad *Ammian Marcell.* pag. 10. PEERLK.

P. 27. v. 9. διώρυγα — ὑπὸ Μενελάου γενομ.] Menelaum intellige non heroëm Atridam, sed Ptolemaei primi fratrem, virum strenuum, inque rebus gerendis sollertissimum (*Diod. Sicul.* lib. XIX. p. 704. D.) cui nomen etiam debuit ὁ Μενελαΐτης νόμος. *Artemidori* aliorumque errorem ea in re coärguit *Strabo* lib. XVII. p. 1153. A. hanc fossam luculenter describens. Neque diversa est quam commemorat *Procopius* initio lib. VI. de Fabr. Justin. HEMSTERH. *Salvinius* vertit, *nel fosso del fiume fatto da Menelao*; sed *Cocchius* transtulit *fossam quae Menelao subest*, de urbe scilicet Menelao ῥῆσιν intelligens. Prior interpretatio mihi, vim praepositionis ὑπὸ cum secundo casu, et significationem participii γενομένην spectanti, verior est visa, tametsi ab Menelao ductum fuisse illum alveum aliunde non constat. Eodem modo scripsit *Herodian.* lib. VIII. c. 4. s. 4. τὴν γὰρ γέφυραν, ἔργον — ὑπὸ τῶν πάλαι βασιλέων γεγενημένην. Posterior interpretatio placuit *J. Casperio* l. l. p. 16. et in Auctario p. 24. propterea quod ei faveat cum veteris Aegypti Geographia, tum vocabulum γενόμενην, quo et *factam* et *sitam* significari ait. At enim postremum illud mihi persuaderi non facile patiar. LOCEL.

Fos-

Fossam hanc ductam esse intelligo, Menelao ibi imperium tenente, sub Menelao. Ptolemaeus frater cum praefecerat Cypro, insulae in Nilo, (v. *Steph. Byzant.* in Κύπρος) a quo et νόμος Μενελαΐτης, quam vocem egregie restituit *Straboni Palmer.* Exercit. p. 352. pro Ἑλαΐτης. *Artemidorus* aliique, qui priscum heroūm fratrem Agamemnonis intelligebant, eo facilius decepti sunt, quia Menelaus ille in Aegypto fuisse dicitur, atque multa ibi loca ab eo sociisque nomina accepisse. Legenda tamen hic sunt quae monet *Perizon.* Aegypt. Orig. Tom. I. p. 257. Certe ego, inquit, neutiquam ex eo, quod Graeci in litore Aegypti urbem et portum et Nomon Menelai memorant, collegerim aut affirmaverim hoc nomen illis locis impositum a Menelao Lacedaemonio, sed potius Graecos, quum reperissent istic nomen Aegyptiacum a nomine Menelai non multum abhorrens, illud ergo nomen in hoc ipsum Menelai informasse; tanto magis, quoniam in Homero errores Menelai per litora Aegypti reperiebant narratos seu confictos sq. quibuscum compara quae disputat *Joseph.* A. J. I. v. PEERLK.

P. 27. v. 11. ἐξηγητάς.] Rariorem usum esse vocabuli ἐξηγητὴς pro *viae duce* et eadem potestate iterum occurrere p. 83. v. 3—4. ὁ ἐξηγησάμενος τὴν πορείαν avit *Albert.* Habet tamen *Pollux* On. Tom. I. lib. III. c. 16. quod est περὶ ὁδηγοῦ καὶ ὁδῶν. Ὁδοῦ δὲ, inquit, ἡγεμὼν — ὑφηγητὴς, ἐξηγητὴς κ. λ. Vulgo autem ἐξηγητὴς est *cujuslibet rei enarrator, qui hospites ad ea, quae visenda sunt, ducit et unumquodque ostendit, religionum interpres.* Vocem eximie illustravit *Rhunck.* ad Timae in voc. et habet pauca *Stürzius* in praefatione ad libellum de *Dialecto Macedonica et Alexandrina*, nec spernenda quae dedit *Albert.* Observ. Philol. p. 208. PEERLK.

P. 27. v. 11. Μένδην.] Forma rarior a Μένδης, Μένδου, Μένδῃ, qua usus est *Aelian.* Sic enim videtur apud *Suidam* in ἄπρατο. . . . Longe vulgarius est Μένδης, Μένδητος. . . . HEMSTERH.

P. 27. v. 11. Ταῦα.] Quam non belle parumque commode conveniat huic loco ταῦτα [quod habent edd.] necesse non videtur, ut multis ostendam. Quis im, si modo mediocriter animum adtenderit, non statim sentiat, vici urbisve, quam transierint, certum requiri nomen? perinde ac pag. 80. v. 7. διεληλύθεσαν Κοπτόν. Tu de voce mendosa literam unicam exemeris, res erit confecta: διελθόντες μὲν δὲ Ταῦα Urbs est Aegypti Ταῦα, cujus etiamsi situm exactissime definire non licet, a Leontopoli tamen non ita longe remotam fuisse satis constat. Meminit *Stephanus*, *Ptolemaeus* et *Antoninus* Itiner. p. 153. . . . . Aegyptiae vocis forma facile persuadet antiquam esse urbem; quoniam tamen in medio fere Delta, lon-

longius aliquantum ab iis Aegypti regionibus, quae ab exteris maxime frequentabantur, erat sita, vix ullam ejus mentionem, nisi a recentioribus, fac am invenies. . . Ceterum non lubet nunc iter illud Hippothoi et sociorum per Aegyptum, quod miris erroribus implicuit *Xenophon*, per vestigia ipsorum persequi. Hoc solum moneo, videri mihi fabulatorem nostrum, de cujus Geographiae peritia non optime me sentire jam supra pag. 237. dixi, earum regionum, quas latronibus suis peragrandas praescripsit, minus fuisse gnarum. Quo factum est, ut ordinem locorum situmque temere confuderit: nisi quis ad defendendum *Xenophontem* eo colore uti malit, quasi latronum rationibus egregie conducat, ut, quo difficilius investigare possint, mutatis inopinato itineribus vestigia sua conturbent. HEMSTERH. Eruditae non minus quam verae emendationi in oratione ipsa locum praebere debui. Deinde scripsi *μὲν δὴ*, quod aptius videbatur, pro *μὲν δὲ*, quod est in Londin. et Luc. et δὴ placuit quoque editori Vind. LOCEL.

P. 27. v. 11. *ἐπὶ Λεοντώ.*] Urbs ista vocari solet vel *Λεόντων πόλις*, vel unico vocabulo *Λεοντόπολις*, a *Strabone*, *Ptolemaeo* et *Diodoro Siculo*. Quod Noster habet *Λεοντὼ* tueri se potest exemplo *Hierocl.* in Synecd. p. 728. *Eusebii*, et *Nili Doxopatrii*, quos ad *Anton.* Itiner. p. 153. laudat *Wesseling.* admonens *Λεοντὼ* esse terminationem Aegyptiam, velut *Κυνὼ* et *Λυκώ*. Ab hac urbe, tamquam metropoli, nomen habet praefectura, *Λεοντοπολίτης νόμος*, cujus praeter *Strab.* lib. XVII. p. 115. meminit *Porphyr.* de Abstin. lib. IV. s. 9. p. 323. Ad urbem Leontopolin, non ad nomum, spectare adparet, quod legitur apud *Aelian.* de N. A. lib. XII. c. 7. init. LOCEL.

P. 27. v. 12. *ὧν τὰς πολλὰς ἀφανεῖς.*] Interpres *Cocchius* ceu legisset *ὧν αἱ πολλαὶ ἀφανεῖς*, vertit *quorum plerique obscuri.* Et certe vel ita legendum, aut inserendum *ἐποίησαν*. ABRESCH. *Salvinius*, duplici spectata significatione vocis *ἀφανὴς*, convertit, *de quali molti ignobili e distrutti.* Priorem eam esse autumo, quam Noster in mente habuit. Praeter *Lucian.* in Piscat. Vol. I. p. 610. qui junxit *ἀφανεῖς καὶ ἄσημοι*, aliquoties ea potestate usus est *Arrian.* de Exp. Alex. Apud Eumdem vero, et *Xenoph.* Hist. Graec. lib. VI. c. 3. s. 1. *ἀφανίζειν πόλιν* est, *urbem evertere*, *delere.* LOCEL. *Iligtius* etiam editioni suae adleverat observationem *Abreschii.* *Palair.* legit *ἠφάνισαν*, *devastarunt.* Sic *Ezech.* XXX. 9. *σπεύδοντες ἀφανίσαι τὴν Αἰθιοπίαν.* *Apollod.* I. 9. p. 40. *πόλιν καὶ τοὺς οἰκήτορας ἠφάνισε.* Haec ille. Sed nescio quid acciderit viris doctis, *Abreschio* inprimis, Grammatico accuratissimo, qui accusandi casum ferre non potuerint, quum et Graeci et Latini frequenter ita loquantur. *Arrian.* Exp. Alex.

I. 3. *ἀφικνεῖται ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸν Ἴστρον — ἔθνη μαχιμώτατα ἀπείργοντα — ὧν τελευταίους Κουάδους καὶ Μαρκομάνους.* *Diogen.* Laërt. lib. II. pag. 141—145. *διέλθωμεν — καὶ τοὺς ἀπὸ Φαίδωνος, ὧν τοὺς κορυφαιοτάτους Ἐρετρικούς. ἔχει δὲ οὕτως.* Quem locum si ita legas, non opus est ut cum *Casaubono* credamus post Ἐρετρικοὺς deësse ὀνόμαζον vel aliam vocem. *Joseph.* A. J. X. ix. p. 531. *τὸν ἐν τῇ Μασφαθᾷ λαὸν — ᾐχμαλώτισεν — ἐν οἷς καὶ θυγατέρας.* *Plutarch.* in Camill. c. 20. *οἱ δὲ — δύο φασὶν ὂν μεγάλους ἀποκεῖσθαι πίθους, ὧν τὸν μὲν ἀνεῳγότα καὶ κενὸν, τὸν δὲ πλήρη καὶ κατασεσημασμένον.* Ubi etiam *Reiskius* hoc dicendi genus non ferens, aut intelligit εἶναι, aut ὧν prorsus abesse mavult. Frustra. *Heraclit.* de Incred. c. 11. *τοὺς ξένους κατήσθιεν, ἐν οἷς καὶ τοὺς Ὀδυσσέως ἑταίρους.* *Zosim.* Hist. Nov. lib. II. p. 94. *καὶ πολλοὺς μὲν ἀνεῖλε, ἐν οἷς καὶ Ῥαυσίμοδον αὐτόν.* Et ita Latini. v. c. *Liv.* I. 56. *Is, quum primores civitatis, in quibus fratrem suum, ab avunculo suo interfectum audisset.* *Sueton.* in Caesar. c. 52. *Dilexit et reginas inter quas Eunoën.* Ubi etiam *Ernestum* correxisse miror *interque eas.* conf. *Rhunken.* ad *Vellej.* Paterc. I. xvii. Adde *Ovid.* XIII. Metam. 162. — *deceperat omnes — In quibus Ajacem.* Et, si rem recte reputemus, ratio grammatica unice postulat eumdem casum qui praecesserit, si verbum substantivum non additur. Sic v. c. *Aristoph.* Plut. 653. *Νῦν δ', εἴ τιν' ἄλλον, μακάριον κ' εὐδαίμονα — Πρῶτον μὲν αὐτὸν ἐπὶ θάλατταν ἤγομεν.* Ubi miror quae scribit *Bergler.* Aristophanem etiam dicere potuisse *εἴ τις ἄλλος*, ut *Eurip.* Phoen. 1536. *καὶ τλήμον' εἴ τις ἄλλος ἀνθρώπων ἔφυ·* Recte vero Euripides. Nec dicere potuisset *εἴ τιν' ἄλλον*, ob verbum *ἔφυ.* Conf. *Valcken.* ad h. l. Schol. ad Plut. l. l. notat *Δέον, εἴπερ τις ἄλλος, εἰπεῖν, εἴπερ τιν' ἄλλον εἶπε πρὸς τὴν ὄπισθεν αἰτιατικήν.* PEERLK.

P. 27. v. 16. *ἄντρα καταστησάμενοι.*] Turpi vitio foedatum verbum [in ed. Lond. *ἀντακαταστησάμενοι*] qua licuit exprimere conata, fuit interpres; [nam *Cocchius* verterat, *per objecta viae loca dispositi*] at fieri vix poterat, quin, macula non prius detersa, multum aberraret. Sine dubio legendum est *ἄντρα κατασ-τησάμενοι*, *antris constitutis designatisque*, in quae et ipsi se reciperent, et raptam praedam reconderent. Ideo p. 80. v. 11. *ἄντρον, τὸ ἀποδεδειγμένον αὐτοῖς εἰς ἀπόθεσιν τῶν χρημάτων* et p. 81. v. 1. *ἐν τῷ ἄντρῳ τῷ λῃστρικῷ.* Memorat etiam Noster *τὸ ἄντρον τὸ λῃστρικὸν* pag. 50. v. 13. p. 51. v. 8. Sunt autem notissimae latronum speluncae et antra, itidemque e sacris Euangeliorum libris *σπήλαιον λῃστῶν.* Apud *Heliod.* lib. I. pag. 51. mentio fit *σπηλαίου, ἐν καὶ τὰ κειμήλια ἐν ἀσφαλεῖ τεθησαύρισται*; cujus structurae solertiam deinceps exsequitur. Gravis itaque

que ratio prudentissimis hominibus constitit, cur antra deligerent, antequam praetereuntes exspoliare aggrederentur. HEMSTERH. Omnes habet in se numeros veritatis ista emendatio, quam adeo recipere non dubitavimus. Ejus quum in mentem non venisset *J. Albertio*, adnotavit ad h. l. verbo illo inusitato quod in Lond. editione legerat, augenda esse lexica. „*Elegans est*, inquit *J. Casperius* in Auctario ad specim. Diss. de *Xenoph. Ephes.* p. 28. *Hemsterhusii* emendatio, *ἄντρα καταστ.* Verum si hic antri sive speluncae mentio facta fuisset, non explicuisset id postea Noster tot verbis p. 8. v. 11—12. quod fieri solet ubi rei antea non memoratae mentio primum injicitur. Unica praeterea spelunca fuisse videtur ex p. 58. v. 15. [ed. Lond.] Fortasse legendum *ἔνθα καταστησάμενοι.* Sic Noster p. 79. v. 11. *ἔνθα ἦν.* Omnium simplicissima et loco aptissima est emendatio, *ἀντικαταστησάμενοι*, diversis regionibus dispositi. Ita enim solent *praedones et insidiatores.*" Sed, o bone! quis te docuit *ἀντικαθίστημι* ea potestate, quam tu illi frustra tribuis, aut uspiam fuisse adhibitum, aut saltem recte adhibere? Tamen, quia tam pronum est pro *ἀντα* . . . reponere *ἀντι* . . . etiam Lucensis editor, cui *Casperii* Dissertatio certe non innotuit, edi curavit *ἀντικαταστησάμενοι.* Lucense vero suum *ἀρχέτυπον* sequi utique debuit Vindob. editor, quippe cui vix semel in vita sua Londinensem editionem videre contigit. LOCEL. Elegantissimam esse *Hemsterhusii* emendationem non inficior, neque tamen judico eam habere in se omnes veritatis numeros, idque propter rationes a *Casperio* allatas, quarum pondus non satis examinavit *Locella*, quum conjecturam *Hemsterh.* reciperet. Quid igitur? Unica adjecta literula locum in integrum restituisse mihi videor. Lege *πάντα καταστησάμενοι omnibus rebus ordinatis, collocatis* v. c. quod signum darent si, qui in montibus Aethiopicis essent dispositi, venientes mercatores conspicerent, de mutuo auxilio, de antro in quod se reciperent, et quae plura sint hujus generis. Ita *Xenoph.* Cyrop. VIII. 1. 15. *οὕτω δὴ καταστησάμενος τὰ αὑτοῦ.* Hellen. II. 2. 1. *ἐπεὶ δὲ τὰ ἐν Λαμψάκῳ κατεστήσατο.* *Dion. Halic.* A. R. II. p. 87. *καταστησάμενος δὴ ταῦτα.* *Joseph.* A. J. IV. 7. p. 225. *ἕως ἂν καταστήσωνται τὰ πάντα.* Atque etiam forma activa — ut *Plutarch.* in Pompejo junxit *διοικήσας τὰ ἐκεῖ καὶ καταστήσας.* *Xenoph.* Hellen. I. 3. 17. *καταστήσας δὲ ἅπαντα ὡς ἠδύνατο κάλλιστα.* Cyrop. V. 3. 18. — Et hanc ego conjecturam in textum recepi. PEERLK.

P. 27. v. 16. *παριόντας λῃστεύειν.*] Idem hic *παριέναι* quod *διοδεύειν*, in proximis v. 10. . . . . *Οἱ παριόντες* Graecis iidem qui Latinis *viatores.* Quomodo in loco praesenti, eodem apud *Apollod.* lib. II. c. 1. s. 3. c. 6. s. 3. c. 7. s. 6.

lib.

lib. III. c. 16. et *Joseph.* Vitae suae s. 47. . . . . Tum notare non praetermittas usum transitivum verbi ληστεύειν, cujus vix mentio apud *H. Stephanum.* Et hic praeter Nostrum adhibuit *Lucian.* Tom. II. pag. 815. Anon. in fragm. apud *Suid.* v. Διαβάλλει, nec non *Joseph.* A. J. lib. VIII. c. 7. s. 6. Vocem passivam habes itidem in *Lucian.* Tom. I. p. 773. Tom. II. p. 179. et 267. *Ach. Tat.* lib. VI. p. 395. . . . . ABRESCH. Ad hanc, de qua modo dictum est, verbi παρίημι significationem animum non advertens *Hemsterh.* locum *Luciani* Deor. Dial XXIII. Vol. I. p. 274. minus bene convertit *praeteribam urbem*, pro *pertransibam.* LOCEL. Iudice *Bastio* Ep. Crit. p. 108. ipse *Locella* confudit hic παρίημι et πάρειμι. *Palair.* laudat *Plutarch.* in Thes. Tom. I. pag. 4. Σκίρωνα — ληστεύοντα τοὺς παριόντας. PEERLK.

P. 27. v. 17. ὡς ἧκε.] Abesse poterat ὡς salva sententia. Verum saepe usu venit, in castigatissimis etiam scriptoribus, ut insitutus orationis ordo mutetur, atque in aliam formam transeat. Quo fit, ut structurae quaedam oriatur ἀκαταλληλία, nunc studio quaesita, alias auctoris ad stylum minus adtenti negligentiae condonanda. HEMSTERH. Non nihil minor erit ἀκαταλληλία, si, prout feci, parentheseos notis seclusis verbis ἐπεστάλκεσάν τε, vel potius δὲ, — — ἐτόλμησε; adjungas quae sequuntur μαθὼν ἴυν; sed nihilo secius claudicat oratio, videturque aliquid praetermissum fuisse. LOCEL. Forte omnem difficultatem tollas sublata vocula τε — Simul atque Habrocomes ad praefectum Aegypti pervenit, Pelusiotae per epistolam illi indicabant quae acciderant, Araxum occisum sq. Vulgata vero ἀνακολουθία sunt defendenda, quales in optimis scriptoribus plurimae reperiuntur. *Homer.* Iliad. B. 350. in quo multas se observasse notat *Faber* ad *Justin.* II. 3. conf. *Voss.* ad *Catull.* p. 296. *Hindeb.* ad *Xenoph.* M. S. p. 72. v. d. d. ad *Val. Flacc.* I. Argon. 15. *Wopkens.* Lect. Tullian. I. vi. *Cor.* ad *Heliod.* Tom. II. p. 1. 2. et alibi. Miram in *Arriano* Exp. Alex. I. 5. deprehendit ἀκαταλληλίαν *Gronov.* PEERLK.

P. 27. v. 18. καὶ ὅτι.] Omissa in edd. duo haec vocabula supplevi e Cod. Flor. atque jam *Hemsterh.* admonuerat ὅτι inseri oportere. LOCEL.

P. 28. v. 1. μαθὼν ἴυν ἕκαστα.] Missus fuit ad praefectum Augustalem Habrocomes cum elogio per literas, quod iis indicatur: ἐπεστάλκεσαν — Πηλουσιῶται (quibus erat interrogandi inquirendique jus) τὰ γενόμενα. Tum recte quidem praefectus μανθάνει ἕκαστα, interrogationes literis inclusas atque obsignatas, quas ad ejus cognitionem miserant Pelusiotae; verum nihil minus quam ex officio, ἐυκέτι πυθόμενος — κελεύει etc. Vide *Marcian.* lege VI. Dig. de cust. et exh. reor.

reor. HEMSTERH. Sane ex praecedentibus in fine libri III. potius adpareret, nihil amplius interrogasse aut inquisivisse Pelusiotas de Araxi caede, nullamque adeo Habrocomi facultatem datam fuisse purgandi sese, et rem, ut acta erat, exponendi, (prout p. 81. v. 2—3. factum videbimus) sed, quemadmodum p. 74. v. 4. narratum est, Cynoni coecam fidem habentes, comprehendisse illico Habromen, constrictumque ad Aegypti praefectum misisse Ad haec si de singulis jam per literas edoctus fuit ille praefectus (*μαθὼν ἕκαστα*) non adsequor cur Noster addiderit particulas *οὐκέτι οὐδὲ*, quas tamen, ut potui, convertendo expressi. Hae certe particulae faciunt, ut conjiciam *Xenoph.* scripsisse *μὴ μαθὼν οὖν ἕκαστα, οὐκέτι οὐδὲ πυθόμ. τὰ γενόμενα*, quamvis ad hunc locum in Cocchiano exemplari nihil e Cod. Flor. enotatum repererim. Mecum sensisse video *Salvinium*, qui vertit, *non avendo adunque nè anche inteso, nè addimandato tutti i particolari.* Ceterum, velut Aegypti praefectus, sic Apsyrtus, supra pag. 39. v. 1. et 5—6. atque etiam Mithridates apud *Charit.* lib. IV. c. 2. p. 88. *οὐδὲ ἰδὼν αὐτοὺς, οὐδὲ ἀπολογουμένων ἀκούσας, εὐθὺς ἐκέλευσε ἀνασταυρῶσαι.* LOCEL. *Palairet.* legit *μαθὼν οὖν ἕκαστα, οὐκέτι καρτερῶν, οὐδὲ πυθόμενος.* Sed, pace virorum doctorum, locus est omnino sanus, modo ita mecum distinguant. *μαθὼν οὖν ἕκαστα οὐκέτι, οὐδὲ πυθόμενος τὰ γενόμενα, singulis nondum cognitis, neque rebus exploratis.* Sic lib. II. c. 6. *ἠρεύνησε τὸ πραχθὲν οὐκέτι.* Qua distinctione omnis difficultas est sublata. PEERLK.

P. 28. v. 2. *ἀγαγόντας.*] Ita scribatur, an *ἀπάγοντας*, [vel *ἀπαγαγόντας*, prout p. 96. v. 10.] et deinde *ἀπὸ τῶν κακῶν*, an *ὑπὸ τῶν κακῶν*, parum interesse arbitror, licet p. 36. v. 5. *ὑπὸ συμφορᾶς* expressum fuerit: nam *ἀπὸ* eum aliquando locum occupat, quem frequentius tenere solet *ὑπό*. Vide pag. 5 v. 9. p. 13. v. 3. [ubi vero e Cod. Flor. edidimus *ὑπὸ πάντων*] *Aristaen.* I, 28. *ἀπὸ τῆς ἀπορίας.* HEMSTERH. Adde *Loesner.* Observ. ad N. T. e Phil. Alex. pag. 169. LOCEL. Usus frequentissimi sunt *ἄγειν. ἀπάγειν* ut Latin. *ducere* [v. *Perizon.* ad *Aelian.* V. H. XI. 6. et Interpr. ad *Nepot.* Phoc. c. 4.] ut et *ἄγειν τὴν ἐπὶ θανάτῳ* et *θάνατον* [*D'Orvill.* ad *Charit.* p. 383.] ut adeo mirer stuporem *Simsoni* ad *Zosim.* Hist. lib. IV. p. 274. qui ad verba *ἀπάγεσθαι τὴν ἐπὶ θανάτῳ* scribat se nescire quid sibi velit *τὴν ἐπὶ θανάτῳ*, cum nihil sit cum quo *τὴν* possit congruere. — Nihil autem frequentius est permutatione praepositionum *ἀπὸ* et *ὑπό*. *Gronov.* in *Arriano* ubique fere praetulit *ὑπὸ*, conf. Exp. Alex. I. 23. tamen ibid. VI. 25. legimus *πίνοντες ἀπὸ ἐκκαύματός τε καὶ δίψους.* *Heliod.* I.

p. 14. ἀπὸ πολλῶν τῶν πόνων. Nec Latini refugiunt hic *a* et *ab*. Exempla si quis cupiat, videat *Korrte* ad *Cicer.* ep. ad div. XIII. 10. PEERLK.

P. 28. v. 3. τῆς τελευτῆς.] De casu isto secundo, qui a verbo παραμυθέομαι inusitato more pendet, vide adnot. p. 226. Non concoquens hunc Vindob. editor, ridiculam fulturam ei addidit scribendo τὰ τῆς τελευτῆς. Simile ejus facinus indicavimus ad p. 66. v. 8. Ceterum retinui vulgatum αὐτὸν, eique versionem adcommodavi. *Salvinius* in suo apographo habuisse videtur ἀυτὸν, vertit enim, *consolando se stesso.* Non multum interesse puto, utrum praeferatur. Conf. adnot. ad p. 86. v. 8. LOCEL. *Palairet.* etiam volebat τὸ τῆς τελευτῆς. Frustra. PEERLK.

P. 28. v. 4. εἰς ῥεῦμα — βλέπων.] Rupes in Nili ripa sita in flumen utique debebat spectare. Hoc proprie significare voluit *Xenophon*, praeruptam illam rupem in Nilum *eminuisse.* Sic e. c. *J. Caesar* B. C. lib. II. c. 24. *jugum directum eminens in mare, utraque ex parte praeruptum atque asperum.* Nihilominus, ut Graecis verbis adstructior esset versio, cum *Cocchio* usus sum participio *prospiciens.* LOCEL.

P. 28. v. 6. σφίγξαντες.] Emendavit *Locel.* cum *Abresch.* pro σφίξαντες. Tribuit autem Aegyptiis morem damnatos funibus cruci adstringendi, quos alii clavis figebant. *Lipsius* et *Barthol.* laudant *Abdiam* lib. III. Hist. Apost. qui de Andrea refert — *Proconsulem mandasse quaestionariis, ut ligatis manibus et pedibus non clavis affixus suspenderetur, quo diutino cruciatu deficeret.* — Aegyptios vero etiam crucis poena uti, notavit *Hudson.* ad *Thucyd.* lib. I. pag. 153. — imo plerasque gentes docuit *Lips.* de Cruc. I. XI. PEERLK.

P. 28. v. 6. ἔθος.] Tetigit hunc morem *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 433. Plura dabit ibi laudatus *J. Lipsius* de Cruce lib. II. c. 7. hac enim in re unus instar est omnium. Mox in Cod. Flor. male τῆς ἐκεῖ ex Jotacismi perturbatione. LOCEL. Equidem non credo eos, qui ingenio Linguae Graecae parum modo sint imbuti, omnes hanc Cod. Flor. lectionem τῆς ἐκεῖ auctoritate *Locellae* esse condemnaturos. Exemplis non opus est. Gessi tamen morem *Locellae*, cujus facti parum abest quin me poeniteat. PEERLK.

P. 28. v. 7. ᾤχοντο.] Discesserunt, tamquam certe morituro Habrocome, qui in eo loco cruci esset affixus, ex quo nemo eum tollere auderet aut posset. Erat ceteroquin illorum crucem servare ne quis corpus detraheret. *Plutarch.* in Cleomen. ἐν τὸ σῶμα τοῦ Κλεομένους ἀνεσταυρωμένον παραφυλάττοντες. v. *Lips.* de Cruce lib. II. c. 16. PEERLK.

P. 28.

P. 28. v. 7. μένοντος.] Vel accipe pro ὄντος, vel, ut in isto *Longi* Past. lib. II. pag. 54. αἵ τε γὰρ ἄγκυραι κατὰ βυθοῦ, πειρωμένων ἀναφέρειν, ἔμενον. ABRESCH.

P. 28. v. 8. Αἴγυπτον ἔχεις.] Dicuntur Dei, quos ante alios incolae urbis aut regionis colunt, eam urbem aut regionem ἔχειν *tenere*. PEERLK.

P. 28. v. 8. φιλανθρωπότατε.] Θεῶν φιλανθρωποτάτου titulum Apidi tribuit Noster pag. 93. v. 1. *Aelian.* de Animal. lib. IX. c. 33. Aesculapio. HEMSTERH.

P. 28. v. 8. δι' ὃν.] Est pro δι' οὗ, *per quem*. Sic διὰ σὲ pag. 115. v. 10—11. Quod infinitis exemplis possem adstruere, si luberet. Vide etiam plura apud *J. Alberti* Observ. Phil. in *D. Joan.* Evang. VI. 57. . . . . Adde similem locum ex *Longi* Past. lib. II. p. 58. διὰ τὰς νύμφας ἔζησε. Saepe ita *Anacreon* Od. XLI. *Diog.* Laërt. lib. VII. s. 147. Δία μὲν γάρ φασι, δι' ὃν τὰ πάντα. . . . . ALBERT.

P. 28. v. 9. ἀδικεῖ.] Puto Nostrum scriptum reliquisse ἀδικῶ. *Aeschyl.* Eumen. 116. Κλυταιμνήστρα καλῶ. *Eurip.* Hec. 504. Ταλθύβιος ἥκω. *Thucyd.* I. c. 137. Θεμιστοκλῆς ἥκω. ubi vide quae notant viri docti. ABRESCH. Sine caussa sollicitari hunc locum arbitror cum *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 253. propterea quod praestantissimi auctores solent repente sic mutare personas. Rursum ipse Noster p. 102. v. 5—6. Mox v. 14—15. e Cod. Flor. dedi προδέδομαι pro προδίδομαι, quod habent edd. LOCEL. Iis quae dedit *Abresch.* addi possunt notata *Gronov.* ad *Senec.* Thyest. v. 180. Ceterum facio cum *Locella.* PEERLK.

P. 28. v. 11. ποτ' ἀδίκως.] Vel pro ποτὲ reponi debet ὑπὸ sive πρὸς, vel, si retineas, alterutra saltem praepositio addenda. HEMSTERH. Non necesse puto, quoniam ante secundum casum verbo passivo adjunctum subaudiri interdum ὑπὸ vel ex *Lamb. Bosii* Ellips. Graec. discere licet. LOCEL. *Palair.* volebat ἀπό; ut Eccles. VII. 19. καί γε ἀπὸ τούτου μὴ μιάνῃς τὴν χεῖρά σου. Mihi elegantior ista videtur lectio — μήτε τὸ Νείλου ῥεῦμα μιανθείη ποτ' ἀδίκως ἀπολομένου σώματι. *Ach. Tat.* lib. VIII. p. 467. μὴ καὶ τὸ ἱερὸν ὕδωρ τῷ τῆς ὕβρεως αἵματι μιανθῇ. *Appul.* VI. Met. pag. 401. — *neque tua miserrima morte meas sanctas aquas polluas.* PEERLK.

P. 28. v. 12—13. ἐπὶ τῆς σῆς ἐνταῦθα.] Male in edd. punctum post σῆς positum, removeri post ἐνταῦθα oportere admonuit *Hemsterh.* qui et pro σῆς legi posse γῆς conjicit. Γῇ enim, inquit, opponitur τῷ Νείλου ῥεύματι, nisi quis tamen

men malit intelligere ἐπὶ τῆς σῆς, scilicet γῆς, in tua tibique sacra Aegypti terra, ut pag. 80. v. 1. λογιζομένη σή: nam modo dixerat ὃς Αἴγυπτον ἔχεις, *tu sol, cujus in tutela Aegyptus est.* Posteriorem viri docti opinionem veriorem esse reor. Ac morem quidem ei gessi; majorem distinctionem removendo: tamen, vel sic, supervacaneum ἐνταῦθα non placet, et ηὔξατο in soluta oratione sic abrupte positum suspicionem movet: infra certe p. 80. v. 6. solito more scripsit ταῦτα ηὔχετο. Quamobrem retenta majore distinctione post σῆς, emendare possemus scribendo τοιαῦτα, pro ἐνταῦθα, vel ταῦτα, vel denique καὶ ταῦτα ηὔξατο. Saepius repetita particula καὶ, neminem offendet, qui Nostrum vel mediocriter adtento animo legerit. Sic praecipue solet, quando rapiditate orationis facti celeritatem adumbrare vult h. l. et p. 55. v. 7—13. statim etiam infra v. 12—14. tum p. 80. v. 6—10. p. 83. v. 7—9. p. 104. v. 14—15. p. 106. v. 2—4 p. 109. v. 13—15. p. 110. v. 12—14. atque alibi. LOCEL. *Ilgtius* conjecerat ὁ μὲν ταῦτα ηὔξατο *Palairet.* καὶ ταῦτα ηὔξατο, laudans Nostri lib. IV. c. 4. ταῦτα ηὔχετο, lib. V: ταῦτα ἐδεῖτο. PEERLK.

P. 28. v. 14. ἀποβάλλει.] Sic legitur in Cod. Flor. at in edd. διαβάλλει, quare recte admonuerat *Abreschius* verbum istud propria virtute pro *dissipat, disjicit* adhibitum esse, qua rarissime occurrat. . . . LOCEL.

P. 28. v. 15. ἠρεισμένος.] Perperam in edd. excusum ἠρειμένος corrigi jussit *Hemsterh.* Ab hoc inde vocabulo usque ad τῷ ῥεύματι Vindob. editor narrationem dilatavit, clam inferciens ista: κρατερῶς δὲ εἶχε τῷ σώματι ὁ Ἀβροκόμης, καὶ ταῖς χερσὶ τὸν σταυρὸν κατασείσας ἐμπίπτει σὺν αὐτῷ τῷ ῥεύματι. Jupiter! quae haec est insignis atque inaudita temeritas! . . . LOCEL.

P. 28. v. 19. ἐκβολάς.] Fluminum ostia, et Nili in primis, ἐκβολὰς vocari abunde notum est. Quare sic mihi esse emendandum pro ἐμβολὰς, quod habent edd. facile animadverti, nam et infra v. 13. recte sic scribitur. Crebro permutari solent literae μ et κ, propterea quod in quibusdem manu exaratis Codicibus parum dissimilis est eorum forma. Vid. *Koen.* ad *Greg.* de Dial. p. 62. Similiter apud *Heliodor.* lib. I. c. 1. p. 2. κατ' ἐκβολὰς τοῦ Νείλου in quibusdam Codicibus male legi κατ' ἐμβολὰς testatur *Bourdelot.* quum tamen postea alibi recte sit scriptum. Apud *Diod. Sicul.* lib. I. c. 33. p. 39. itidem de Nili ostiis loquentem, pro τὰς ἐκβολὰς, Cod. Clar. habet τὰς ἐμβολάς. Ex ista horum vocabulorum frequenti permutatione accidit, opinor, ut *Budaeus* in Comment. L. G. 604. traderet ἐμβολὴ idem esse quod ἐκβολὴ, nulla tamen auctoritate prolata. Dudum ego mihi emendatiunculam hancce ad oram mei Xenophontei exempli memoriae caussa notaveram,

verum quum postea ad has adnotationes conscribendas serio accedens, inquirensque si qua emendatio Auctoris nostri e commentariis ad alios Graecos scriptores peti posset, deprehendi *Oudend.* ad *Thom. Mag.* pag. 279. scripsisse, malle se ἐκβολὰς pro ἐμβολὰς reponere in praesenti *Xenoph.* loco. Laudat ibi vir doctus etiam *Gronov.* ad *Arrian.* de Exp. Alex. lib. I. c. 20. et *Maasvic.* ad *Polyaen.* Strat. lib. I. c. 3. s. 5. et lib. VIII. c. 25. s. 2. LOCEL. Ita etiam emendarat *Palairet.* qui reliqua sic legit: ἐφέρετο δὴ (pro φερόμενος δὲ) εἰς τὰς ἐκβολὰς, καὶ νήχεται εἰς τὴν θάλασσαν τοῦ Νείλου. In *Philostr.* Vit. Ap. Tyan. II. 17. recipiendum erat quod in aliis reperiri Codicibus ait *Olear.* ἐκβάλλει pro εἰσβάλλει. PEERLK.

P. 28. v. 17. δέχεται.] Ἔρχεται, aut simili potestate aliud verbum sententia flagitat. HEMSTERH. Utcumque videtur ferri posse δέχεται, ubi acceperis passive. Vide *Wolf.* Cur. Philol. ad Act. c. 3 p. 21. ABRESCH. Animum non advertit *Hemsterh.* δέχεται hoc loco non esse mediam sed passivam formam, qua sicubi occurrat verbum δέχομαι, sane consequens est passiva etiam vi oportere intelligi. Conf. si tanti est *Chr. Woll.* Comm. de Verb. Med. p. 301. et *Erasm. Schmid.* ibid. p. 259. Locus huic nostro fere similis est apud *Herodian.* lib. V. c. 4. s. 6. αὐτοὶ δὲ πάντες — εἰς τὸ στρατόπεδον ἐδέχθησαν. Ceterum in crucem pariter actum Chaeream feliciterque servatum legis apud *Charit.* lib. IV. c. 2 et 3. LOCEL. *Oudend.* ad *Thom. Mag.* voc. ἐκβάλλει conjicit νήχεται. Sed nil mutandum. Recentiores saepenumero utuntur δέχομαι et ὑποδέχομαι vi passiva. *Herodian.* III. 10. ὑπὸ τοῦ Ῥωμαίων δήμου ὑπεδέχθη. *Heliod.* X. p. 424. τῶν δώρων ὑποδεχθέντων. Ubi v. *Cor.* *Eustath.* de Hysm. I. p. 6. δέχομαι παρ' αὐτῆς. PEERLK.

P. 28. v. 18. τοῦ Νείλου.] Post Νείλου Vindobonens. Βιβλιαλγισθεὶς, ut cum *Scaligero* dicam, infersit vocabulum νηχόμενος; similiterque in *Salvinii* versionem voces *a nuoto* immisit. . . . LOCEL.

P. 28. v. 18 παραφυλάσσοντες.] Sunt custodes Nili ostiis appositi: erant enim, ut docet *Hirt.* de B. A. c. XIII. omnibus ostiis Nili custodiae exigendi portorii caussa dispositae. Idem servatum postquam in provinciam Aegyptus redacta fuit Nota virtus τοῦ παραφυλάσσειν. *Aelian.* de N. A. lib. VIII. c. 18. Peripl. Mar. Erythr. p. 10. HEMSTERH.

P. 28. v. 20. πονηρὸν — τελέως.] *Plato* lib. I. de Rep. Vol. VI pag. 191. dixit, τελέως ἀδικεῖν, et p. 181. ἐπὶ τὴν τελεωτάτην ἀδικίαν ἐλθεῖν. LOCEL.

P. 28. v. 20. πυρὰν ποιήσαντες.] Verbum νέω vel νηέω tam est proprium atque usitatum de rogis struendis, ut mihi suspicio inciderit *Xenoph.* scripsisse πυρὰν νήσαντας. Nam si forte minus notum librario fuit hoc verbum, aliud ab eo magis notum fuisse substitutum facile credet, qui, quid hoc genus hominum sibi indulserit, experientia sit edoctus. Olim quum in Cod. MS. Bibliothecae nostrae Caesareae pro vulgato apud *Herodian.* lib. IV. c. 2. s. 21. φρυγάνων τε πλήθους — ἐπιθέντες reperissem ἐπινοηθέντες, non dubitabam quin genuina lectio esset ἐπινηθέντες, eique adeo in ipsa *Herodiani* oratione locum esse praebendum judicabam. V. Bibl. Philol. Vol. I. pag. 186. Id vero tredecim post annos factum vidi a Cl. *Frid. Aug. Wolf.* in sua *Herodiani* editione Halae 1792. LOCEL. Vide nonnulla apud *Bast.* Lett. Crit. p. 188. et *Creutzer.* in Fragm. Vet. Hist. p. 211. PEERLK.

P. 28. v. 21. παρὰ.] Debetur Cod. Flor. In edd. est κατά. LOCEL.

P. 28. v. 22. ὑπετίθειτο.] Mendosum in Londin. editione ἐπετίθειτο *Hemsterh.* mutari volebat in ἐπετίθετο, *Abreschius* vero in ὑπετίθετο, (et sic legitur in Luc. et Vind. edit.) vel potius ὑπετίθεντο. Comparat is porro *Heliodor.* lib. VIII. c. 9. p. 384. qui dixerat φλόγα ὑποβάλλειν, et addere potuisset *Suid.* in Ἐπινήσαντες. In *Herodian.* lib. IV. c. 2. s. 20. est πῦρ περιτιθέασι. Recipere ausus sum ὑπετίθειτο, propterea quod in Cod. Flor. obscure legitur ἐπετίθειτο. Addit denique *Hemsterh.* conferre cum his licere non dissimilem casum et exauditas Charicleae preces apud *Heliodor.* Quod si fecerit lector, comparabit simul modum prodigii apud Nostrum simplicissimum, cum illo multo magis in *Heliodori* narratione incredibili: nec tamen forte mecum non suspicabitur, imitationem esse hanc ejus miraculi, quod ingeniosus ac disertus ille episcopus apud Nostrum legerat. LOCEL.

P. 28. v. 24. ἐνταῦθα.] Notent tirones ἐνταῦθα de tempore usurpatum pro *tum* sive *tunc*, velut interdum Latine adhibitum reperitur *hic.* Sic e. c. est in *Xenoph.* Hist. Gr. lib. IV. c. 3. s. 11. ac alibi etiam in illo opere. Conf. *Zeunii* Indic. *Xenoph.* Cyrop. et de Exp. Cyri. LOCEL.

P. 28. v. 24. κυματοῦται.] Simile ostentum vide apud *Parthen.* c. VI. et *Herodot.* lib. VI. c. 87. Idemque factum non fuisse apud *Ach. Tat.* lib. III. p. 195. queritur Clitophon. ABRESCH. Post vocabulum Νεῖλος in locum verborum, quae sequuntur, ἐπιπίπτει δὲ τῇ πυρᾷ τὸ ῥεῦμα καὶ κατασβέννυσι etc. opinio perfidus editor Vindobon. non modo substituit ista: καὶ κατὰ τὸ ἔναγος, ἐπιπεσὼν τῇ πυρᾷ κατασβέννυσι, sed etiam, uti solet, *Salvinii* versionem ad hunc modum

modum interpolavit. Dubium est, hercle, utrum temeraria magis an stulta sit haec immutatio. Poteratne absurdius quidquam excogitari, quam additamentum κατὰ τὸ ἰωθὸς in narratione prodigii? LOCEL. De rogo Croesi, pluvia ingenti exstincto, narrat *Nicol. Damasc.* Hist. pag. 87. De Tiberino patre finxit auctor Elegiae ad Liviam Aug. v. 221. *Jamque rogi flammas exstinguere fluminis ictu — Corpus et intactum tollere certus erat — Sustentabat aquas cursusque inhibebat equorum — Ut posset toto proluere amne rogum.* PEERLK.

P. 28. v. 29. ὅ τι.] Ita divisim esse scribendum pro ὅτι, quod habent edd. monuit *Abresch.* Rarius occurrit ὅ τι pro *quanam de caussa*, *quam ob rem*, cujus unicum exemplum dedit *H. Steph.* in Thes. ex *Isocrate.* Non est, credo, huc referendus locus *Aristoph.* in Vesp. 22. ὅτι ταὐτὸν ἐν γῇ θηρίον — tametsi Schol. ibi ait: ἐν τῷ ὅ τι περιττεύει ὁ Ἀττικῶς, τὸ γὰρ σημαινόμενον ἀντὶ τοῦ τί; nam satis, opinor, perspicuum est, scribendum ibi esse ὅτι cum *Brunckio*, locumque, prout ille vult, capiendum. Quod si cui minus placeat ὅ τι hac significatione *Nostri* loco adhibitum, per me licet, transposita particula καὶ, legat ἐστι; καὶ ὁ ἀνδρ. ἐστ. ὅτι οὕτως etc. . . . . LOCEL. Quae porro addidit *Locella*, sinistrum Galli cujusdam et leve judicium cum de hoc loco, tum omnino de tota Xenophontis fabula, non transscribam, quippe quae hujus a me non flant. Legi ea possunt in *Journal des Savans*, ad m. Febr. a. 1728. pag. 174 et 176. Potest autem ὅτι intelligi pro δι' ὅτι sive δι' ὅ. Ita saepe occurrit ὅ et τι pro δι' ὅ et διὰ τι. v. *Valcken.* ad Phoen. p. 53. *Zeun.* ad *Xenoph.* Cyrop. IV. c. 17. et *Wasse* ad *Thucyd.* I. p. 127. PEERLK.

P. 28. v. 33. πάντα εὐτρεπῆ.] Adscriptum erat in quodam εὐπρεπῆ. Male. Legitur quidem apud *Joseph.* A. J. I. 18. p. 49. ἐπεὶ δὲ εὐπρεπὲς ἦν τὸ δεῖπνον — Sed mutandum illud in εὐτρεπές. De simili permutatione v. *Hemsterh.* ad *Lucian.* Dial. ed. min. p. 84. et *Cor. Heliodor.* p. 163. PEERLK.

P. 28. v. 33. κάμηλοι.] Per Aegyptum, praecipue superiorem, camelis vulgo utebantur. Conf. p. 90. v. 6. *Philostr.* de Vit. Ap. lib. V. c. 43. pag. 227. et *Strabo* lib. XVI. p. 1127. C. p. 1128. A. p. 1169. A. Jam de itineris, quod in Aethiopiam erat suscepturus Psammis, tam splendido apparatu multo minus mirabere, si, quae scripsit *Diod.* Sic lib. I. cap. 30. cogites. HEMSTERH.

P. 28. v. 34. χρυσοῦ.] In edd. est χρυσίου. Melius concordat quod edidi cum sequente ἀργύρου. Sic pag. 40. v. 11 — 12. et *Charit.* lib. I. c. 9. pag. 19. atque alii scriptores constanter. Quemadmodum mihi hoc loco visum est expungi

 debere

debere elementum ι, sic addendum esse prorsus mihi persuadeo in loco mire turbato, et universim male converso apud *Antig. Caryst.* c. xv. pag. 25. ubi pro ἐπὶ τῶν προξένων, quod plane nullum aptum sensum efficit, vere mihi videor emendare ἐπὶ τῶν προξενιῶν. Nempe ἡ προξενία significat non modo *jus hospitii*, (estque vel ἀνάγραπτος vel οὐκ ἀνάγραπτος, prout ex *Pollucis* loco, quamvis mutilo, lib. III. s. 60. adparet,) sed et *ipsas tabulas*, in quibus jus hospitii perscriptum erat: quae ambo eodem nomine fuisse vocitata, tam est verisimile, ut etiam sine testimonio credi possit. Attamen invenies hac potestate προξενία apud *Polyb.* in Excerpt. Peirescian. ex lib. XII. p. 42. Quamobrem illum *Antigoni* locum, διὸ ἐπὶ καὶ τῶν προξενιῶν, τῶν ἀναγραφομένων τὸ παράσημον τῆς πόλεως, (καθάπερ ἐστὶν ἔθιμον πᾶσι προσπαρατιθέναι) ὑπογράφονται δυὸ κόρακες, ἐφ' ἁμαξίου χαλκοῦ. *Itaque in tabulis de jure hospitii, quae adpictum habent urbis insigne, (quemadmodum id omnibus adponi solet,) delineati sunt duo corvi, currui aeneo insistentes.* LOCEL. Merito hanc *Locellae* emendationem laudat *Bast.* Epist. Crit. pag. 53. eamque vocis significationem Lexico suo addidit *Schneiderus*. PEERLK.

P. 28. v. 34. ἐσθῆς.] Non obliviscitur Noster commemorare vestium multitudinem, quam scilicet veteres inter praecipuas divitias censebant. Vide p. 17. v. 12. p 40. v. 11. p. 65. v. 12. p. 66. v. 1. p. 104. v. 3. et confer, si tanti est, *Villois.* Animadv. ad *Longi* Past. p. 113. Moriens Herodes Augusto imperatori admodum pretiosas vestes legasse narratur ab *Josepho* A. J. lib. XVII. c. 8. s. 1. LOCEL.

P. 29. v. 1. ὦ μεγίστη θεῶν.] Vide num legi praestet, ὦ μεγ. φησὶ seu ἔφη, θεῶν. ABRESCH. Non puto necessarium esse hoc additamentum quia connecti quodammodo potest ista precatio cum verbo ηὔχετο. LOCEL.

P. 29. v. 2. ἐντεῦθεν.] Minus recte, meo judicio, de loco acceperunt *Salvinius* et *Cocchius*, nam ἐντεῦθεν de tempore hic esse intelligendum reor, vertendumque, *dehinc*, *posthac*. Saepenumero de tempore adhibitum occurrit apud *Xenophont.* de Exp. Cyri. Locis a *Zeunio* ibi in indice adnotatis adde lib. III. c. s. 31. IV. 7. 8. V. 4. 13 et 14. V. 6. 35. VI. 5. 41. VII. 5. 15. LOCEL.

P. 29. v. 6. ἵμαρται.] *Villois.* in Animadv. ad *Longi* Past. p. 171. ad verba ἐπεὶ μὴ ἵμαρτο adnotat esse verbum Homericum, comparavitque hunc Nostri locum. *Mollus* quoque ad *Long.* adscripserat poëtis magis esse usitatum, quam prosae

prosae scriptoribus. Verum et ipse protulit locum *Xiphilini*, et multa alia adferre poterat vel e solo *Luciano*, ut alios scriptores taceam. LOCEL.

P. 29. v. 6. ὅροις.] Lectio haec mihi in mendi suspicionem adducta est ab interpretationibus *Salvinii* et *Cocchii*, namque ambo verterunt tanquam si ὄρεσι in suis apographis legissent. Certe ὄρεσι huic loco aptum foret, quandoquidem pag. 76. v. 12—13. de Hippothoo dictum fuit, cum in summitatibus Aethiopiae se collocasse, ut iter facientes invaderet; quocirca veri simile fit nunc de montibus sermonem esse, in quibus incedentem Psammidem adgressus fuerat Hippothous. Quod si ὄρεσι vera est lectio, *Salvinius* et *Cocchius* ἐμβαίνειν, cum dandi casu rariore usu constructum, minus recte ceperunt pro *conscendere*, nam foret potius *ingredi*, *incedere* in ipsis jam conscensis montibus. Contra ea, si ὅροις retineatur, ἐνεβαίνοντο τοῖς Αἰθιόπων ὅροις significabit *fines Aethiopum ingrediebantur:* itaque sic verti; nam in margine exemplaris *Cocchii* nihil e Cod. Flor. enotatum reperi. LOCEL.

P. 29. v. 8. αἰχμάλωτον.] Simili prorsus modo *Joseph.* A. J. VI. 1. 1. λαβόντες — τὴν — κιβωτὸν — αἰχμάλωτον. Unde simul discis ἀπὸ τοῦ κοινοῦ in τῷ χρήματα itidem recte adsumi αἰχμάλωτα. Imo sic prorsus χρήματα αἰχμάλωτα dixit *Aeschyl.* Eum. 403. . . . . ABRESCH. Ita *Livius* lib. I. c. 53. et *Plinius* H. N. lib. VI. c. 22. *captiva pecunia.* Quae idem vir doctus deinceps ad p. 81. v. 3. τὰ κατ' αὐτὸν, tum ad p. 83. v. 5. ὕπνου τυχοῦσα, et p. 84. v. 2. ἐποίουν τὸ προσταχθὲν adnotavit, praetermittenda esse judicabam. LOCEL. Adde *Xenoph* Cyrop. IV. v. 38. αἰχμάλωτα χρήματα. *Plutarch.* de Fort. Rom. p. 23. βασιλείαις αἰχμαλώτοις. PEERLK.

P. 29. v. 8. ληφθέντα.] Sic reponi debere [pro λειφθέντα, quod ex Jotacismi rubigine et *Cocchii* oscitantia superiores editiones commacularat] etsi non difficile sit animadvertere, quum proxime praecedat τὰ χρήματα λαμβάνει, monendum tamen est Interpretis caussa: [nam *Cocchius* verterat *quae relicta erant*] a quo neque illud quod e vestigio sequitur ἄντρον ἀποδεδειγμένον εἰς ἀπόθεσιν χρημάτων satis commode videtur acceptum. [*Cocchius* videlicet transtulerat, *antrum quod ad condendam praedam se commodum ostendit*, neque *Salvinius* melius, *nella grotta mostrata lovo.*] Significat autem, *antrum delectum destinatumque recondendis rapinis.* Ita ἵππος ὁ εἰς τὴν ὀχείαν ἀποδεδειγμένος, *equus admissarius* apud *Harpocrat.* voce Ὀχεῖον: et ἀποδεδειγμένα simpliciter appellari solent *quaevis ad certos usus adcommodata*, *destinata. Diod. Sic.* lib. I. c. 92. p. 103. *Sext. Empir.* adv. Mathem. lib. I. s. 291. salse ridet libidinem Homerici Jovis, qui, ubi Juno-

nem in Ida viderat ornatius excultam, *ἐν καρτερεῖ μέχρι τῶν ἀποδεδειγμένων αὐτοῖς θαλάμων ἐλθεῖν.* *Dio* Chrysost. p. 126. A. HEMSTERH. In *Salvinii* apographo recte fuisse scriptum *λῃφθέντα* ejus versio arguit. Pronomen *αὐτοῖς*, id est *τοῖς λῃσταῖς*, *Cocchius* in versione negligere non debuisset. Infra v. 13. pro *αὐτῆς* in Vindob. edit. est *αὐτοῖς*. LOCEL.

P. 29. v. 12. *καὶ τὸ ὄνομα Μεμφῖτις.*] Hic, quia praecedunt *ἔφασκε δὲ Αἰγυπτίαν εἶναι*, suspicor legendum esse *Μεμφῖτιν*. *Μεμφῖτις* autem hoc loco accipiendum est de nomine servili. Nam appellabantur servi a nominibus regionum, urbium etiam. e quibus erant orti. Sic *Λάκαινα* apud *Ach. Tat* V. p. 321. ubi v. *Salmas.* et *Fisch.* ad *Theophr.* Char. Eth. c. 9. p. 78. PEERLK.

P. 29. v. 15. *μανθάνει τὸ διήγημα.*] Id est narrationem facti, *τὴν ἱστορίαν*, uti explicat *Hesych.* ABRESCH. *Cocchius* vertit *rem, ut erat, intelligens.* Non male. De usu minus obvio vocis *διήγημα* vid. adnot. ad p. 105. v. 13. Igitur convertere etiam hoc loco potuissem *de facto edocetur*; sed malui tamen magis accedere ad communiorem vocabuli usum. Mox v. 7. e edit. Lond. legitur *ἐκάθευ*, quod retinuerunt somniculosi editores Luc. et Lond. LOCEL. Ita apud Latinos *fabulam* saepe rem gestam significare docuerunt *Gruter.* Suspic. XVIII. 3. et qui eum quoque ad partes vocat, *Ouzel.* ad *Minuc. Fel.* p. 23. — Mox pro *πευθόμενός τι μαθεῖν.* *Palairet.* volebat *εὐχόμενος τι μαθεῖν.* PEERLK.

P. 29. v. 22. *νεανικὸς.*] Ita legitur in Cod. Flor. ut in edd. *νεανίσκος*. Verum paene viderat *Abresch.* qui ad h. l. admonuit *νεανίσκος*, ut *νεανίας*, non raro Graecis notare, *strenuum*, *audacem*, *robustum*, et sic adjectivum *νεανικός*, exemplis, more suo, haud parcens. LOCEL.

P. 29. v. 24. *ἔφασκε λόγῳ λήψεσθαι.*] Quem usum in hac sententia praestat *λόγῳ* explicare nequeo. *Γάμῳ* vel *νόμῳ*, utrumlibet aptissimum erit: *et dictitabat se illam sibi legitimo matrimonio juncturum esse.* Qui voto se potituros esse desperabant, proposita scilicet nuptiarum spe, credulas inescare conabantur. Sic p. 29. v. 9—10. Sunt autem loquendi formulae perquam usitatae *νόμῳ γαμεῖν*, *γυναῖκα νόμῳ λαμβάνειν*, *παραλαμβάνειν*. HEMSTERH. *Λαμβάνειν τινὰ* pro *matrimonio sibi aliquam* jungere habet *Isaeus* de Cironis Haered. p. 207. itaque etiam *γάμῳ λαμβάνειν τινὰ* quin recte dici possit non dubito, tametsi exemplum nullum in promtu est. In *Demosthene* et apud alios scriptores habes *γάμῳ γαμεῖν*. Apud *Plutarch.* in Numa Vol. I. p. 293. et apud *Euripid.* ter invenias *γάμον λαμβάνειν* pro *matrimonium inire*. Utcumque sit; *γάμῳ* pro *λόγῳ* in versione

sione saltem expressi LOCEL. *Palairet.* legit δόλῳ pro λόγῳ et ἔφασκε vertit *existimabat*, laudans *Diod.* Sic. XV. p. 9. φθονεῖν αὐτῷ φάσκων ἅπαντας, et *Xenoph.* Hist. Gr. lib. II. p. 36. Atque ita fere *Cocchius*, qui reddidit *secum reputans*. Mihi legendum videtur ἔφασκε δόλῳ λήψεσθαι, *sperabat se eam dolo capturum*. Ita saepius occurrere λαμβάνειν ut Latinum *capere* notum est. Et sic αἱρεῖν non semel ap. *Sophocl.* v. c. Philoct. 14. et 101. *Eurip.* Androm. 289. Κύπρις εἷλε λόγοισι δολίοις. Atque ita vulgatum in Xenophonte λόγῳ explicet, qui servare velit. PEERLK.

P. 29. v. 24. παρὰ 'Ιπποθόου.] Sic edidi suasore *Hemsterh.* pro 'Ιπποθόῳ, quod edd. obsidet. Conf. supra p. 27. v. 10. et *Long.* Past. lib. IV. c. 9. pag. 430. Erunt fortasse qui v. 13. similiter casum secundum malint. et sane non male sic legeretur, tumque converti deberet, *magni fiebat ab Hippothoo*, at vulgata tamen ibi bene quoque stare potest, valet enim *apud Hippothoum*, prout v. 1. ac saepe apud alios scriptores in simili plane loquendi genere: e. c. apud *Arrian.* de Exp. Alex. lib. I. c. 5. s. 6. δῶρα — ὅσα μέγιστα παρὰ βασιλεῖ — νομίζεται, et c. 24. s. 9. ηὐδοκίμησε παρὰ Μακεδόσιν 'Αλέξανδρος. LOCEL.

P. 29. v. 24. πάντα ἠρνεῖτο.] Putat *Locella*, *Cocchium* et *Salvinium* hic non animadvertisse πάντα esse adverbium. Sed locum inspicienti patebit rem eodem redire sive reddas *prorsus recusabat*, sive *omnia recusabat*. PEERLK.

P. 29. v. 26. καὶ δοκοῦντι.] *Quamvis videretur.* Ita *Long.* IV. Past. pag. 110. καὶ ἦν ἔτι καλὸν καὶ κείμενον (ἄνθος). *Liban.* ep. 33. 33. μακαρίζω δ' ἔγω γε τὴν Νικομήδειαν καὶ κειμένην. Adde *Valcken.* ad *Eurip.* Phoen. pag. 98. PEERLK.

P. 29. v. 27. μεῖναι.] Pro μεῖναι equidem, quod etiam suadere videtur πέπονθα, malim μενῶ, ut p. 41. v. 4. p. 95. v. 4. [at in his locis longe dispar est ratio] ἀναβοᾶν certe nusquam apud *Xenophontem* ita poni solet, ut infinitivus sequatur. Diversum est, modo vitio vacet, p. 80. v. 5—6. . . , HEMSTERH.

An forsan dederat *Xenophon* 'Αβροκόμου μόνου γυναῖκα μ' εἶναι δεῖ. Sic recte p. 64. v. 4. ABRESCH. Ad sententiam quod adtinet, geminum est illud apud *Charit.* lib. II. c. 11. pag. 53. θέλω γὰρ ἀποθανεῖν Χαιρέου μόνου γυνή. Ceterum, nisi mendum subest, μεῖναι sic intelligi posset, ut sit infinitivus pro imperativo, ubi scilicet subaudiri solet δεῖ, χρή, aut μέμνησο, aliudve simile quid, quare mihi etiam sic vertere licere putabam. De hoc ἑλληνισμῷ consulant, si quos amplius doceri juvat, *Viger.* de Idiot. c. V. s. 3. p. 202. *Koen.* ad *Gregor.* de

Dial.

Dial. p. 198. *L. Bos* Ellips. p. 414. *Zeun.* ad *Xenoph.* de Venat. p. 242. 251. 253. etc. *Krebs* ad *Plutarch.* de aud. poët. p. 132—134. Alia de caussa nihil mutari vult *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 253. LOCEL. Nihil equidem mutaverim nisi in seq. πέπονθε pro vulgato πέπονθα. Quo facto jungenda ἀνεβόα μεῖναι γυνή — *clamabat se uxorem mansuram solius Habrocomis, etiamsi moriendum esset ipsi et pati graviora deberet quam quae adhuc passa esset.* Ἀνεβόα μεῖναι γυνή pro γυναῖκα, Graecis valde est usitatum, qui ita nominativum addunt infinitivo, si nominativus praecesserit vel intelligendus sit. v. *Jens. Lect. Lucian.* I. c. VII. Quod vero ad difficultatem ab *Hemsterhusio* motam de verbo ἀναβοᾶν, ea de re ita scribit *Palairet*: „Nullus video quare non eodem jure clamandi verbum ac dicendi cum infinitivo et nominativo construeretur." Ego certe reperio apud *Xenoph.* Hellen. I. VII. 15. ἐβόων καλεῖν τοὺς ου φάσκοντας, et *Nicol. Damasc.* Hist. p. 67. Κρεῖσσον μὲν — ἐβόων σώζειν. — Adde *Xenoph.* Anab. I. 8. 19. ἐβόων θεῖν. Ceterum in verbis praecedentibus. εἴ ποτε λαθεῖν ἠδύνατο intelligendum est βοῶσα vel ἀναβοῶσα ex verbis praemissis πολλάκις ἀνεβόα. Ita *Xenoph.* Cyrop. II. 3. 10. ἔπαιόν γε τῇ μαχαίρᾳ πᾶν, ὅ τι δυναίμην λανθάνειν. ubi v. *Zeun.* Idem *Xenoph.* Cyrop. VI. IV. 3. — λανθάνειν ἐπειρᾶτο. ἐλείβετο δὲ αὐτῇ τὰ δάκρυα κατὰ τῶν παρειῶν. Ubi in λανθάνειν ex sequentibus intelligendum puto λείβουσα δάκρυα, et *Zeunium* male ex *Zonara* intrusisse κλαίουσα. *Joseph.* A. J. III. 15. ὅς εὐχὴ — πειθαρχεῖ — κἂν λαθεῖν δύνωνται. sc. εὐχὴ πειθαρχοῦντες. PEERLK.

P. 29. v. 28. ἐξέκαεν.] Ita habent Lond. et Luc. ac recte sine ἰῶτα subscripto. Vide *Moer.* Attic. in Κλάειν *Piers. Aristoph.* Lysistr. 9. *Brunck.* ad *Aristoph.* Ran. 654. et Plut. 62. Hanc formam ignorans, ut credibile est, Vindob. fungus, edi curavit ἐξέκαιεν; sic enim legerat p. 26. v. 9. Atticis et communibus formis promiscuo uti solent optimi quique scriptores; nisi re ipsa forte haec, quam inconstantiam putamus, saepe librariorum negligentia est. Sic p. 116. v. 9. ἔκλαεν; at p. 30. v. 3 ἔκλαιον: p. 14. v. 12. ἠδύναντο, pariterque p. 24. v. 15. et hac ipsa p. 82. v. 4. ἠδύνατο; at p. 6. v. 6. ἐδύνατο; p. 12. v. 9. ἐδύναντο; p. 80. v. 7. διεληλύθεισαν, p. 7. v. 2. ἐγεγόνεισαν; at p. 59. v. 2. παρεληλύθεσαν, (sic enim ibi habent edd. Lond. et Luc. nec ego quidem aliter edi volebam) p. 90. v. 14. ἐληλύθεσαν. LOCEL.

P. 30. v. 1. ἤλπιζε; ποτὲ.] Ita erat in Cod. Flor. et conjecerat *Hemst.* pro ἐλπίζετο, τί δὲ, quod male legebatur in ed. Lond. *Palairet*, hic emendat *Onosandrum* c. 29. p. 42 ἐπαγέτω δὲ τὸ στράτευμα καὶ σὺν ἀλαγμῷ ποτὲ δὲ καὶ σὺν δρόμῳ, legens ποτὲ μὲν καὶ σὺν ἀλαγμῷ. PEERLK.

P. 30.

P. 30. v. 2. *ὤν τε.*] Non valet hoc loco *nec*, *neque*, sed *καὶ ὤν*, nam particula *τε* pertinet ad sequens *καὶ*; igitur etiam divisim scribendum fuit *ὤν τε*. Pari modo apud *Philostr.* in Heroic. c. VIII. s. 2. p. 706. legitur, *ὁ δὲ ὤν τ' ἀπεδίδου, καὶ ἀσεβῆσαι — ἔφασκε.* Conf. adn. p. 176. ad p. 26. v. 9. LOCEL.

P. 30 v. 6. *ἀνακρίναντες.*] Saepe hoc verbum de judicibus usurpari, deque aliis rei alicujus veritatem exquirentibus judiciali quodam more, docet *H. Steph.* in Thes. Occurrit rursum p. 93. v. 8. LOCEL.

P. 30. v. 7. *ἐν ὀργῇ.*] Frequenter aliis *δι' ὀργῆς ἔχειν*, quomodo apud *Joseph.* A. J. lib. XIX. c. s. 11. *Lucian.* Tom. II. p. 944. *Aristid.* Tom. II. p. 218. et alios; *τῇ διὰ* in talibus vim exercente *τῆς ἐν*, idque, ut Grammatici vocant, *Ἀττικῶς*. ABRESCH. Sed *ἐν ὀργῇ ἔχειν*, praeter tria *Thucyd.* loca ab. *H. Steph.* in Thes. laudata, legitur apud Eund. lib. II. c. 65. *Philostr.* v. Soph. lib II. c. 1. s. s. 10. p. 558. *Dion. Cass.* lib. XLIX. c. 31. pag. 591. et alios. In illis quidem locis *ὀργὴ* de *ira* adhibetur, malim tamen hoc loco de *poena* intelligere: haud enim aptum foret dicere, latrones *irasci debere censuisse*; nihilo minus locum ita interpretati sunt *Salvinius* et *Cocchius*, parum, ut et alias, uterque perpendentes an congruenter. Aptius e. c. in *Lysiae* Or. Adv. Themn. p. 371. *ὀργῆς ἄξιοί εἰσι*, *Reiskius* vertit, *digni sunt animadversione*, Vol. VI. p. 445—446. Conf. omnino *Loesner.* Obs. ad N. T. e Phil. Alex. p. 130. Quare et mihi sic esse convertendum putabam. Infra v. 14. pro *καὶ δὴ* vitiose Cod. Flor. exhibet *ᾧ δή*. LOCEL.

P. 30. v. 8. *ὁ μέν τις — ἄλλος δέ.*] Redundat additum *τις*. *Aristoph.* Av. 1444. *Heliod.* V. p. 243. *ὁ μέν τις — ὁ δέ. Xenoph.* Symp. II. §. 7. *ὁ μέν τις — ὁ δέ τις.* Cyrop. III. 2. 10. *Aelian.* V. H. II. 24. Conf. *Reiff.* ad *Artemid.* Oneirocrit. p. 471. — Ceterum valde simili modo latrones apud *Appul.* VI. Met. p. 443. disputant de poenae genere. „Jam incipiunt de nostra poena suaque vindicta secum considerare. Et variae fuere sententiae, ut primus vivam cremari censeret puellam, secundus bestiis objici suaderet, tertius patibulo suffigi juberet." Deinde ibi et alius poenam reperit magis ingeniosam, ut hic Hippothous. PEERLK.

P. 30. v. 12. *ἐν τούτῳ.*] Hoc loco valere videtur *sic*, *ita*, rariore potestate: quod non abstent Cocchium quin redderet *ita*. Pariter fere interpretandum esse arbitror apud *Xenoph.* in Hierone c. VIII. s. 4. *ὤν καὶ ἐν τούτῳ σαφές*, *nonne hoc pacto* (aut, si mavis, *vel sic*,) *manifestum est*. LOCEL.

P. 30. v. 12. *ὑπόσχῃ.*] Ita mutato accentu edidi pro *ὑποσχῇ*, quod invito

Locella editionem Vindob. occupet v. *Bast.* Epist. Crit. p. 31. ubi caussam lectionis docet MS. Bibl. S. Germ. — κατάσχωμεν, ὂν κατασχῶμεν, λέγομεν, ἐπειδὴ πᾶς ὑποτακτικὸς χρόνος μονοσύλλαβος, εἰς ῶ λήγων, ἔχων τὴν μετοχὴν εἰς σ̄ ὀξύτονον, τὸν αὐτὸν τόνον καὶ ἐν τῇ συνθέσει φυλάττει. βῶ ἀναβῶ, θῶ ἀναθῶ, δῶ ἀναδῶ. εἰ δὲ μὴ εἰς σ̄ ὀξύτονον ἔχει τὴν μετοχὴν, ἀλλ' εἰς ν̄, οὐκ ἔχει τὸν αὐτὸν, οἷον σχῶ κατάσχω καὶ κατάσχωμεν, ἡ μετοχὴ γὰρ σχών. PEERLK.

P. 30. v. 12. ἐποίουν τὸ προσταχθέν.] *Abresch.* comparat *Sophocl.* Phil. 1024. Adde *Plutarch.* de Virt. Mul. p. 276. συνέθεντο ποιήσειν τὸ προσταττόμενον. Nota est formula in re militari, *factum est quod imperasti.* v. *Casaub.* ad *Sueton.* Vit. Tiber. c. 22. et Luc. XIV. 22. Κύριε, γέγονεν ὡς ἐπέταξας. PEERLK.

P. 30. v. 13. τάφρον: καὶ οἱ κύνες δὲ ἦσαν Αἰγύπτιοι.] Vel corrige τάφρον καὶ οἱ κύνες: ἦσαν δὲ Αἰγύπτιοι, vel adde insuper alterum δέ: καὶ οἱ κύνες δέ: ἦσαν δὲ Αἰγύπτιοι. ABRESCH. *Locella* judicat priorem emendationem habere magnam veri similitudinem, cui versionem adcommodavit. In mentem mihi venit καὶ οἱ κύνες: οἱ κύνες δὲ ἦσαν κ. λ. Talis vocabulorum eorumdem repetitio saepe caussa fuit ut praecedentia vel sequentia omitterentur a librariis, cujus rei jam exemplum vidimus lib. I. c. 8. — Eadem autem fere erat crudelitas Hippomenis Atheniensis, qui filiam cum equo carceri inclusit, neutri praebens alimentum. *Nic. Damas.* Hist. p. 45. PEERLK.

P. 30. v. 16. Ἀμφίνομον. Οὗτος ὁ Ἀμφίνομος.] Crediderim literarum similitudinem finientium Ἀμφίνομον offecisse verbo ὄνομα, atque Nostrum prodidisse Ἀμφίνομον τοὔνομα. Οὗτος — p. 53. v. 17. Add. v. 30. p. 52. 19. et 60. 2. quamquam omitti videam quoque p. 63. 9. et 67. 18. sed diverso nonnihil verborum situ. ABRESCH.

P. 30. v. 16. ἑαλώκει τῆς Ἀνθίας.] Ἁλίσκεσθαι per se solum *amore capi* significat p. 33. v. 8. [adde p. 71. v. 14—15. et *Musaeum* de Her. et Leand 97. *Lucian.* Dial. Mer. XI. Vol. III. p. 309. *Long.* Past. lib. IV. c. 13. p. 446] Paullo aliter p. 6. v. 4. [et sic *Lucian.* Tox. Vol. II. p. 522.] Sed praeterea casum secundum personae adjungere Noster solet, velut h. l. et pag. 49. v. 15. p. 54. v. 10. [Similiter *Maxim.* Tyr. Orat. XXIV. p. 478. et *Philostr.* Heroic. c. VIII. p. 706.] ubi ἔρωτι intelligendum non difficulter animadverti potest. Conf. *Themist.* Orat. XXIX. p. 348. A. [de quo valde dubito: certe ἁλίσκεσθαι ἔρωτι, sine casu secundo, legitur apud *Xenoph.* Cyrop. V. c. 1. s. 17. et *Lucian.* Deor. Dial. VI. Dial. Mar. XIV. et de Marc. Cond. Vol. I. pag. 218. 323. et 711. ac praeterea τοῦ ταύτης κάλλους ἁλόντας apud Eumd. in Charid. Vol. III, pag. 609.]

Atque

Atque ea structurae ratio Graecis admodum placuit in similibus verbis amatoriis. *Hermesianax* apud Athen. lib. XIII. p. 598. A. *κάλετο μὲν Ναννοῦς*. . . . *Suidas* habet Ἐκκαίομαί σου, γενικῇ, ἐρῶ σου. . . . . *Parthen.* Erot. c. XII. et XXIII. Pari modo *κνισθῆναι τινὸς* *Theocrit.* IV. 59. . . . *Lucian.* Dial. Mer. X. *κέκνισται — τῆς Νευρίδος*, nam eleganter amorem dicunt *κνίζειν τινά*. *Appian.* pag. 275. C. *Herodot.* lib. VI. c. 62. Formam phraseos inflexit *Appian.* de B. Punic. p. 6. B. Σύφαξ δὲ κνιζόμενος ὑπ' ἔρωτι ἐπὶ τῇ παιδί. HEMSTERH. *Charit.* lib. III. p. 74. ἐκαίετο τῆς Καλλιῤῥόης. ubi plura *D'Orvill.* *Liban.* ep. 258 περικάομαι τοῦ ποιητοῦ. In istis autem verbis, in quibus intelligi commode non potest ἔρωτι, intelligendum ὑπὸ, παρὰ vel similia, quae frequenter ante verba passiva omitti solent. PEERLK.

P. 30. v. 18. αὐτῇ μηδ. ἐνοχλ.] Hac structura verbum adhibuit *Aristid.* T. II. p. 329. [et *Demosth.* de Coron. p. 226. et *Lys.* in Andoc. p. 242. *Lucian.* Tim. Vol. I. p. 147.] quartum alias adsciscens casum. V. Lexic. et *Suid.* qui, ut τῷ διοχλεῖν tantum tribuit αἰτιατικὴν, sic τῷ διοχλεῖσθαι δοτικήν. Quomodo quidem legas apud *Lys.* in Andoc. p. 200. διώχληκε πόλεις πολλάς. Verum saepius alii nec dativum jungere refugere. *Long.* Past. lib. III. p 85. *Aristaen.* lib. II. ep. 13. Auct. Dial. Amor. inter *Lucian.* Opp. p. 1035. *Heliod.* lib. V. p. 235. lib. VII. p. 344. ABRESCH.

P. 30. v. 19. ἐκ τούτου.] Corruptelae suspicionem movet; neque tamen, quemadmodum restitui debeat, satis pervideo. HEMSTERH. Cave quidquam mutassis; etenim ἐκ τούτου interdum de tempore usurpaturque pro indole loci, *tum*, *deinde*, *exinde* (velut p. 66. v. 12.) *quo facto*, *ex eo tempore*, *posthac*: interdum etiam de caussa, et vertitur *ex ea re*, *ob hanc caussam*, *ideo*. Utraque significatio apta huic loco est, magis tamen, meo judicio, prior. Exempla prioris significationis non operose sunt investigenda. Vide modo indices *Zeunii* in *Xenoph.* Cyrop. (ibique adde lib. II. c. 2. s. 15. et IV. 4. 2. V. 3. 26.) de Exp. Cyri, de Rep. Laced. et Oeconom. atque *Raphel.* in *Arrian.* de Exp. Alex. Posterioris satis luculenta reperies apud *Xenoph.* in Cyrop. et de Exp. Cyri. Placuit haec *Salvinio*, qui interpretatus est, *per questo capo.* Ambigue *Cocchius* reddidit *inde.* LOCEL. Posterior significatio mihi placet, atque ita *Cocchium* voluisse credo. Etiam *Palairet.* „Sensus erit, inquit, clarissimus si ἐκ τούτου, subaudita voce αἰτίου, vertamus *Hac de caussa*, *propterea.* Ita phrasis haec apud alios quoque accipitur. *Aelian.* V. H. lib. II. c. 12. *Plutarch.* in Crasso Tom. I. p. 551." PEERLK.

P. 30. v. 20. *οὐδὲν ἔτι.*] Refero *ἐκ τούτου* pariter atque *ἔτι* ad tempus, *et ex quo tempore id facere instituit, Anthiam bono esse animo jussit:* vel, *atque ex quo tempore Anthiam bono esse animo jussit, canes ex eo* etc. . . Sic *ἔτι* pro *jam* occurrit apud *Aelian.* de N. A. lib. VI. c. 2. *ἐν μὲν — ἔτι προσήψατο. Herodot.* lib. VIII. c. 62 *ἐκ παλαιοῦ ἔτι*, lib. V. c. 62. *ἀνέκαθεν ἔτι.* Auctor Carm. de Lapid. inter Orphica, XVIII. 21. et *Lucas* I. 13. ubi vide Philol. et Raphel. ex Herodot. Eumdemque ad Rom V. 6. ABRESCH. Eadem potestate habuimus *ἔτι* p 72. v. 8. Legitur itidem apud *Charit.* lib. VIII. c 6. LOCEL. Lege *οὐδέν τι. Chrysost.* Orat. 9. p. 142. *ὥστε τὰς ἀηδόνας οὐδὲν τι δεῖ ἐκτείνειν. Aelian.* V. H. II. 14. *Plutarch.* Lycurg. Tom. I p. p. 50. PALAIR.

P. 30. v. 20. *ἤδη τιθασσοί.*] Particulam *ἤδη*, quae deëst in edd. eddidi e Cod. Flor. praeterea omissum est *καὶ ἥμεροι.* LOCEL.

P. 30. v. 23. *συγκαθειργμένοι.*] In edd. legitur *καθειργμένοι*; sed p. 105. v. 3. melius bicompositum *συγκαθεῖρξα*; quod me permovit, ut hoc etiam loco sic emendanti *Hemsterhusio* morem gererem. LOCEL.

P. 30. v. 26. *φιλοτιμοῦμαι.*] *Enitor, annitor.* Glossae. v. *Albert.* Observ. Phil. p. 388. *Plutarch.* in Caesar Tom. I. p. 733. — Mox *Locella* de sententia *Hemsterhusii* edidit *ἐν τῇ τάφρῳ*, quum praepositio in edd. absit. Illud confirmat *Palair.* loco ex lib. II. c. 9 *ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ κατέκλειστο.* PEERLK.

ADNO-

ADNOTATIONES
IN
XENOPHONTIS EPHESII.
LIBRUM V.

P. 31. v. 1. τὸν ἀπ' Αἰγύπτου.] Ita ex emendatione *Hemsterh.* pro τὸν Αἰγύπτου edidit *Locella.* Eam confirmavit *Palairet.* simili loco ex Act. XXI. 7. τὸν πλοῦν διανύσαντες ἀπὸ Τύρου. PEERLK.

P. 31. v. 3. Συρακούσας.] Hoc loco et p. 89. v. 15. vitiose duplici ρ scriptum est hoc nomen in edd. Contra ea recte p. 98. v. 1. 2. Ut igitur sibi constet Noster, veram scripturam, numorum et Geographorum omnium testimonio comprobatam, utrobique restituimus. Idem error eademque inconstantia reperitur in *Charitone*, ab eodem scilicet librario, cui Nostrum debemus, manu exarato. Conf. *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 562. cui nequaquam adsentior, aienti duplicationem illam non esse omnino vitiosam. Est profecto: etiam apud poëtas, tum videlicet, quum vocabula unico ρ scribi solita, duplici scribuntur, ut syllaba producatur, quandoquidem olim geminationem istam pronuntiando solum non scribendo fieri consuevisse certum est. Saepius admonitum id est a *Brunckio.* V. ejus adnot. ad *Aristoph.* Acharn. 922. ad *Apollon.* Rhod. I. 49. IV. 637. 1497. 1560. et ad Poëtas Gnomic. p. 314. Conf. *Niclas.* ad Geopon. Prooëm Vol. I. pag. 2. et

Dawes. Misc. Crit. p. 160. 218. 274. 309. 411. etc. qui tamen, more suo, modum excedere videtur. LOCEL.

P. 31. v. 4. ἔτι.] Valet h. l. *praeterea.* V. indic. *Raphel.* ad *Arrian.* de Exped. Alex. *Zeunii* ad *Xenoph.* Opp. et *Fisch.* ad *Theophr.* Charact. De καὶ δὴ pro *protinus* consuli potest *Hoogev.* Doctr. Part. c. XXIV. s. §. 3. p. 391. LOCEL.

P. 31. v. 4. περὶ Ἀνθίας.] Id est de *Anthiae*, quam mortuam putabat, *cadavere*: neque aliter intelligenda esse p. 98. v. 4. Ἀνθίαν εὑρίσκει, et pag. 102. v. 7. εὑρήσειν σε, docent verba p. 89. v. 7—8. ἀνευρήσω κἂν νεκρὰν, et quae p. 102. v. 8—10. ab Habrocome dicuntur. Oblitum fuisse *Xenophontem* eorum, quae p. 96. v. 11. et p. 70. v. 5—11. scripserat, nequaquam credendum est. LOCEL.

P. 31. v. 5. ἐνοικίζεται.] *Cocchius*, vertens *domo excipitur*, neque ad vim verbi medii animum adtendit, neque ad παρὰ cum dandi casu, neque ad id quod statim sequitur ὑπεδέξατο δὲ τ. Ἀ. ἄσμενος. Conferri de verbo ἐνοικίζεσθαι possunt adnot. *Wernsd.* ad *Himer.* Ecl. X. s. 6. p. 181. iisque adjungi locus *Plutarchi* de S. N. V. Vol. VIII. p. 201. LOCEL.

P. 31. v. 6. ἀνδρὶ Αἰγιαλεῖ πρεσβύτῃ ἁλιεῖ.] Solita Nostro verborum trajectione pro Αἰγιαλεῖ ἀνδρὶ πρεσβύτῃ. Sic V. 1. dixit γυναῖκα πρεσβῦτιν, et sim. ut Latinis *mulier anus*, *virgo puella.* Quominus ἀνδρὶ jungamus cum ἁλιεῖ vetat illud quod ἁλιεῖ nimis longe abest, et addita habet verba τὴν τέχνην. Nota ceteroquin in lingua Graeca etiam sunt ἀνὴρ ἁλιεὺς, ποιμὴν etsim. Et ita accipiendum est vulgatum in *Callim.* H. Apol. 42—43. Τέχνῃ δ' ἀμφιλαφὴς οὔ τις τόσον ὅσσον Ἀπόλλων — Κεῖνος ὀϊστευτὴν ἔλαχ' ἀνέρα. κεῖνος ἀοιδόν. Quae tamen quum me semper offenderint, legendum pro ἔλαχ' ἀνέρα putavi ἔλαχεν γέρα. Ac ne quis cogitet ultimam in γέρα semper produci, corripuit *Homer.* Iliad. B. 237. et I. 334. Anthol. Lub. pag. 781 et 900. Producitur autem ob contractionem ex γέραα. v. *Brunck.* ad *Sophocl.* Electr. 428. Γέρα sunt munera et honores quos deorum quisque sortitus est, ut etiam τιμαὶ, μοῖραι et δῶρα. Nihil frequentius est in hymnis Homeridarum. Pherecydeum illud ἐπειδὴ αὐτῇ Ζεὺς διδοῖ γέρας tractat Davis. ad Max. Tyr. X. §. 4. *Aeschyl.* Prometh. 228. Jupiter δαίμοσι νέμει γέρα —Ἄλλοισιν ἄλλα. — Ut autem h. l. Apollo dicitur ὀϊστευτὴν et ἀοιδὸν, ita Diana τόξα λαχοῦσα καὶ ἀλκήεντας ὀϊστοὺς a Demageto, cujus Epigr. post *Reisk.* protulit *Valcken.* ad *Eurip.* Hippol. p. 318. Mox post οὗτος *Abreschius* inserebat δὲ, quia praecesserat ἐνοικίζεται μὲν, non probante *Locella*, qui p. 226. docuit μὲν satis frequen-

quenter occurrere sine subsequente δέ. Quod si inserendum hic esset δὲ, ego non referrem ad ἐνοικίζεται μὲν, sed ad istam Nostri aliorumque consuetudinem qua δὲ ita utuntur ut Latini *autem*, ad resumendam orationem, paucis etiam abruptam. PEERLK.

P. 31. v. 6. ἀγαπητῶς.] *Cocchius* inepte sane transtulit *libenter:* quamquam ante eum *Salvinius* multo aptius vertisset *tollerabilmente*. Quare si quis reddendum Latine existimet *sic satis*, facile traducet me ad suam sententiam. *Abreschius* in Adnot. sua contulit *Luciani*, *Themistii* et *Aristaeneti* loca, quae tamen parum aut nihil conferunt ad ipsam vocis ἀγαπητῶς hoc in loco significationem stabiliendam. Unicum *Alciphron.* lib. I. epist. 23. p. 54. adposite protulit, ubi consulendus est *Bergler*. Pro altero *Alciphr.* lib. III. ep. 61. convenientius laudasset lib. III. ep. 25. ubi est pro *vix*, *aegre*. Praetulimus in versione nostra hanc significationem propter πένης, quod praecedit. Saepenumero adhibetur de eo, qui bene secum agi existimans, contentus est, velut e. c. apud *Dion. Cass.* lib. LXXI. c. 22. p. 1189—1190. ἀγαπητῶς — προχωρήσαντος, quod bene ibi convertitur, *qui satis habuerat*, — *quod pervenisset*. Plura si cupis, confer *Reitz.* ad *Luciani* Amor Vol. II. pag. 433. et indic. *Reiskii* ad *Demosth.* et *Lysiam*. LOCEL. *Lysias* Orat. XV. p. 269. ἀγαπητῶς σεσωσμένους. *Zosim.* Hist. I. pag. 3. ὥστε Ξέρξην μὲν ἀγαπητῶς περισωθέντα φυγεῖν. ubi pro *cupide servatus*, malim vertere *vix servatus*. Idem III. p. 181. — Notum in hac re est ἀγαπᾷν quod paucis illustrat et cum Latino *satis habere* confert *Gebhard.* ad *Nep.* XV. 8. PEERLK.

P. 31. v. 7. αὐτὸν.] Sic edidi Lond. edit. sequutus. Luc. et Vindob. habent αὑτὸν; imo vero *Cocchius*, tamquam in sua editione sic fuisset exaratum, ad Habrocomen retulit αὐτὸν, vertitque, *is comiter Abrocomen ad se receptum ex artis suae proventu libenter nutriebat*. Non raro *Cocchius*, versionem *Salvinii* aspernatus, aberravit De reliquo nemo nescit, perpetuam esse confusionem in libris MSS. et typis excusis, inter αὐτὸν et αὑτὸν et similibus, neque utrum sit praeferendum, persaepe definire licet. Novi quidem Graece doctissimos viros formas αὑτοῦ, αὑτῷ, αὑτὸν, pro ἑαυτοῦ, ἑαυτῷ, ἑαυτὸν, probare: e. c. *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 399. et quos ibi laudat; at memini etiam Cl. *Schweigh.* p. 155. adnot. ad *Appiani* lib. III. de Reb. Samn. vereri ne αὑτοῦ etc. pro ἑαυτοῦ etc. nihil aliud sint quam recentiorum Grammaticorum commentum: quin etiam Atticam formam esse ait αὑτοῦ pro ἑαυτοῦ, quod profecto optassem distinctius explicatiusque docuisset. Quidquid ea de re sit, fateor me non longe abesse, ut *Schweighaeu-*

haeusero adsentiar, et quoties pro αὑτοῦ et similibus scribendum esse videbatur αὐτοῦ etc. toties in ambiguo fuisse, utrum aliquid immutarem nec ne, mihique adeo non usquequaque constitisse, quod et *D'Orvillio* accidit. Vide ejus Animadv. ad *Charit* p. 224. et 495. Postremo admonebo, parum esse hac in re fidendum Cod. Flor. nam saepius ibi pro spiritu aspero lenis est scriptus. Exemplo sit vel ipsum nomen Ἀβροκόμης, de quo diximus pag. 122 et 123. Scripserat praeterea librarius ille p. 6. v. 12. ἀυτὸν pro αὑτὸν, p. 37. v. 4. ἠρημένην pro ᾑρημένην, p. 84. v. 13. ἤμεραι pro ἥμεραι etc. LOCEL.

P. 31. v. 8. ἤδη ποτὲ.] *Hoogev.* Doctr. c. XXII. s. 9. p. 352. tradit quidem ἤδη ποτὲ cum praeterito constructum notare tempus dudum praeteritum; et cum futuro valere *tandem aliquando:* tamen habet h. l. eamdem vim, quamvis cum aoristo constructum. LOCEL.

P. 31. v. 9. τὰ κατ' αὐτὸν.] Praevideo futuros, quibus videbitur reponi oportuisse καθ' αὑτὸν, quemadmodum p. 53. v. 5. in edd. et Cod. Flor. exstat; sed statim ibi v. 7. in edd. et Cod. Flor. est κατ' αὐτὸν: fortasse quin priore loco Habrocomes sua ipsius eventa aiebat se narraturum, in posteriore vero *Xenophon* ait, Hippothoum de ipsius eventis narrare coepisse. Jam vero in loco praesenti et v. 5. posterior haec obtinet ratio: nihilo minus v. 5. scriptum est τῶν αὐτοῦ διηγήματων; adeo in his incerta omnia sunt et fluctuantia, ipseque vereor, ne differentia, quam protuli, subtilior quam verior sit. Conf. paullo supra ad p. 86. v. 8. disputata. LOCEL.

P. 31. v. 11. Σικελιώτης.] Interpres *Cocchius*, *non Siculus*, *non indigena sum*. Debebat, *non Siciliensis*, *non indigena sum.* Pro ἐπιχώριος scribere Noster poterat Σικελός. Vide, praeter *Stephan.* de Urbib. et Grammat. *Cluver.* Sicil. Antiq. lib. p. p. 39. ABRESCH. Differentiam addemus ex *Ammonio.* Σικελός ἐστιν ὁ ἐξ αὐτῆς τῆς Σικελίας ὤν. Σικελιώτης δὲ, ὁ Σικελὸς μὲν μὴ ὤν, τὴν δὲ χώραν αὐτὴν οἰκῶν. Ad q. l. *Valcken.* praeter alia etiam *Xenophontem* nostrum excitat. PEERLK.

P. 31. v. 12. ἐχόντων.] Sic reposui pro ἔχων, quod edd. occupat. Rectius scriptum fuisse in *Salvinii* et *Cocchii* apographis conjicere licet ex eorum versionibus. Tamen in margine exemplaris *Cocchii* nihil hic adnotatum reperi. Haud magnas opes habuisse potuit adolescentulus Aegialeus. Mox ἠράσθην scripsi, eodem margine indice, e. Cod. Flor. In edd. est ἐράσθην. LOCEL. *Mitscherl.* dicit se vulgatum non plane damnare. Ego antea legebam εἶχεν. Sed ἐχόντων vera lectio videtur. PEERLK.

P. 31. v. 13. *ἐφήβοις.*] Post hoc vocabulum excidisse videtur *ἔτι*, quod in sua versione reddidit *Salvinius*. Statim v. 9. retinui lectionem edd. *ἀντήρα* pro *ἀντερῷ* in Cod. Flor. LOCEL.

P. 31. v. 15. *ὁδηγουμένου θεοῦ.*] Intellige *Deum Amorem*, ut et apud Latinos saepe *Deus* absolute v. *Burm.* ad *Propert.* I. 3. 13. Ita Noster lib. I. c. 8. *Ἔρως αὐτὸν ὡδήγει.* *Μυσταγωγεῖν* Amori tribuit *Alciphr.* I. ep. 19. PEERLK.

P. 31. v. 15. *ὧν ἕνεκα συνήλθομεν.*] Ingenue! Quasi vero is finis fuerit pervigiliorum, ut Veneri litarent. Sic tamen revera se res habebat. Consule modo *Pseudo — Plutarch.* de Fluv. Vol. X. p. 775 et 790 *A. Gellium* N. A. lib. II. c. 23. et *Plaut.* Aulul. Prolog. 36. et IV. 10. 64. Quo et sine dubio respicit *Cicero* de Legib. lib. II. c. 14. dum ait: *quid autem mihi displiceat in nocturnis, poëtae indicant comici.* LOCEL. Similia fere notaverat *Rivin.* ad Pervig. Vener. v. 40. PEERLK.

P. 31. v. 16. *ἀλλήλους.*] An *ὠμόσαμεν ἀλλήλοις*, ut p. 20. v. 7? nisi statuas eum, mutata vocabulorum, quae inter se connectenda fuerant, sede, ita posuisse pro *ὠμόσαμεν πολλάκις ἀλλήλους ἕξειν*, sicuti p. 85. v. 4. [et p. 31. v. 13.] Est autem haec orationis fingendae forma in *Xenophonte* non rara. Pag. 9. v. 5—6. junge *τὰς εἰκόνας ἀλλήλων*; p. 15. v. 1—2. p. 22. v. 1—2. p. 54. v. 7—8. [ὃς — Ἀριστόμαχος ἐκαλεῖτο] pag. 68. v. 13—14. *πρεσβῦτις — ἧ ὄνομα Χρυσίον.* HEMSTERH. Nihil esse mutandum pro certo habeo, sed ne dubitandum quidem fuerat: quapropter farraginem illam locorum huc non transfero, quam ad h. l. coacervavit *Abreschius*, ut infelici suae conjecturae *ὠμόσαμεν ἀλλήλοις πολλάκις ἥξειν* veri similitudinem conciliet. Mox v. 14—15. ad *ἐδίδοσαν πρὸς γάμον* Idem, *ὁμοιολογίας* caussa, lectorem ad *Cononem* et *Lucianum* ablegat. LOCEL.

P. 31. v. 18. *διαχωρίῳ.*] Vox ab *H. Stephano* praetermissa. An *ἐπιχωρίῳ* legendum? ALBERTI. Hoc certe vocabulo Noster jam fuit usus p. 1. v. 2—3. p. 3. v. 7 et 9. p. 53. v. 11—12 et 14. p. 76. v 6. p. 80. v. 15. quin et paullo ante v. 6. ac propterea fortasse, varietatis studio, aliud nunc vocabulum adhibuerit, velut p. 3. post bis usurpatum *ἐπιχώριος*, sequitur v. 12—13. *πλῆθος ἐγχώριον.* Nihilominus legitimum esse *διαχώριος* valde ambigo, quamvis ita etiam exstare in Cod. Flor. credere quidem possumus, quia *Cocchius* in margine sui exempli nihil adscripsit; at certi tamen propterea non simus. LOCEL.

P. 32. v. 4. *ἀπέκειρα δὲ καὶ τὴν κόμην.*] Vetustum Laconum morem servare,

 ni

ni fallor, voluit Aegialeus. De nuptiarum apud eos ritu haec scribit *Plutarch.* in Lycurgo Vol. I. p. 193. huc facientia: *ἐγάμουν δὲ δι' ἁρπαγῆς — τὴν δ' ἁρπασθεῖσαν ἡ νυμφεύτρια καλουμένη παραλαβοῦσα, τὴν μὲν κεφαλὴν ἐν χρῷ περιέκειρεν, ἱματίῳ δ' ἀνδρείῳ καὶ ὑποδήμασιν ἐνσκευάσασα, κατέκλινεν* etc. Huc etiam spectat locus *Luciani* in Fugitiv. Vol. III. p. 379. Inane est, (admoneo, ne quis rectum putet) quod ad hunc Nostri locum adnotavit *J. Caspertus* in fine Auctarii ad Specim. Dissert. de *Xenoph. Ephes.* LOCEL. Similis fere nuptiarum ritus apud Romanos meminit *Festus* in voc. *rapi*. *Joseph.* A. J. V. 2. p. 288. narrat Benjamitas etiam facere *τὸν διὰ τῆς ἁρπαγῆς γάμον*. *Casperius* haec adnotavit p. XXVIII. Dissert. „*Νεανικῶς*. Vertit *Cocchius juveniliter.* Ita sane. At hoc opponitur alteri *ἐφηβικῶς*. Sequitur enim e vestigio *ἀπέκειρα δὲ τὴν κόμην*. Vide *Pollucem* II. s. 19. Hinc vertendum: *deposita epheborum juvenilem vestem induimus.*" Ego autem locum aliter distinguo, legens, *ἀπέκειρα δὲ καὶ τὴν κόμην τῆς Θελξινόης. ἐν αὐτῇ ὄν* sq. Videtur Aegialeus dilectam puellam vestibus virilibus induisse comamque abscidisse quo melius in fuga lateret. Plane ut *Appul.* VII. Met. p. 457. de Plotina quae viri fugientis comes et in calamitatibus socia erat, *tonso capillo in masculinam faciem reformato habitu.* *Hygin.* Fab. 274. *Agnodice quaedam puella virgo concupivit medicinam discere, quae cum concupisset, demsis capillis, habitu virili se Herophilo cuidam tradidit in disciplinam.* *Anton. Lib.* cap. 11. *καὶ ἄλλοις ἠμφίεσεν αὐτὴν ἐσθήμασι, κἀκ τῆς κεφαλῆς ἀπέκειρε τὴν κόμην.* Idem cap. 41. *ἐξαλλάξασα τὴν ἐσθῆτα καὶ τὴν κουρὰν τῆς κεφαλῆς εἰς ἄνδρα, καὶ οὐδεὶς αὐτὴν ἰδὼν ἐγνώρισε.* *Ach. Tat.* lib. V. p. 325. *τότε μὲν οὖν οὐδ' ἂν ἄλλος ἰδὼν αὐτὴν γνωρίσειεν, ἔφηβον οὕτω γενομένην. τοῦτο γὰρ ἡ τῶν τριχῶν αὐτῆς κουρὰ μόνον ἐνήλλαξεν.* Verba *ἐν αὐτῇ γάμων νυκτὶ* notant ipsa illa nocte quae nuptiis Androclis et Thelxinoës celebrandis erat destinata. Aegialea vetustum Lacedaemoniorum morem voluisse servare non est credibile, qui clam omnia facere deberet, atque id unice agere ut puellam secum in fugam abduceret. Eduxit autem ex thalamo in quo Thelxinoë morabatur, dum reliqui cum sponso convivium celebrabant, ad quod sponsa, ut jam vidimus, non adhibebatur. PEERLK.

P. 32. v. 6. *ἤειμεν.*] Male in edd. excusum *ἤημεν* corrigi jusserat *Hemst.* idque postea Cod. Flor. auctoritate firmatum reperi. Nullo discrimine habet Jotacismus *ἤειμεν, ἤημεν, ἤιμεν, ἴομεν.* LOCEL.

P. 32. v. 6. *ἡμῶν.*] Quum nulla distinctio in edd. nec ante neque post *ἡμῶν* esset adposita, incertum erat pertineretne ad *φυγὴν* an ad *κατεψηφίσαντο*. Ut igitur

tur vitaretur haec ambiguitas, posteriori verborum nexui distinctionem adcommodavimus. Eodem verborum ordine legitur haec ῥῆσις apud *Lysiam* in Eratosth. p. 446. αὐτῶν θάνατον καταψηφιεῖσθαι; in Alcib. pag. 425. αὐτοῦ θάνατον καταψηφίζεσθε; et de Retin. Statu Reip. Athen. p. 922. ἡμῶν αὐτῶν θάνατον καταψηφίσασθαι. LOCEL.

P. 32. v. 6. θάνατον κατεψηφίσαντο.] Quae eadem poena Delphis erat statuta. Vide *Heliod.* lib. IV. p. 269. Mitior longe erat ut Atheniensium (v. *Sam. Pet.* Comm. ad Leg. Att. lib. VI. tit. 1. s. 17.) ita Byzantiorum lex, qua, εἴ τις ἁρπάσας παρθένον, φθάσῃ ποιῆσαι γυναῖκα, γάμον ἔχει τὴν βίαν, teste *Ach. Tat.* lib. II. p. 93. ABRESCH. Hoc Nostri loco dubium manet, agaturne de raptu sponsae, (si modo Aegialeus Thelxinoëm volentem *rapuisse* dici potest) an uxoris alienae; nam, quod p. 87. v. 14—15. legitur, ἐδίδοσαν πρὸς γάμον, ambiguum est; sed, quantum ad poenam, nihil interest. Haec illo aevo, quo Nostrum vixisse credimus, apud Lacedaemonios ex jure Romano erat irroganda: et vero capitalem fuisse in utroque casu, non est dubium; nam *Ael. Marcian.* qui saeculo tertio floruit, sic ait, lib. V. s. 2. Dig. ad Leg. Jul. de vi publ. qui vacantem mulierem rapuit, vel nuptam, ultimo supplicio punitur. Eamdem postea poenam in raptu virginum, sive desponsatarum sive non, confirmavit *Justinian.* lib. IV. tit. 13. Cod. de Raptu Virg. Ridicule in omnes sese partes versat *J. Casperius* in Dissert. supra laudata, ut, (quemadmodum ait) *hujus severitatis caussam* reperiat. . . . LOCEL.

P. 32. v. 9. ἔχω μετ' ἐμαυτοῦ.] Aegyptii, ut ait *Cicero* I. Tuscul. Quaest. condiunt mortuos et eos domi servant. *Sext. Empiric.* Αἰγύπτιοι δὲ τὰ ἔντερα ἐξελόντες ταριχεύουσιν αὐτοὺς, καὶ σὺν ἑαυτοῖς ὑπὲρ γῆς ἔχουσιν. ABRESCH.

P. 32. v. 11. καλὴν γενομένην.] *Hemsterhusius* commate post ἤδη posito, (quod fecimus) reponi suadet καλὴν δὲ γενομένην, atque hoc modo melius aliquanto ait cohaerere orationem: nec tamen ita, ut nihil amplius desideretur; latere nimirum vitii quiddam in γενομένην. *Abreschius*, ordine nonnihil immutato, si legatur, πρεσβῦτιν μὲν ἤδη γενομένην, καλὴν δ' ἔτι Αἰγιαλεῖ κόρην, (puta οὖσαν) verba sensum fundere satis commodum judicat; futuros tamen fortasse, quibus, retento vulgato verborum ordine, substituendum videatur, καλὴν φαινομένην, quoniam illico sequatur οὐ γὰρ οἵα νῦν ὁρᾶταί σοι, τοιαύτη φαίνεταί μοι. Ingeniosam, ac veram fortasse conjecturam istam in versione saltem sequutus sum. . . . LOCEL. *Palairet.* explicat γενομένην *quae existimabatur*, ut apud *Ezech.* XVI. 13. ἐκοσμήθης χρυσίῳ καὶ ἀργυρίῳ — καὶ ἐγένου καλὴ σφόδρα. Sic esse apud

Latinos. *Plaut.* I. 1. 20. *Mihi quidem tu jam eras mortuus, quia te non visitavi.* — Putat autem *Abresch.* hunc *Xenophontis* locum ex *Platone* esse haustum qui initio Parmenid. Παρμενίδην εὖ μάλα ἤδη πρεσβύτην εἶναι, σφόδρα πολιὸν, καλὸν δὲ καὶ ἀγαθὸν τὴν ὄψιν. *Nicol. Hinlopen*, cujus editionem Londinensem vidi, eleganter conjicit καλήν γε νοσουμένην. PEERLK.

P. 32. v. 12. ταφῇ Αἰγυπτίᾳ.] *Locella* laudat *Fabricium* Bibl. Antiq. pag. 1027. multos commemorantem qui de hoc ritu condiendi cadavera scripserunt. v. *Petit.* Observ. Misc. I. VI. et *Triller.* Observ. Crit. p. 195. PEERLK.

P. 32. v. 13. ὡς ζώσῃ λαλῶ.] *Joseph.* B. J. lib. I. c. 22. s. 5. τοιαύτα τε ἦν φλεγμονὴ τῆς ἐπιθυμίας, ὡς μηδὲ τεθνάναι δοκεῖν αὐτὴν, ὑπὸ δὲ κακώσεως ὡς ζώσῃ προσλαλεῖν. *Eurip.* Alcest. 348. sqq. ABRESCH. Quod sequitur verbum συνευωχοῦμαι caret auctoritate in *H. Steph.* Thes. neque eam supplevit *D. Scottus*, quamvis legitur etiam in *Pseudo-Luciani* Philop. Vol. III. p. 590. LOCEL.

P. 32. v. 14. ἀλείας.] Vox proba *piscatum* sive *piscationem* significat. Fefellit *Kusterum* ad *Suid.* in Ἀλεία, ἄγρευσις, quem oportuerat *Porto* bene monenti obtemperare, ut notavit *L. Bos* in Animadv. ad *Suid.* Quin etiam *Sylburgio* idem vocabulum imposuit apud *Herodian.* lib. III. c. 1. s. 11. Non meminerat vir accuratissimus, quod alioquin ipse, si quisquam, probe sciebat, haud magis discrepare ἁλιείαν et ἀλείαν, quam ὑγιείαν et ὑγείαν. *Alcidamas* pag. 185. v. 20. Nauplius πένης, τέχνην ἔχων ἀλείαν, ut Noster p. 86. v. 7. *Artemid.* lib. I. c. 72. p. 61. ἐν τῷ περὶ ἀλίας (ἀλείας) ἀκριβώσω λόγῳ. HEMSTERH.

Subdubitat modo *H. Steph.* in Thes. sitne ἀλεία genuinum vocabulum, nam *Aristotelis* et *Herodiani* editionum auctoritate permotus magis eo inclinat, ut probum esse credat. *Aristotelis* locus est in Oecon. lib. II. c. 2. ejusque indicationem debemus *Sebero* ad *Polluc.* VII. 138. qui vocem ἀλεία inter alia θαλαττουργῶν numerare non neglexit. Legitur quoque apud *Clem. Alex.* Paedagog lib. III. c. 10. p. 285. Ex quibus omnibus perspicuum est quam temere ad ἀλείαν in Alcidamante p. 70. *Reiskius* adscripserit: *imo vero ἁλιείαν exercitationem piscaturae.* Hac occasione admoneo in *Oppiano* de Piscat. I. 7. ἀλίης τε πολύτροπα δήνεα τέχνης Κερδαλίης — — minus recte reddi, *et varias lucrosae piscationis artes*, debebat nimirum converti, *et multiplices lucrosae marinae artis astutias*: nam ἀλίης est adjectivum ab ἄλιος, ἀλία, ἄλιον, *marinus.* LOCEL. Multas duplicis terminationis voces εα et εια enumerat *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 405. nec hujus ἀλεία et ἀλιεία oblitus. PEERLK.

P 32.

P. 32. v. 15. *ἐννοῶ.*] Post hoc verbum lepidissime sibi, haud dubie, visus est facere impudens mango noster Vindob. addens, *καὶ τἄλλα* (sic), quod et in Italicam *Salvinii* versionem inseruit, inscite praeterea Italice sciens *ed altri* . . . Concinna hujus episodii brevitas displicuit perito illi, si diis placet, harum rerum judici in *Journ. des Savans*, m. Febr. a. 1728. pag. 177. *Les épisodes*, (inquit) *déstinés à tenir l'esprit en suspens, et à répandre un agréable varieté dans le Roman, sont de peu d'usage dans celui-ci; puisqu'ils se réduisent aux avantures d'Hippothoüs et d'Egialée racontées très-laconiquement.* Saniora judicia protulimus in prooëmio. LOCEL.

P. 32. v. 17. *ἀνευρήσω.*] Est ex emendatione *Abreschii* pro *ἂν εὑρήσω*, quod habent edd. Idem verbum occurrit pag. 92. v. 15. p. 93. v. 1. p 104. v. 7. p. 107. v. 5. p. 109. v. 12. nam, ut jam aliquoties admonuimus, libenter Noster verbis ex *ἀνὰ* compositis utitur. Similis error correctus fuit p. 64. v. 4. LOCEL.

P. 32. v. 18. *ὅρον ἡλικίαν.*] Recepi perquam probabilem hanc emendationem *Hemsterh.* pro *ὅρον ἡλικίας* in edd. „Corrupit, inquit ille, sententiae venustatem casus depravatus: legendum enim *ἡλικίαν*. Verus amor terminum non habet aetatem humanae vitae, sed ultra mortem perdurat. . . . Eleganter saepe duplex accusativus diversae rei uni verbo jungitur. Vide pag. 13. v. 10. p. 21. v. 14. p. 97. v. 11—12. [Sic modo v. 8—9. duplex nominatius in *παραμυθία τὰ σῶμα.*] Exemplorum apud alios est adfatim; talium quoque, quae viris eruditissimis fraudi fuerunt." Hactenus *Hemsterh.* Addere poterat locum Nostri p. 65. v. 8. cui simillimus est alter apud *Charit.* lib. I. c. 2. p. 6. ubi consule *D'Orv.* p. 219. Locus *Pausaniae* lib. II. c. 37. p. 200. quem ad tuendum in Nostro genitivum *ἡλικίας* adfert *J. Elsnerus* Sched. Crit. c. VI. p. 46. meo judicio nihil omnino juvat. Ceterum *ἡλικία* h. l. etiam reddi posset *florens aetas*, nisi cum *Hemsterh.* malis *vita ipsa*, quemodmodum et Latini *aetatem* pro *vita* dixere. LOCEL. Ἡλικία est *quaevis aetas*, *puerilis*, *senilis*, etcet. Hoc autem loco aetas senilis, ratione Aegialei, unice est intelligenda. *Hemsterhusius* autem emendans *ἡλικίαν* non cogitavit *ἡλικίας* hic eadem structurae, quam volebat, ratione poni, numero scilicet plurali, quo recentiores inprimis hoc voce usos reperio. *Jo. Cinnam* Hist. I. p. 20. de juvene qui ultra aetatem fortis erat, *οὕτως ἐυκ οἶδε παντάπασιν ἡλικίαις ἀρετὴ περιγράφεσθαι.* Atque ita non semel apud *Zosimum* aliosque *ἡλικίαι* occurrit. Et haec est caussa cur ego vulgatam lectionem *ἡλικίας* servaverim. Cum *Hemsterhusio* fecisse videtur *Palairet.* laudans similis struc-

structurae exemplum ex *Luciano* To. II. p. 711. ὄρεν ἔχων τῆς πράξεως τὸν ὕπνον. Adde *Plutarch.* Apophth. pag. 160. Ῥωμαίους ὁρμᾷ πρὸς Πάρθους τῷ δικαίῳ χρῆσθαι. Ceterum ἔρως ἀληθινὸς per *Suidae* interpretationem explicuit *Abreschius* ὁ μὴ περὶ κάλλος σώματος ἐπτοημένος. Conf. *Propert.* II. 12. 30. *Verus amor nullum novit habere modum.* ad q. l. *Burm. Xenophontea* nostra adfert. PEERLK.

P. 32. v. 19. οὐδὲν.] Est ex emendatione *Hemsterh.* pro οὐδὲ in edd. Si οὐδὲ scripsisset Noster, addidisset, credo, τὶ post ἀκοῦσαι. LOCEL.

P. 32. v. 21. ἐικτειρον ἤδη.] Valde sibi placet Noster in particula ἤδη, quae per totum opus frequenter, nunc vero, parvo intervallo, quater recurrit v. 15. et p. 90. v. 1 et 2. Rariore quoque potestate nonnumquam ea utitur, velut p. 2. v. 4. pro *etiam*, *quinetiam*; p. 90. v. 2. p. 108. v. 12. pro *deinde*, *postea*; in loco praesenti pro *aliquando*, *tandem*. LOCEL.

P. 32. v. 21. ἀποδίδου.] De hujus verbi vi adnotavit quaedam *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 597. Versu 15. sustuli comma in edd. positum post ἤδη, reposuique post Συρακούσαις, consentientibus *Salvinii* et *Cocchii* versionibus. LOCEL.

P. 32. v. 29. Αἰγυπτ. τε κ. Ἀλεξ.] Saepius hunc in modum ab Aegypto separatur Alexandria. *Philostr.* de Vit. Apoll. lib. V. c. 43. *Luc. Ampel.* c. II. HEMSTERH.

P. 32. v. 29. προσεδόκα.] *Putabat*, *existimabat*. Plane ut *Charit.* lib. V. p. 84. ζῆν γὰρ οὐδέποτε Χαιρέαν προσεδόκα. Alia de hac vocis significatione ad h. l. notavit *Abreschius*. PEERLK.

P. 32. v. 31. οὐχ' ὑπομ.] In edd. excusum est οὐκ ὑπομ. et v. 11. οὐκ εἵπετο. Similiter p. 14. v. 6. οὐκ ἁπλ p. 64. v. 3. in Lond. et Luc. οὐκ οὕτως; p 101. v. 10 οὐκ ἐκεῖσε. Etiam in *Charitonis* apographo lib. VII. c. 6. p. 166. fuisse οὐκ ὑπομένω, et lib. VIII. c. 6. pag. 187. οὐκ οὕτως admonuit *D'Orvill.* in Animadv. 590. et p. 633. . . . . Talia vero idcirco notavi, ut adpareret quam religiose a descriptoribus servata fuerint menda Cod. Flor. qui cum *Xenoph. Ephes.* etiam *Charitonem* continet, quamque diligenter etiam typis postea repetita. LOCEL.

P. 32. v. 32. ἐν πολλοῖς.] Noli intelligere *cum aliis*, quod fecit *Salvinius*; nam h. l. ἐν valet *inter*, cujus non rara sunt exempla. Sic et Latine interdum *in* adhibitum legitur pro *inter*. Rursum Noster pag. 114. v. 12. ἐν αὐτοῖς. LOCEL.

P. 32. v. 34. Ἀρείαν.] Pro Ἄρειον cum *Hemsterh.* edidit *Locella*. Nam et alibi habet Noster femininam terminationem, masculinam tamen in versione servavit

vit *Locella*. Sunt autem *Arei* et gens Africae, a quibus hic pagus videtur appellatus v. *Oudend.* ad *Appul.* XI. Met. p. 764. PEERLK.

P. 33. v. 2. *τὸν ἥλιον ἐπόμνυσι.*] *Abreschius*, quod et mihi dudum antea in mentem venerat, jungenda putabat *φοβουμένης καὶ ὑποπτευούσης τὸν ἥλιον*. *Palairet.* legit, *τῆς δέ τι φοβουμένης καὶ ὑποπτευούσης, τὸν ἥλιον ἐπόμνυσι τούς τε ἐν Αἰγύπτῳ θεούς*. *Valcken.* in Dissert. de Ritib. Juris-Jurand. p. 106. — *ἥλιον ἐπόμνυσι, τὸν ἐν Αἰγύπτῳ θεόν*. *Locella* „indubitate, inquit, mihi persuadeo, *Xenophontem* scripsisse *καὶ τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ θεοὺς*; et quamvis *καὶ* in Cod. Flor. non legi ab Rev. Luchio fuerim edoctus, tamen inserere id sum ausus, uncis seclusum. Mecum faciunt *Salvinius* et *Cocchius*, uterque enim *καὶ* in sua versione expressit." Ego plane cum *Locella* facio. Dicitur autem *ἥλιον καὶ θεοὺς*, ut apud *Aristophanem* *Ζεῦ καὶ θεοὶ* et alios per *ἐξοχήν*. *Heliod.* VII. p. 364. *ἐπόμνυμί σοι θεῶν τὸν κάλλιστον Ἥλιον καὶ θεοὺς τοὺς ἄλλους*. PEERLK.

P. 33. v. 3. *σεμνὴν τηρήσειν, γάμων ἁγνὴν.*] *Abreschius* conjicit, sublata distinctione ante *γάμων*, scribendum esse *ἦ μὴν τηρήσειν γάμων ἁγνὴν*, prout pag. 43. v. 4. Haud improbabilis videtur haec conjectura; quamquam quae ad eam firmandam adducit alia Nostri loca p. 50. v. 9. et p. 94. v. 7. *Platonis* item et *Achillis Tatii*, nihil ei auxilientur. Sat fuerat admonuisse, *ἦ μὴν* post verba jurandi persaepe sequi solere. Quod si, addit deinde, vir doctus, cui videatur retinendum *σεμνὴν*, suo fruatur judicio, eique ultro suppeditabimus, quo firmet, *Clem.* Rom. Epist. I. ad Corinth. s. 1. *ἐν ἀμώμῳ καὶ σεμνῇ καὶ ἁγνῇ συνειδήσει πάντα ἐπιτελεῖν*. At enim subministranda potius erant loca, in quibus *σεμνὴ pudicam* significat, e. c. apud *Eustath.* de Hysm. lib. VI. pag. 232. *παρθένος γάρ ἐστι καὶ σεμνή*, et lib. V. p 216. ubi *τὸ σεμνὸν* est pudicitia, castitas. LOCEL.

Acuta admodum est *Abreschii* conjectura, quam valde probabat *Palairet.* Eadem, si bene meminerim, in mentem venit *Markland.* ad *Maxim.* Tyr. III. 5. Potest tamen vulgatum *σεμνὴ* stare. Ita *Aristaen.* I. ep. 10 *σεμνὴ παρθένος*. *Eustath.* de Hysmen. lib. II. p. 45. *κόρη σεμνὴ* dicitur vestem circa femora coërcens, metuens ventum. Ubi male *virginis venerationem* reddit interpres. *Mitscherl.* *γάμων ἁγνὴν* τῷ *σεμνὴν* interpretamenti loco apposita, eliminanda censet. Caeterum affirmandi formula *ἦ μὴν* saepius ab indoctis librariis est corrupta. *Luciano* quidem Adv. Indoct. Tom. II. p. 538. pro *ἡμῖν* reddere voluit *Menagius*, improbante *Jensio* Lect. Lucian. I. vi. Rectius eam medicinam facias *Achill. Tat.* VII. pag. 447. *Θέρσανδρον ἐπομόσαι περὶ τοῦ Σωσθένους ἐν γράμμασιν ἡμῖν, οὐκ εἰδέναι τί γέγονεν.* In quo quum *Ruardius* legisset pro *ἡμῖν* — *ἦ μὴν*, consultus ab eo *Koenius* respondit:

dit: „Perite vitium in ἡμῖν detexisti. Emenda sodes: ἐπομόσαι — ἐν γράμμασιν, ἦ μὴν οὐκ εἰδέναι sq. Dedit ea *Ruard.* in Specim. Crit. pag. 45. et adscripsit Casaub. ad Athenae. p. 283. etiam legere ἦ μήν." PEERLK.

P. 33. v. 3. μέχρις.] Perlevis momenti est, sed tamen a studioso editore non reticendum, me sic edi curavisse pro μέχρι in edd. nam et v. 7. legitur μέχρις ἄν, et p. 72. v. 5. μέχρις ὥρας, ac pari modo p. 31. v. 5. p 93. v. 4. p. 99. v. 5—6. Contra ea p. 4. v. 12. μέχρι βραχιόνων, p. 57. v. 10. μέχρι Κιλικίας, similiterque p. 21. v. 1. p. 97. v. 1. p. 99. v. 14. Non me praeterit quidem *Phrynichum* ἄχρις et μέχρις universim reprobare, et Moeridem ἄχρι Atticum esse docere, ἄχρις vero Hellenicum: denique *Thom. Mag.* tradere *Thucydidem* semper ἄχρι et μέχρι scripsisse, etiam ante vocalem: alios vero promiscue ἄχρις οὗ et ἄχρι οὗ; verum cautius cum *Xenophonte* meo agi existimabam, si, ut sibi constaret, curarem, neque ejus scribendi morem ad nescio quem ἀττικισμὸν exigerem, qui fortasse non nisi inconsideratae librariorum levitati originem debet. Magna quippe hac in re inconstantia deprehenditur in scriptorum ἀττικωτάτων optimae notae Cod. MSS. velut *Thucyd. Demosth. Xenoph. Platon. Aristot.* etcet. Sic e. g. in *Xenoph.* Op. legas μέχρις ἄν, μέχρις οὗ, μέχρις εἰς, μέχρις ἑσπέρας; sed et μέχρι ὅτου, μέχρι ὤτων, etc. Postremo facere non possum, quin hac occasione ostendam quam parum fidendum sit, ut librariis, sic et Grammaticorum Graecorum praeceptis, quandoquidem *Herodianus* in Philet. ait μέχρι esse Atticum μέχρις vero Jonicum; quum tamen ei tam saepe repugnetur in *Herodoto*; ad quem consule *Valcken.* p. 85. exemplisque ab eo adductis adde lib. II. c. 179. et lib. VIII. c. 13. LOCEL.

P. 33. v. 5. ἀπελείποντο δὲ.] Scriptum malim οὐκ ἀπελείποντο δὲ οὐδὲ οἱ κύνες. ABRESCH. Satis utique exprimitur sola particula δὲ quod significare Noster voluit. LOCEL.

P. 33. v. 6. ἡμέρας.] Subaudi τινὰς, de qua ellipsi, praeter *L. Bosium* Ellips. Graec. p. 328. consuli potest *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 497. et sqq. Pari modo *Ach. Tat.* lib. I. p. 50. dixit χρόνος ἐστὶν ἡμερῶν. LOCEL. Usitatius addi solet talibus adjectivum aliquod, ut *Heliod.* V. p. 206. ἐδόκει οὖν — ἡμέρας τινὰς ἐπιμεῖναι τῇ νήσῳ. Noster lib. V. c. 4. ἡμέραις τρισὶν αὐτοὺς ἀναλαβεῖν, et c. 5. ἡμέραις μὲν τισιν αὐτὴν ἀνελάμβανεν. Sed h. l. pronomen τις per ellipsin reticetur. Et ita intelligebat *Hemsterh.* qui p. 34. ed. Loc. pro ἔτι conjiciens ἔτη *annos aliquot* vertit ut hic ἡμέρας *dies aliquot. Liban.* ep. 944. συχνὰς ἡμέρας. ubi *Wolf.* laudat Marc. I. 2. δι' ἡμερῶν sc. τινων. Frequens est haec ellipsis in libris

libris sacris: ut etiam ad Hebraismos relata sit, multique interpretes doctissimi de ea saepe non cogitarunt. Marc. II. 1. codices quidam additum habent numerum 8, ubi v. *Bos.* Genes. XLI. 4. ἦσαν δὲ ἡμέρας ἐν φυλακῇ. Ibi Cod. Oxon. inserit πλείους, ut adnotat idem *Bos.* I. Reg. 17. ἐγένοντο μεθ' ἡμέρας. Adducit eum locum *Gronov.* ad *Justin.* VI. 7. qui scripserat *ante dies. Minuc. Felix.* c. XI. *Quis unus ullus ab inferis vel Protesilai sorte remeavit, horarum saltem permisso commeatu.* Ubi frustra alii *paucarum*, alii *trium* inserunt. v. *Burman.* ad *Propert.* I. 19. 7. qui etiam adsentitur loco *Minutii* aliquid excidisse. Adde *Sueton.* VI. 37. *Mori jussis non amplius, quam horarum spatium, dabat.* Idem VIII. 3. *quotidie secretum sibi horarum sumere solebat.* Addito articulo scripsisse videtur *Palaephat.* c. 34. διέτριβον ἐκεῖ τὰς ἡμέρας, in quo tamen τὰς pro τινὰς positum censet v. d. Observ. Misc. Vol. III. p. 149. et V. p. 227. PEERLK.

P. 33. v. 11. Σχεδίαν καὶ . . .] Locus in Aegypto, de quo *Strabo* lib. XVII. p. 800 et 803. ALBERTI. Si componas, quae *Xenophon* scripsit sub initium lib. IV. non videtur lacunae labes esse tanta, quae paucis vocibus, atque inde petitis, expleri nequeat. Tentemus ergo: ἐπὶ Σχεδίαν καὶ Ἑρμούπολιν, vel potius, καὶ τὴν διώρυχα τὴν Μενελάου. Alia est ad ingressum Thebaidos, atque adeo longe hinc dissita Σχεδία, cujus meminit Agatharchides apud Phot. p. 726. v. 30. HEMSTERH. In Cod. Flor. spatium, quantum uni sufficit vocabulo, relictum esse admonuit *Cocchius* in margine sui exemplaris, idemque mihi significavit Rev. *Luchi.* LOCEL.

P. 33. v. 11. ἐκβάντες.] Male post hoc verbum in ed. Lond. repetitum est ἔπλεον, quod in Cod. non comparet, teste *Locella*, et deleri jusserat *Hemsterh.* Acute admodum *Palairet.* legendum inde conjecerat ἐκβάντες ἐκ πλοίων. Mox ἀπ' Αἰθιοπίας ex emendatione *Hemsterh.* pro ἐπ' cum *Locella* edidi. PEERLK.

P. 33. v. 15. τούτοις.] Sic reposui pro τούτους, [et ita emendarat *Palairetus*] quod e Cod. Flor. exhibet Lond. editio. In Vindob. melius τούτων, in Lucensi vero ridicule τούτως. Permutasse aliquando, vel saltem obscure scripsisse librarium Cod. Flor. terminationes ους et οις ex indice rerum docebere. LOCEL.

P. 33. v. 19. τρέπονται.] Quemadmodum τρέπειν est *alium in fugam vertere*, ita τρέπεσθαι in medio, est *sese in fugam convertere*, quod et solo verbo *convertere sese* dixit *J. Caesar.* de B. C. lib. I. c. 46. Sic, ut hoc unico utar

exemplo, *Arrian.* de Exped. Alex. lib. II. c. 10. s. 6. τρέπουσι — ἐν τῷ ἀριστερῷ κέρατι ἐπιτεταγμένοι. LOCEL.

P. 33. v. 19. πάντες.] *Aristot.* Art. Poët. c. XXV. in medio. τὸ γὰρ πάντες ἀντὶ τοῦ πολλοὶ κατὰ μεταφορὰν εἴρηται: τὸ γὰρ πᾶν, πολύ τι. ABRESCH. Sic *Pausan.* lib. VII. c. 2. p. 525. τὸ μὲν γένος πᾶν τὸ ἄρσεν ἀπέκτειναν, πλὴν ὅσοι, τῆς πόλεως ἁλισκομένης, ἐκδιδράσκουσι. Conf. adnot. p. 208. LOCEL.

P. 33. v. 20. ἔφυγε τῆς νυκτός.] Magnopere vereor, ut sanus sit locus, atque aegre me continui, quin ipsam orationem immutarem. Modo *Xenophon* dixerat *nocte interveniente* latrones terga dedisse, cur, quaeso statim iterum memoraret noctu effugisse Hippothoum? Quamobrem mihi valde verisimile fit, commate post ἔφυγε posito, et καὶ retracto, scribi oportere καὶ τῆς νυκτὸς ἦλθεν εἰς Ἀλεξάνδρειαν, id est, non illa ipsa nocte, sed *de nocte* (noctis tempore) *Alexandriam pervenit.* Idem sensisse video *Salvinium*, vertit enim *gettanda via l'armi, fuggendo scampò, e la notte venne in Alessandria.* Igitur, et ego mihi sic esse convertendum judicavi. Infra p. 111. v. 6—7. rursum narrat *de nocte* Hippothoum cum Anthia Rhodum appulisse. LOCEL. *Mitscherlich.* verba τῆς νυκτός, tamquam e superioribus prave repetita, expuncta mavult. Libens ille ejicit verba quae movent difficultatem. Mihi eximie placet transpositio *Locellae*, quam dudum ante eam visam ipse excogitaveram. PEERLK.

P. 33. v. 21. ἐπιβὰς ἀναγομένῳ πλοίῳ.] Dativi pendent a praepositione Attice praeposita verbo, pro ἀνήχθη ἐπὶ πλοίῳ ἀναγομένῳ. Scriptum alioqui oportebat ἀναγομένου πλοίου. Vide p. 55. v. 14. p. 62. v. 7. p. 81. v. 7. . . ABRESCH.

Pariter in *Homero* Iliad. II. 351. (laudante *H. Steph.* in Thes.) est νηυσὶν ἐπ' ὠκυπόροισιν ἔβαινον, et in *Arrian.* de Exped. Alex. lib. V. c. 13. s. 1. αὐτὸς δὲ ἐπιβὰς τριακοντόρῳ. LOCEL.

P. 33. v. 25. ἐκκαθῆραι.] Quo refer *Joseph.* A. J. lib. XV. c. 9. s. 2. lib. XX. c. 1. s. 1. et de B. J. lib. II. c. 13. s. 3. ABRESCH. Verbum esse hac in re proprium docet etiam locus *Himerii* Orat. II. c. 11. p. 386. Admonere vero simul vir doctus debuisset, ἐκκαθᾶραι, quod in edd. et Cod. Flor. legitur, non esse probam formam aor. 1. inf. sed ἐκκαθῆραι, quemadmodum edidimus. In adnotatione ejus excusum est ἐκκαθάραι. Nihil hic admonuisse *Hemsterh.* demiror. LOCEL. *Hercules* apud *Sophocl.* Trachin. v. 1071. ὅσων ἐγὼ — Γαῖαν καθαίρων ἱκόμην. *Aelian.* V. H. V. 3. ἐπεὶ δὲ καθῆρε γῆν καὶ θάλασσαν Ἡρακλῆς. *Zosim.* Hist. Nov. lib. I. p. 40. καθῆραι τῶν καταποντιστῶν τὴν θάλατταν. conf. *Wyttenb.* Bibl. Crit. P. I. Vol. III. p. 49. PEERLK.

P. 33.

P. 33. v. 27. *μηνύτειαν.*] Mendosum in edd. *μηνύτρα* sic emendavimus praeeunte *Hemsterh.* Confirmant emendationem quae v. 6—7. sequuntur, eamque in sua versione expressit *Cocchius.* LOCEL.

P. 33. v. 29. *ἔτυχεν ἐπὶ τῆς οἰκίας.*] Erunt, non dubito, qui a Nostro, cujus Graecitas haud sane est contemnenda, additum putent participium *ὄντα*, librarii negligentia omissum. Non tulit certe in *Platone* participii absentiam *J. Fr. Fisch.* ad Apol Socrat. c. XXVIII. p. 147. et pro *τυγχάνει μέγιστον ἀγαθὸν* reposuit *μέγιστον ὂν ἀγαθόν.* Nempe verissimam ait esse *Phrynichi* adnotationem pag. 130. de adjuncto ab antiquis scriptoribus participio, et a negligentioribus solum praetermisso. *Qui, autem, contra a nonnullis adferuntur loci, hi vel corrupti sunt, vel e recentiorum, neque classicorum scriptorum libris petiti, ut Libanii et aliorum.* Ac *Libanium* quidem epist. 393. sic scripsisse jam admonuerat *Thom. Mag.* v. *τὸ τυγχάνει*; verum, ut nihil dicam, de alio loco *Platonis* lib. II. de Rep. Vol. VI. p. 230. ab *Steph.* in Thes. excitato, anne etiam corruptum esse contendet *Fischerus* prolatum ibidem a *Stephano* locum *Sophocl.* in Aiace v. 9 *ἔνδον γὰρ ἀνὴρ ἄρτι τυγχάνει*, quam lectionem tuentur omnes a *Brunckio* collati Cod. MSS.? Anne etiam hunc *Eurip.* Androm. 1114. *τυγχάνει δ' ἐν ἐμπύροις*, ubi pariter nihil mutant Cod.? Et, ne poëtas solos testes adferam, an etiam hunc *Herodiani* locum lib. V. c. 8. s. 5. *ἐν κοινῇ ὑπηρεσίᾳ τυγχάνουσιν*? Igitur raram quidem esse post *τυγχάνω* alterius verbi in participio praetermissionem verum est, at ferri saltem poterit, sicubi ita scriptum in Graeco quodam auctore reperiatur. Rarissima est hypallage, quum ipsum verbum *τυγχάνω* in participio jungitur alii verbo in imperfecto, velut in *Sophocl.* Oed. Col. 1560. *ἥνπερ τυγχάνων ὑπεσχόμην* pro *ἥνπερ ἔτυχον ὑποσχόμενος.* Vide ibi *Brunck.* ad v. 1490. LOCEL. Graecitas Nostri non est contemnenda quidem, neque tamen exigenda ad aevi cultioris, ut equidem hic facile feram *ἔτυχεν* sine adjecto participio *ὄντα.* Aberat illud etiam in *Xenoph.* Cyrop. IV. 1. 22. in MSS. Guelf. ad q. l. *Zeunius* „*ἐτύγχανεν sine participio non esse potest.*" Quid igitur faciet Ejusd. Anab. III. 1. 3. *ἀνεπαύοντο δὲ ὅπου ἐτύγχανεν ἕκαστος. Eurip.* Iphig. Aul. 730. *ἡμᾶς δὲ ποῦ χρὴ τηνικαῦτα τυγχάνειν. Joseph.* A. J. I. 19. p. 51. *εἴπερ Λαβάνου παῖς τυγχάνεις*; et alibi saepissime. *Theodectes* ap. Stob. Serm. X. p. 126. *πρὸς ὃν δ' εἴρηκε, τυγχάνει πόσις. Ach. Tat.* lib. IV. p. 239. *μὴ Γοργίας τυγχάνεις.* VIII. p. 509. *εἰ μὲν τυγχάνει γυνή.* PEERLK.

P. 33. v. 34. *γυνή.*] Retinuisse me hanc edd. lectionem, quae tacitae *Cocchii* emendationi debetur, non improbabunt, spero, eruditi lectores. In Cod. Flor.

 est

est quidem συγγενὴς, quare *Salvinius* verterat *la sua parente*, quod non ferens Lucensis editor, excudi curavit *la sua moglie*, idque adeo habet Vindob. editio. Omnia, ni fallor, clamant γυνὴ esse substituendum, et praecipue quod p. 95. v. 11. legitur. Propius quidem ad scripturam Cod. accederet σύγγαμος, quo utitur *Eurip.* sed est vocabulum parum frequentatum, et poëtis proprium. LOCEL.

P. 33. v. 35. κατήεσαν.] Haec mihi ita videntur transponenda. ὡς κατῄεσαν εἰς Ἀλεξάνδρειαν, ἐγένοντο δὲ sq. PEERLK.

P. 34. v. 2. ἱκέτις γενομένη.] Concinnius procederet oratio, si legeretur ἔρχεται, καὶ ἱκ. γενομ. Aliis pariter locis excidisse καὶ ex indice disces. Ceterum, ut persaepe alibi, ita hoc loco, male distincta sunt verba in Londin. editione, quam Luc. et Vindob. sequutae sunt: editur enim ἔρχεται. Ἱκέτις γενομένη etc. LOCEL.

P. 34. v. 3. καὶ Πολύϊδ.] *Etiam Polyidus*, quemadmodum Psammis, de quo p. 72. In πολλάκις est adulatio quaedam ad conciliandam sibi deae benevolentiam: nam semel tantummodo post preces Isidi adhibitas, occiso dein Psammide, servata fuit: (pag. 79—80.) nisi et hoc deae auxilio acceptum referat, quod Isidi se esse consecratam mentita, fidem Psammidi fecerat. lib. V. p. 72. LOCEL.

P. 34. v. 5. πρόσεισι.] Sic recte legitur in Cod. Flor. Errorem Lond. edit. πρόσεισι retentum non fuisse in Luc. et Vindob., prout σκάφου p. 81. v. 7. laudem meretur. LOCEL.

P. 34. v. 7. κἂν βλέπειν μόνον.] Qui locis παραλλήλοις delectantur conferant *Aristaen.* lib. I. epist. 21. et ibi *Abresch.* in Lection. p. 131. LOCEL.

P. 34. v. 10. ὁ θεὸς τοῖς βουλομένοις μαντεύει.] Locus elegans est de puerorum vocibus, ex quibus olim omen ceperunt, maxime si in sacro loco tale quid audirent. Conf. *Aelian.* Hist. Anim. XI. 10. immo et D. *Matth.* Evang. XXI. 15. ibique *J. Elsner. Dion. Voss.* ad *Maimonid.* de Idolol. p. 149. ALBERTI.

Credulae superstitioni, atque ad omne genus fraudum, culpa sua, patenti, nulla re alia magis fuit illusum, quam oraculorum praecinendique futuri, non mirificis tantum, sed ita ridiculis saepe praestigiis, ut fidem paene superet homines non plane brutos omnisque rationis expertes potuisse decipi. Haud temere ullam gentem reperias, cui miserrimae servitutis jugum illud gravius incubuerit, quam Aegyptiis. De Apidis oraculo quae refert Noster, jure possunt cum in numerum adscribi; sed digna tamen, quae vel antiquitatis causa adtendantur, quia minus

minus obvia. Vestigium exstat in *Pausan.* lib. VII. p. 579. ubi quum explicuisset, quo ritu Pharis, urbe Achaica, Mercurii, quod in foro dedicatum erat, simulacrum consuleretur, (sic nimirum, ut quicumque deum interrogarat, is aure digitis obturata, de foro protinus excederet, tum amoto digito, quam primam forte adlapsam excepisset vocem, pro oraculi sorte duceret,) statim subjicit: τοιαύτη καὶ Αἰγυπτίοις ἑτέρα τοῦ Ἄπιδος τὸ ἱερὸν μαντεία καθέστηκεν. Eamdem omnino, quam *Xenophon* explanat, divinationem intelligit. Verum clarius aliquanto *Dio Chysost.* (quo in viro plus, quam in ullo ejus aetatis philosophorum, salis fuit Socratici) Orat. XXXII. ad Alexandr. p. 364. C. ἴστε δήπου τὰς τοῦ Ἄπιδος Φήμας ἐνθάδε ἐν Μέμφει πλησίον ὑμῶν, ὅτι παῖδες ἀπαγγέλλοντες παίζουσι τὸ δοκοῦν τῷ θεῷ, καὶ τοῦτο ἀψευδὲς πέφηνεν; ubi jam pueros videmus inter ludendum Apidis instinctu vaticinantes. . . . . Quoniam autem nemo ad *Xenophontem* propius accedit, quam *Aelian.* de Anim. lib. XI. c. 10. operae fuerit pretium verba proponere nonnulla parte adjuta. Μάντις τε ἦν ἄρα ἀγαθὸς ὁ Ἄπις, ου καθίζων μὰ Δία κόρας, ἢ πρεσβυτέρας γυναῖκας ἐπὶ τινων τριπόδων, οὐδὲ μὴν πόματος ἱεροῦ ἐμπιπλάς, ἀλλ' ὁ μέν τις εὔχεται τῷ θεῷ, ὃ δὴ αὐτοῦ καὶ μαθεῖν ἐθέλει; παῖδες δὲ ἀθύροντες ἔξω, καὶ πρὸς ἀλλήλους σκιρτῶντες, ἐπίπνοοι γενόμενοι σὺν τῷ ῥυθμῷ αὐτὰ ἕκαστα προλέγουσιν, ὡς εἶναι Σάγραν τὰ λεχθέντα. In postremis, si nihil desit, nec scripserit *Aelianus* ὡς εἶναι ἀληθεστέρα τῶν ἐπὶ Σάγρᾳ τὰ λεχθέντα, fateor inelegantius in formulam loquendi redactum esse proverbium minime castigatam. [Obiter moneo latinum *Aeliani* interpretem non modo non vertisse verba ἀλλ' ὁ μέν τις — μαθεῖν ἐθέλει, sed et male reddidisse σὺν τῷ ῥυθμῷ *inter se ad numerum saltantes.*] Pueri porro, ab Aegyptiis praecipue, vaticinandi facultate putabantur praediti, adeo ut solerent μάλιστα τοῖς τούτων ὀττεύεσθαι κληδόσι παιζόντων ἐν ἱεροῖς καὶ Φθεγγομένων ὅ τι ἂν τύχωσι. Quae futilis persuasio a qua causa, vel potius fabula, primum fluxerit, explicatum est a *Plutarcho* de Iside et Osir. p. 356. E. Ceterequin pueris propter animum simplicem et dolo vacuum in captandis fortuitarum vocum ominibus aliae gentes itidem attendebant. V. *Appul.* Apol. p. 301. Aristides (qui homo superstitiosior sit an doctior, haud facile dixerim) Sacr. Serm. lib. IV. p. 572. εὐθὺς μὲν προσιόντος ἐγίγνοντο Φῆμαι καὶ παιδίων καὶ ἄλλων ἀγαθαί. HEMSTERH. Numquam, quantum quidem meminisse valeo, activum μαντεύειν se mihi obtulit alibi. An dicemus, ideo Nostrum praetulisse, quia memor erat Atticis non deos respondentes dici μαντεύεσθαι, verum consulentes oraculum. Verum neglexit jam supra p. 11. v. 10. ut *Aelian.* de Anim. lib. XI. c. 2. οἱ μὲν μαντεύονται, οἱ δὲ ἐλπίζουσι. Quod parum accurate vertit interpres,

 alii

δὲ ἐν μέτρῳ προλέγουσι τῶν ἐσομένων. In his *ἃ μὲν — ἃ δὲ* posita esse pro *τὰ μὲν — τὰ δὲ*, quis est qui non videat? Jam vero nemo negabit optime Graece et elegantissime dici *προλέγουσι τὰ μὲν τῶν ἐσομένων* — pro *ἐσόμενα*. Et sic *Hemst.* et *Abresch.* sine dubio locum intellexerunt, qui me quidem, quum nulla nisi Londinensi editione uterer, numquam offendit. PEERLK.

P. 34. v. 13. *προσπίπτει.*] Ut *προπίπτει* [quod est in edd.] tolerari posset, *τοῦ Ἄπιδος* foret scribendum, quemadmodum p. 110. v. 9. dissoluto verbo *πίπτουσι πρὸ τῶν ποδῶν αὐτοῦ.* Sed praeterquam quod *προπίπτειν* fere sit inusitatum; [tamen hoc sensu habent *Homer.* Od. IX. 490. XII. 194. *Eurip.* Suppl. 36. *Sophocl.* Electr. 1397. ubi est *προπίτνω*, et *Joseph.* A. J. lib. II. c. 6. s. 9. in fine; alio autem sensu *Polyb. Plutarch. Diod. Sic.* et *Alexandr. Interpr*] facilius inserto *σ* succurrere datur: *προσπίπτει τῷ Ἄπιδι*; quod pro suo libenter accipiat *Xenophon.* Vide pag. 43. v. 1 et 12. p. 61. v. 6. p. 113. v. 14. p. 115. v. 12. HEMSTERH.

P. 34. v. 15. *μαντεῖαν ἀληθῆ.*] Vide ad lib. I. c. 6. Mox pro *στήσομαι*, quod habet ed. Lond. edidi *ζήσομαι* cum *Locel.* ex Cod. et ita jam emendarat *Hemsterh.* Et saepe junguntur *μένειν* et *ζῆν.* v. *Abresch.* Animadv. ad *Aeschyl.* p. 602. ut hic Noster *καὶ μενῶ καὶ ζήσομαι* jungit. Simpliciter *μένω* utitur *Sophocl.* Trachin. 179. et alibi. PEERLK.

P. 34. v. 18. *Ἀνθία — τὸν αὐτῆς.*] Minima mutatione *εἰς μέτρον ἁρμόσεις*, quo haud dubie fuit editum, modo legas, *Ἀνθία Ἀβροκόμην ταχὺ λήψεται ἄνδρα τὸν αὐτῆς.* ABRESCH. Valde probabili huic conjecturae patrocinatur non modo Cod. Flor. (ex quo edidimus *αὐτῆς* pro *ἑαυτῆς*. quod habent edd.) sed et *Aeliani* verba *σὺν τῷ ῥυθμῷ* supra descripta. LOCEL. Quin etiam articulus post *ἄνδρα* metri caussa positus esse videtur. Et saepe factum est librariorum negligentia sive studio ut versus antiquorum poëtarum orationi solutae inserti vix possint agnosci. Tales in *Antonino Liberali* sunt longe plurimi, vel etiam qui minima mutatione in metrum redigantur, reliquiae poëtarum, *Nicandri* inprimis, ex quibus sua ille hausit. Perspicere illud mihi videor, et in multis dicendi formulis et singulis etiam verbis e Dialecto Iōnica, quae v. d. male nonnumquam extrudere conantur. Neque hoc latuit *Casaubon.* ad *Athaenae.* lib. VII. c. 12. *Et multos*, inquit, *hodieque versus inde sumtos legere est apud Antoninum Liberalem et alios.* De quo ejus dicto *Muncker.* ad *Anton. Lib.* c. 38. scribens „de versibus a Liberali adductis, quod ait, miror. Alterutrum necesse est verum sit, aut alium, quam hic est, a viro magno visum librum, aut non respondisse

ei

ei memoriam," haec igitur scribens *Munckerus Casaubonum* non intellexit, neque tale quidquam in *Antonino* est odoratus. Quod legimus c. 14. Λῃλάντης Ἄλκανδρον, ἀμείνονα μάντιν ἑαυτοῦ, est hexameter. c. 34. μήτε παρὰ ζῶσι μητ' ἐν νεκροῖς φανῆναι, sunt ipsius poëtae verba, modo pro νεκροῖς legas νεκροῖσι. In *Theophrast.* Char. Eth. c. 11. veteris comici versiculum jambicum esse suspicatur *Salmas.* Sed jambicum genus tam prope accedit ad orationem solutam, ut in ea facile plurimos jambos reperias; sive, ut *Demetr. Phaler.* ait; πολλοὶ μέτρα ἰαμβικὰ λαλοῦσιν, οὐκ εἰδότες. Conf. *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 363. In *Aelian.* V. H. III. 29. latent jambici cujusdam Tragici, quos de se usurpabat Diogenes. Πλάνης, ἄοικος, πατρίδος ἐστερημένος — Πτωχὸς, δυσείμων, βίον τ' ἔχων ἐφήμερον, ut scripsisse Tragicum putem pro ἔχων τὸν ἐφήμερον. Sed et h. l jam *Valcken.* ad *Eurip.* Hippol. p. 274. observasse video, legentem βίον ἔχων Similes fere miserias conjunxit ita *Sophocl.* Trach. v. 298 sq. Ἐμοὶ γὰρ οἶκτος δεινὸς εἰσέβη, φίλαι, — ταύτας ὁρώσῃ δυσπότμους ἐπὶ ξένης — χώρας, ἀοίκους ἀπάτοράς τ' ἀλωμένας. Ubi vim sententiae valde augebis legendo χήρας, ἀοίκους sq. Ἐπὶ ξένης jam *tellurem peregrinam*, ut notum est, indicat, ut χώρας addi non oportuerit. In Latinis talia quaedam observavit *Heuman.* Poec. T. II. p. 28. sqq. Interim cavendum ne hic temere agamus, quoniam iis, qui oratione non ligata scripserunt versus saepe excidisse imprudentibus constat. Frustra aliquis in *Alciphr.* III. ep. 51. τῆς Πελοποννήσου εὐδαιμονίας ἀνέχεσθαι, et *Liban.* ep. 470. ἡμῖν τιμήσων χαίροντ' ἀπόπεμπε τὸν ἄνδρα, quaesiverit poëtae alicujus versus hexametros. Ejusmodi multi et apud Graecos et Latinos scriptores occurrunt; ac de Latinis, ne alios memorem, vide *Harles.* ad *Cicer.* de Orator. III. §. 175. PEERLK.

P. 34. v. 21. Πολυΐδου.] Ut levissimum sit, tamen adcurationis gratia non reticebo admonuisse *Albertium* de Lond. editionis errore Πολυΐδος. LOCEL.

P. 34. v. 22. κατ' αὐτῆς.] *Salvinius* hanc lectionem suspectam non habens, vertit *contra di lei*; sed *Xenophon* scripsit, opinor, καθ' αὑτὴν *secum ipsa reputabat, deliberabat*, ὅπως τιμωρήσεται, *quonam modo ulcisceretur:* cui conjecturae quin locum in textu praeberem, aegre mihi temperavi; at saltem mihi convertere sic licere ratus sum. Infra v. 14. τοῖς γάμοις et p. 96. v. 4. τῶν γάμων τῶν ἐμῶν minus recte cum *Cocchio* interpretatus sum *nuptiis* pro *matrimonio.* LOCEL.

Nusquam adhuc mihi occurrit κατὰ cum genitivo constructum, hac quidem significatione, nisi ap. *Ach. Tat.* lib. VI. p. 389. σκέψαι κατὰ σοῦ, τί ἄμεινον. Et ita intelligo quod Noster scribit lib. I c. 11. κατ' ἐμοῦ σκέψομαι, ex conjectura nostra. *Alciphr.* III. 3. ὤμοσα κατ' ἐμαυτοῦ, *mecum juravi. Wagnerum* tamen, etiam

etiam ita h. l. intelligentem, refellit *Bast.* Lett. Crit. p. 69. Quum autem constanter alii hic usurpant casum accusandi, non tamen affirmare ausim Nostrum scripsisse καθ' αὐτὴν, quem viderimus jam aliquoties a recto vulgatoque scribendi usu decessisse. PEERLK.

P. 34. v. 23. ἐπιβουλεύειν τοῖς γάμοις.] Idem mox explicat per εὐνὴν ὑβρίζειν. Ἐπιβουλεύειν γάμῳ habet etiam *Max. Tyr.* Diss. IV. Charit. p. 70. συλεύειν τοὺς γαμοὺς, *Ach. Tat.* II. 119. ut *Tibullus*, *Nulla tuum nobis subducet femina lectum.* Ita, quod apud Nostrum et alios est ἁγνὸς γάμων, per ἁγνὸς λέχους expressit *Eurip.* Hippol. 1003. Mox particulam τε, qua carent edd. ex Cod. Flor. addidit *Locella.* PEERLK.

P. 34. v. 25. τοῦτο ἐκαλ.] De hoc ἀττικισμῷ consuli potest *Hoogev.* ad *Vig.* de Idiotism. c. IV. s. 6. p. 175. exemplisque ab eo adductis addi ἑορτὴ — τοῦτο κεκλημένη apud *Joseph.* lib. XVII. c. 10. s. 2. LOCEL.

P. 34. v. 29. νεανίσκοις μεθύουσι πολλοῖς.] Scio trajectiones verborum Nostro esse perquam familiares, ut hic πολλοῖς jungendum sit cum νεανίσκοις; tamen illud me hoc loco offendit, et legendum suspicor τοῖς πολλοῖς — *quorum plerique fuerint ebrii.* *Cocchius* in versione πολλοῖς omisit, neque placuit *Palaireto*, qui substituebat καλοῖς. PEERLK.

P. 34. v. 30. ὑβρίσεις χαίρουσα.] Iisdem fere verbis *Aristaen.* I. ep. 15. . . . Formula loquendi, quamquam in speciem lenior, gravem habet magnique mali comminationem. Vide *Herodot.* lib. III. c. 29. *Sophocl.* Oed. Tyr. 371. *Aristoph.* Acharn. 562. [ubi equidem corrigendum esse censeo ἄν τι χαίρων, idque *Brunckium* non fecisse miror.] Inprimis est Comoediae frequens. V. *Aristoph.* Plut. 64. Vesp. 186. HEMSTERH. Haec formula, quae Latine converti solet, *haud impune* vel *cum magno tuo malo*, jam usus fuerat Noster p. 39. v. 4. et p. 45. v. 9. ubi v. adnot. et si plura cupis, adde *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 593. *Valcken.* et *Wessel.* ad *Herodot.* lib. III. c. 36. p. 213. quibus inspectis simul intelliges, nihil esse cur in Comoediis inprimis frequentari dicatur. Juvat porro adnectere, quae ad eamdem formulam in *Lucian.* Tragop. Vol. III. p. 660. ex Auctore vitae Homeri p. 297. protulit *J. Gavel* in Misc. Obs. Vol. X. p. 430. ἀντίφρασις τὸ ἐναντίον ἢ τὸ παρακείμενον σημαίνουσα, ὡς ἐν τούτῳ: δυδ' ἄρα τόγε ἰδὼν γήθησεν Ἀχιλλεύς; βούλεται γὰρ εἰπεῖν ὅτι ἰδὼν αὐτοὺς ἐλυπήθη. Idem fere legitur in collectione illa Scholior. a *Villoisono* e Codice Veneto edita. LOCEL. Non multum diversum est illud ap. *Virg.* X. Aen. 740. *non laetabere*, et ex eo *Ovid.* V. Met. 94. Propius etiam, ut solet, Graeca expressit *Apul.* IV. Met. p. 84.

Sed

Sed non adeo gaudens ista, quaecumque est, meos usurpabit honores. Quem locum jam cum Graeca formula comparavit *Abresch.* Lect. Arist. p. 29. Invenies etiam apud *Joseph.* A. J. p. 441. *Arrian.* Exped. Alex. V. 20. *Eurip.* Orest. 1595 Conf. *Tresling.* Adv. Crit. pag. 64. et *Arntzen.* Epist. Crit. pag. 98. PEERLK.

P. 34. v. 30. *ἀπέκειρε — κόμην.*] Ut scilicet summa eam adficeret ignominia, et turpiorem redderet. Polycrates ap. *Aelian.* V. H. IX. 4. iratus Smerdiae, *ἀπέκειρε τὸν παῖδα — ἐκεῖνον αἰσχύνων.* conf interpr. ad I. epist. ad Corinth. XI. §. 6 *εἰ δὲ αἰσχρὸν γυναικὶ τὸ κείρασθαι, ἢ ξυρᾶσθαι.* Paullo ante oblitus sum monere legi in ed. Lond. *τῆς δὲ 'Ρηναίας εὐνὴν — Locellam* vero edidisse *τὴν δὲ 'Ρην.* sq. ut etiam conjecerat *Palairetus*, sine dubio Cod. Flor. sequutum, licet ea de re non moneat. Idem mox ex eodem Cod. dedit *δεσμὰ* pro *δεσμὸν* in edd. ut legendum etiam viderat *Palairetus.* PEERLK.

P. 34. v. 32. *ἀπαγαγόντα.*] Manifeste mendosum in edd. *ἀναγαγόντα* ita corrigi jusserat *Hemsterh.* adstipulante Cod. Flor. ut testatur *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 395. tamen in meo *Cocchii* exemplari vir oppido incuriosus nihil adnotaverat. LOCEL.

P. 34. v. 52. *εἰς 'Ιταλ. ἀποδ. πορνοβ. τ. 'Ανθ.*] Hunc verborum ordinem, et simul *ἀποδόσθαι*, pro *ἀποδίδοσθαι* in edd. e Cod. Flor. restituimus. In edd. turbato ordine legitur *ἀναγαγ. ἀποδιδ. εἰς 'Ιταλ. πορνοβ. τ. 'Ανθ.* Rectum verborum ordinem restituendum esse pluribus jam ostenderat *Hemsterh.* sed Nostri locum p. 71. v. 9. comparans animum non advertit, ibi aliam plane rationem esse, dicique *εἰς 'Αλεξάνδρειαν* pro *ἐν 'Αλεξανδρείᾳ.* LOCEL. *'Αποδίδοσθαι εἰς 'Ιταλίαν*, inquit *Hemsterh* est, *vendere vel ea conditione, ut quis avectus abducatur in Italiam*, vel *mercatoribus Italiam petentibus:* quomodo fratres Josephum *ἀπέδοντο εἰς Αἴγυπτον* A. A. VII. 9. *εἰς Λιβύην καὶ τοὺς Ἕλληνας πρηθῆναι* apud *Herodot.* II. c. 54. p. 56. *περνᾶν εἰς Μίλητον* in Choliambis Hipponactis apud Schol. *Dion. Thracis.* . . . II. *Maccab.* IV. 32. *χρυσώματά τινα . . πεπρακὼς εἰς τε Τύρον* . . . Illud autem minime quadrat huic loco, quia Clytus ipse vectus in Italiam ibi vendidit Anthiam lenoni. Haec *Hemsterhusius.* Quibus adde nunc *Prodrom.* lib. VII. p. 283. *εἰς Κύπρον ἐξέδοντό με. Aelian.* V. H. VIII. 1. *ἀσκήσειν εἰς Νεμέαν. Thucyd.* VI 54. *ἐς τὰ ἱερὰ θύειν.* v. *Hemsterh.* ad *Aristoph.* Plut. p 456. *Valck.* ad *Eurip.* Phoen p 731. *Xenoph.* Hellen. I. 1. 23 *γράμματα ἑάλωσαν ἐς 'Αθήνας*, *literae interceptae delatae sunt Athenas*, ubi laudatur *Abresch.* Diluc. Thucyd. pag. 356. *Palairetus* etiam hac significatione locum, de quo agimus,

 Xeno-

Xenophontis explicaverat. Nam in Observ. Phil. p. 291. ad Act. Apost. V. II. 9. τὸν Ἰωσὴφ ἀπέδοντο εἰς Αἴγυπτον — adscribit *Xenophontis* ἀποδίδοσθαι εἰς Ἰταλίαν. — Sed rectum verborum ordinem bene jam viderat perspicacissimus *Hemsterh.* eumdemque ordinem, ni fallor, indicaverat alicubi *D'Orvill.* ad *Charitonem.* PEERLK.

P. 34. v. 33. ἡ καλή.] *Cocchius* vertit, *quae pulchra sis.* Fugit eum Atticismus, de quo videsis *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 618. LOCEL. Praeterea articulus in istis additur ad contemtum indicandum. *Aristaen.* I. ep. 27. οὐ γὰρ ἐμὲ γελᾷς, ἡ καλή, ἀλλὰ τὸν Ἔρωτα παίζεις. *Eurip.* Orest. 86. σὺ δ' ἡ μακαρία . . . ex emendatione *Dawesii* pro εἰ, quam laudat *Valcken* ad *Eurip* Phoen. p. 552. et hunc articuli usum pluribus illustrat. Adde *Lennep.* ad *Phalar.* ep. 96. Etiam vox καλὸς saepe a Graecis usurpatur Ironice. Ut lib. II. cap. 12. apud Nostrum ὁ καλὸς Μοῖρις. *Xenoph.* II. Hellen. 3. s. 56. Κριτίᾳ τοῦτ' ἔστω τῷ καλῷ, quod *Cicero* Tusc. Quaest. I. 40. reddit *pulchro Critiae.* Ac *Sophocl.* Electr. 343. forte cum *Jo. Ruardio* restituenda vox est, ubi legimus ἅπαντα γάρ σοι καλὰ νουθετήματα, pro τἀμὰ, ibidem mox v. 393. eadem notione καλὸς γὰρ οὑμὸς βίοτος, ὥστε θαυμάσαι. PEERLK.

P. 35. v. 4. ἅμα.] Vehementer vereor ut ἅμα locum tueri possit, quippe nullam in partem sententiam adjuvans. An ὠμῶς? Crudele erat virginem castissimam, atque impurum vitae genus morte peius exosam, prostituere: interficere longe mitius et beneficii loco ponendum. Sic ὠμῶς ἀποκτείνειν, ἀναιρεῖν, μεταχειρίσασθαι saepe frequentantur. Non ausim ὠμὰ, quamvis *Heliodor.* lib. IV. p. 199. καθ' ὃν εἴωθε καιρὸν ἀωρὶ καὶ ὠμὰ κατ' ἐμοῦ κωμάζειν. An δέομαι literis evanescentibus improbam lectionem peperit? Mox v. 5—6. ταῦτα ἐδεῖτο. HEMSTERH. Perpendas an ἅμα pro *simul*, *ad cetera*, quae nimirum commemoravit p. 96. v. 15. retineri possit. ABRESCH. Mihi quoque ἅμα non videtur mendosum, sed ita intelligendum, ut Clytus rogetur, ne ipse *simul* cum Rhenaea crudeliter agere, neve ultionis illius adjutor esse velit, eatenus videlicet, ut suo ministerio Anthia in lupanar detrudatur. LOCEL. Si ἅμα hic explicari posset, equidem ita intelligerem ut proposuit *Abreschius.* Sed vocem aut corruptam puto, proque ea legendum ἄρα, quod et *Palaireto* placuisse postea vidi, et optime huic loco convenit, aut sedem suam ἅμα non tenere arbitror et ponendum post προσπεσοῦσα. Optimo certe ordine profluunt προσπεσοῦσα ἅμα ἔλεγε, pro quo usitatius dicitur ἅμα λέγουσα προσέπεσε, ut v. c. *Heliod.* V. 210. καὶ ἅμα λέγουσα τοῖς γόνασι προσέπιπτε. *Xenoph.* Cyrop. V. 4. s. 31. καὶ ἅμα λέγων

ταῦτα

ταῦτα κατεδάκρυσε. Usitatum tamen et alterum hoc est quod Nostro restituendum suspicamur. *Heliod.* IV. pag. 164. καί μου τοῖς γόνασιν ἅμα προσπεσόντες ἐπὶ πλεῖστον εἴχοντο. *Xenoph.* Cyrop. VIII. 3. 1. διαδιδοὺς τε ἅμα τάδε ἔλεγεν. PEERLK.

P. 35. v. 9. ἀποδ. αὐτ. πορνοβ.] Gallicus interpres: *il vendit Anthia à un certain Lénon.* Similiter et in sequentibus, quoties *lenonis* nomen occurrit, perridicule sic convertit, ut Graece non fuisse doctum, atque adeo verbosissimam illam suam translationem ad *Salvinii* et *Cocchii* versiones conglutinasse, ultro credam, quin imo persuasum habeo; at enim Linguae Latinae quoque adeo fuisse rudem, ut *leno* esse nomen proprium, in hac praesertim narratione, putaverit, neutiquam credi potest. Quare, rem adtentius consideranti dubium esse nequit, quin, nimio quodam pudore retentus, verbo *maquereau* uti noluerit. Multo melius, qui *Jourdanum* praecessit, alter quidem ἀνώνυμος Gallicus interpres in versione sua (Parisiis 1736.) sic habet p. 184. *Cliton, suivant les ordres qu'il avoit reçus de sa maitresse, la vendit à un M***.* LOCEL.

P 35. v. 9. μέγα κέρδ. ἕξειν — ἐνόμ.] Placuit, opinor, sibi Noster in hac φράσει, quam habuimus jam pag. 32. v. 4. et pag. 67. v. 1. Mox τισὶν edidi e Cod. Flor. pro τρισὶν in edd. LOCEL. Ita et saepe alii de commodo quod non exspectaveris. Dedit nonnulla *Wolf.* ad *Liban.* ep. 97. Eleganter pro κέρδος hac significatione ἕρμαιον etiam usurpatur, ut *Platon.* Theag. pag. 10. ὡς ἐγὼ οὐκ ἔστ' ὅτι τούτου μεῖζον ἂν ἕρμαιον ἡγησαίμην. conf. *Rhunk.* ad *Tim.* in voc. PEERLK.

P. 35. v. 10. ἀνελάμβανεν.] Ita reposui e Cod. Flor. atque sic emendari oportere jam docuerat *Hemsterh.* in adnot. ad p. 75. v. 7. pro ἐλάμβανεν in edd. Quae porro ad h. l. adscripsit *Abreschius*, ut *Hemsterhusii* conjecturam confirmaret, jam nullius sunt usus. LOCEL. Delectantur inprimis Erotici hoc verbo. v. *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 234. et *Abresch.* ad h. l. in Observ. Misc. Nov. T. VI. p. 501—502. PEERLK.

P. 35. v. 14. Ταυρομένιον.] Sic scribi debet, testibus non modo Geographis et optimis aliorum scriptorum Cod. MSS., sed et numis, in quibus constanter est TATPOMENIT. In edd. male Ταυρομένειον hic et p. 104. v. 13. Ταυρομενείῳ, ubi etiam emendavimus. Similiter olim in *Phalar.* Ep. XXXVIII. XCVIII. XCIX. et C. vitiose editum corrigi oportuerat in novissima editione. LOCEL. Emendes etiam Ταυρομένειον in *Philostr.* V. A. T. p. 358. Talis autem scripturae

 varie-

varietas in plurimis vocibus est observata. v. c. *Xenoph.* VI. Hellen. v. Τύθιον — alii Τύθειον. conf. *Maasv.* ad *Polyaen.* Strat. p. 172. PEERLK.

P. 35. v. 14. καιρὸν.] Eam in opinionem facile quis veniat revocandum esse κλῆρον, *fundum*, *agrum*, de qua potestate, praeter *Graev.* ad *Hesiodi* Opp. et D. 341. multi docuerunt . . . Attamen temere nihil mutatum velim, quia καιρὸς, usu quidem rariore, sed eleganti, significabit *opportunitatem tuendae vitae commodam*; quam quum initio reperire non posset, (nam pag. 103. v. 13. τὰ μὲν πρῶτα διῆγε πονήρως ἀποϱίᾳ τῶν ἐπιτηδείων) *misere*, ut cum *Justino* dicam, *vitam exhibebat*, tandem felix nuptiis Hippothous, nuptae morte felicior, accidit in vetulam. . . . HEMSTERH. Satis perspicuum est, si quid video, καιρὸν h. l. nihil plus valere quam *opportunitatem*, *opportunam occasionem vitae in primis tuendae*, cujus significationis exempla suppetunt ὅσα ψάμαθός τε κόνις τε. . . . . LOCEL. Forte hinc explicandus *Alciphr.* I. ep. 24. μὴ δὴ περιΐδῃς ἀγαθοὺς γείτονας εἰς στενὸν τοῦ καιροῦ φθειρομένους, *in angustias redactos*, *quod ad rationem vitae sustentandae pertinet.* Τοῦ καιροῦ non satis videt *Berglerus* quid hic sibi velit. Ita fere occurrit in exemplo quod ex *Plutarch.* T. II. p. 178. h. l. adfert *Hemsterh.* ubi Philippus loco commodo castra metaturus quum audiret deficere gramina, Οἷος, inquit, ἡμῶν ὁ βίος ἐστὶν, εἰ καὶ πρὸς τὸν τῶν ὄνων καιρὸν ὀφείλομεν ζῆν. Interea *Steph. Bernard.* in h. l. *Alciphr.* etiam conjecerat κλήρου pro καιροῦ. PEERLK.

P. 35. v. 15. ἕως.] *Hemsterhusio* reponere jubenti ὡς non obtemperavi, et haud scio, an recte fecerim. Inusitatum est, inquies, quod vulgatur, audio; sed anne propterea illico expungendum? Adde quod ἕως pro ὡς adhibitum fuisse a *Thucydide* lib. V. c. 82. voluit *Abresch.* et *Gottleb.* contradicente quidem *Bauero*, sed num recte? LOCEL.

P. 35. v. 17. ἐκ Σικελίας.] Retinendam esse judicavi hanc edd. lectionem, quae procul dubio tacitae *Cocchii* emendationi debetur, quamque veram esse adtentus lector non dubitabit, recordabitur enim e pag. 86, v. 3—4. in Sicilia, et quidem Syracusis, nunc adhuc esse Habrocomen, legetque deinde pag. 101. v. 10. ἀπὸ τῆς Σικελίας ἐπαναχθεὶς. In Cod. Flor. vitiose exstat εἰς Σικελίαν. LOCEL.

P. 35. v. 17. ἀνελθεῖν.] *Hemsterhusius* quidem legi vult ἀπελθεῖν, sed justam caussam, cur vulgatam repudiem, non reperio: sive enim ἀνελθεῖν, prout ἀναβαίνειν, trita significatione capias pro *ex inferiore loco in superiorem se conferre*, i. e. *adscendere* velut p. 118. v. 5. (et sic e. c. ἀνῆλθον εἰς Ἱεροσόλυμα in *Paulli* epist.

epist. ad Galat. I. 17, 18. et ἀνελθόντα ἐις Ἴλιον ap. *Arrian.* de Exp. Alex. lib. I. c. 11. s. 12.) non incommode sic dici poterit, qui e Sicilia in Italiam terra vel mari proficiscitur; (quemadmodum *Joseph.* in Vita sua c. 3. de itinere ex Judaea Romam, dixit ἐις Ῥώμην ἀναβῆναι. Ad haec satis notae sunt Ἀναβάσεις Cyri et Alexandri,) sive etiam rariore potestate pro *reverti* adhibitum velis, (tamen plerumque ex inferiore loco in superiorem, quomodo est aliquoties apud *Lucian*) defendere id possis eo, quod Habrocomes Italiam petens (p. 81. v. 7.) sed vento prohibitus, eamque praetervectus, in Siciliam delatus fuit, (p. 86. v. 2—4.) atque adeo nunc diceretur, rursum Italiam petere, sive eo redire voluisse; sive denique ἀνελθεῖν simpliciter pro *proficisci* usurpatum esse malis, praesto sunt aliorum scriptorum exempla, velut e. g. apud *Arrian.* de Exped. Alex. lib. VI. c. 29. s. 8. et Hist. Indic. c. XXX. s. 4. Ut, quantum licet, verbis Graecis adstricta esset nostra latina interpretatio, verbo *adscendere* usi sumus. LOCEL.

P. 35. v. 18. πλεῦσαι.] Sic est in Cod. Flor. at in edd. male πλεύσαντα, de cujus lectionis integritate merito dubitavit *Abreschius*; sed in hoc certe errat, quod simul verborum ordinem immutari debere judicans, πλοῦν δυστυχῆ jungit cum ἐις Ἰταλίαν, quum tamen connectendum sit cum ἐις Ἔφεσον, ut videlicet infelix dicatur Habrocomis reditus in patriam sine Anthia sua. Conf. p. 108. v. 6—8. ἐις Ἔφεσον ἥξομαι μόνος — χωρὶς Ἀνθίας, καὶ πλεύσομαι πλοῦν ὁ δυστυχὴς κενόν. LOCEL. *Palairetus* quoque emendaverat πλεῦσαι, et *Higtius* πλεῦσαι τὸν πλοῦν. De ista autem formula, male ad Atticismum vulgo relata, egregia monet *Weiske* de Pleonasm. Graecis p. 22. PEERLK.

P. 35. v. 20. ζυνηθέντε.] Cur mutaverit Lucensis editor probam hanc Lond. edit. lectionem in ζυνηθέντες, probabiliter mihi conjicere videor, ignoravit enim dualem esse; cur vero hunc sequutus sit Vindob. editor, certo scio, vix enim illi unquam Lond. edit. oculis usurpare contigit, nedum ut de ea conferenda cogitaverit. LOCEL.

P. 35. v. 21. ἑαυτοὺς ἐξήγαγον τοῦ βίου.] Cap. XV. idem de parentibus Anthiae et Habrocomis his verbis narrat: ἔτυχον γὰρ ὑπὸ γήρως καὶ ἀθυμίας προτεθνηκότες. Ut adeo hic illem intelligendi sint mortem sibi properasse nimis dolori indulgentes. Solet alioquin ἐξάγειν ἑαυτὸν τοῦ βίου de eo adhiberi qui vitam sibi vi adimit, vel veneno aut inedia. *Diog. Laërt.* Vit. Anax. p. 97. ουκ ἐνεγκὼν δὲ τὴν ὕβριν, ἑαυτὸν ἐξήγαγεν. sc. τοῦ βίου. Alia, huc non transcribenda, ea de formula dedit *Abresch.* PEERLK.

P. 35. v. 23. *αὐτοῖς.*] Monet *Abreschius* vertisse *Cocchium*, tamquam si excusum esset *αὐτοί*; sed retinendum esse *αὐτοῖς* recte censet, velut p. 57. v. 11—12. *πατέρες ἐμοὶ*, et p. 114. v. 2. *δικέτάι σοι*: adde, quod *αὐτοῖς τῶν δεσποτῶν σεσωσμένων* dicitur, ut paullo supra *τεθνηκότος αὐτοῖς — τοῦ δεσπότου*, quamvis infra p. 99. v. 4. Noster scripserit *τεθνήκατι δὲ αὐτῶν οἱ πατέρες*; at enim *Abreschio* in eo non adsentior, quod mox v. 15. legi vult *ἱκανῶς δὲ*, vel *αὐτοὶ δὲ ἱκανῶς*, nam jungenda sunt, ni fallor, *ὡς — ἱκανῶς*, et *ἤδη μὲν — σεσωσμένων* orationi interjicitur. LOCEL.

P. 35. v. 25. *ἐνθέμενοι δὲ.*] *Abreschius* ad h. l. scripsit: *δὲ* valet *δή*. Equidem sic potius esse legendum contenderem. Non ignoro, quae de usu Attico particulae *δὲ* pro *δὴ* tradita sunt ab *H. Steph.* de Dial. et ab aliis philologis Graecis; atque ad praesentem locum inprimis pertinent notae *Zeunii* ad *Xenoph.* de Re Equ. c. IX. s. 4. et ad Cyrop. lib. I. c. 6. s. 32. et 38. ubi *δὲ* exquisite ait dici pro *οὖν*; verum fateor, me hac de re adhuc valde dubitare, animadverti enim in ipsis illis locis, qui ad stabiliendam illam sententiam adferuntur, plerumque alios Cod. MSS. habere *γὰρ*, *οὖν*, vel *δὴ* pro exquisito illo *δέ*. Conf. *D'Orv.* ad *Charit.* p. 480. et Nostras adn. ad p. 124. LOCEL.

P. 35. v. 28. *γενέσθαι.*] In edd. Lond. erat *γενόμενοι*, quod illustrat paucis *Abreschius*, frequentius pro eo poni aiens *διαγενέσθαι morari.* Sed formam participii hic non esse ferendam non adtendit vir doctus. Postea in Animadv. ad *Aeschyl.* p. 137. putat *δὲ* redundare, quam vocem si suppresseris, inquit, sensus erit expeditus hoc ordine: *διέγνωσαν εἰς Ἔφεσον μὴ κατελθεῖν μέχρις ἂν γενόμενοι ἐκεῖ* sq. *Hemsterh.* suspicabatur vel excidisse *μένειν* post *γενόμενοι*, vel *ἐκεῖ μὲν μένειν*, vel *περιμένειν* vel *ἐπιμένειν* quae in corrupto participio *γενόμενοι* latere putabat. Sed res expedita est lectione Cod. Flor. quae habet *γενέσθαι*, ut cum *Locella* edidimus. PEERLK.

P. 35. v. 31. *οἰκήματος προεστάναι.*] Supra dixerat p. 97. v. 1. *ἐπὶ οἰκήματος στήσομαι*; mox v. 9. *προστησομένην στέγους.* Primum *στέγος*, sive *τέγος*, et *οἴκημα* pro cella meretricia praecipue poni satis ostenderunt *Is. Casaub.* ad *Suetonii* Calig. c. 57. et *Des. Herald.* ad *Martial.* lib. XI. epist. 61. in quibus tamen, si hoc ageretur, emendari quaedam poterant. Deinde Noster structura dupl ci, *στῆναι* vel *προστῆναι ἐπὶ οἰκήματος*, et, omissa praepositione, *προστῆναι στέγους*, *οἰκήματος.* Hoc rarius, illud longe frequentissimum; re quidem ipsa consonant, sed ex indole linguae quoddam habent significandi discrimen. Prius fuerit, *in cella* vel *pergula prostare*, alterum *suam suique nominis titulo inscriptam cellam occupare*,

pare, ubi, in communi quidem loco, sed propria tamen cella, cui sola praesit, corporis copiam faciat. *Dio Chrysost.* p. 126. A. *αἰχμάλωτα σώματα γυναικῶν ἢ παίδων, ἢ ἄλλως ἀργυρώνητα ἐπ' αἰσχύνῃ προϊστάντας ἐπ' οἰκημάτων ῥυπαρῶν*: pag. 127. D. *φανερὰ ταῦτα καὶ ἄκλειστα οἰκήματα* vocat. HEMSTERH. Huc refer *στῆσαι ἐπὶ τῶν τέγων* apud *Joseph.* A. J. lib. XIX. c. 9. s. 2. *Herodot.* lib. II. c. 121. p. 126. *κατίσαι ἐπ' οἰκήματος*. ABRESCH. Consulere non poenitebit *Valcken.* ad *Ammon.* p. 176—179. Edidimus autem ad fidem Cod. Flor. *προεστάναι*, de qua forma vide *Fisch.* ad *Well.* Grammat. p. 226. In edd. vitiose *προεστάναι*. De reliquo in ambobus Nostri locis *προϊστάναι οἰκήματος* et *τέγους*, sine praepositione, tamen peculiare quiddam, opinor, non indicat, sed simpliciter valet *ante cellam stare*, vel, quemadmodum verti, *in pergula prostare*, quo nempe nunc Anthia a lenone ducitur, indeque paullo post domum reducetur. Ut nihil dicam de diobolaribus illis ejusque generis vulgaribus Graecorum scortis, qualia sunt, quae apud Romanos *prostibula*, *prosedae*, *alicariae* etc. vocabantur, quae in fornicibus, in lupanaribus, ante stabula et popinas stabant aut sedebant; dubitari nequit, quin a lenonibus emtae non vulgaris classis meretrices, peraeque ante cellam, vel in pergula collocari consueverint, ubi videlicet conspicatae ganeones adlicerent, idque vel ex solo verbo *προϊστάναι* satis adparet. Quod ad Romanos adtinet, (nam in his eumdem fere morem apud utramque gentem fuisse nemo inficias ibit) praeter verbum *prostare*, docet id, ne alios commemorem, locus *Ovidii* Amor. I. 10. 22. et quae ibi sequuntur. In publico quodam loco *prostitisse* Anthiam, pulchra licet veste multoque auro exornatam, manifestum est ex iis, quae statim p. 100. v. 1. et sqq narrabuntur. At enim vero an Graeca verba, propter omissum *ἐπὶ*, sic intelligi debeant, ut Anthia *propriam cellam* suo nomine inscriptam *occupaverit*; hoc nimirum est, de quo multum ambigo: atque iterum vereor, ne subtiliter magis quam vere sit expositum discrimen illud ab *Hemsterh.* prolatum, prout ad p. 29. v. 4. de *ἀφορᾶν* et *ἐφορᾶν* animadvertimus. Adde quod, etiamsi in hisce idem fuerit fere Graecorum et Romanorum mos, tamen illud de titulo cellae apud Graecos, nullo testimonio vir doctissimus probare potuisset. LOCEL.

P. 35. v. 32. *τέγους.*] Ita legitur in Cod. Flor. pro *στέγους* in edd. LOCEL.

P. 35. v. 32. *εἶπεν.*] Si *Zeunium* ad *Xenoph.* Cyrop. lib. V. c. 4. s. 33. et ad Mem. Socr. lib. I. c. 5. s. 4. audis, rectius fuisse putabis, si Noster scripsisset *ἔφη*: vult enim ille *εἶπεν* indicare alicuius orationem recitatum iri, sed

ἔφη orationem esse rectam, non obliquam, definire. Ut hoc verum sit in Atheniensi *Xenophonte*, et aliis fortasse antiquis Graecis scriptoribus, quos propterea evolvere non est profecto pretium operae; tamen certe non fuit observatum a recentioribus, atque, ut his solis utar, ab eroticis scriptoribus. Noster nimirum aliorum verba adferens in oratione recta promiscue utitur verbis ἔφη, φησὶ, ἔφησε, ἔλεγε, λέγων, λέγουσα et εἶπε sic habet, praeter locum praesentem, p. 7. v. 8. . . . LOCEL.

P. 35. v. 33. εὐχ' ἱκανὰ — συμφοραὶ.] Parilia expostulat Chariclea apud *Heliod.* lib. I. p. 13. ABRESCH. Ab his inde verbis usque ad ἀκαίρως παραμένεις parum grate repetuntur fere, quae Anthia paullo ante p. 96. v. 14—15. et p. 97. v. 1—2. dixerat. In vocabulo πρότερον notent tirones adverbium pro adiectivo, et consulant *Zeun.* ad *Viger.* de Idiot. p. 366. LOCEL.

P. 36. v. 3. εἴ γε.] Est e Cod. Flor. pro εἰ δὲ in edd. LOCEL.

P. 36. v. 3. ἀργύρ. καταπ. τ. ἐπιθυμ.] Sic alter *Xenophon*, hoc Nostro longe nobilior, Cyrop. lib. III. p. 41. v. 21. μηδὲν αὐτῶν καταθείς. Simile ex *Demosth.* in Neaer. Orat. protulit *Bud.* Comm. Ling. Gr. p. 712. HEMSTERH. Adde *Loesner.* Observ. ad N. T. ex Phil. Alex. pag. 48. et quos laudat *Zeunius* ad *Xenoph.* Cyrop. lib. III. c. 1. s. 35. LOCEL.

P. 36. v. 5. ἐκ θεῶν καλ. νόσον.] Dicitur *morbus comitialis* sive *sacer*, alias ἡρακλεῖα vel ἱερὰ, quod pro μεγάλη. *Justin.* lib. XII. c. 2. *valetudinem majorem* dixit. ALBERTI. *Morbum majorem* vocavit *Celsus* lib. III. c. 23. *Apulejus* vero in Apol. pag. 295. *divinum* etiam dictum fuisse ait, et caussam addit. LOCEL. *Reiff.* ad *Artemid.* Oneir. lib. II. c. 12. p. 337. nimia diligentia omnes fere doctos recenset, qui vel levissime de hoc morbo egerunt, in quibus etiam *Locellam* ad h. l. PEERLK.

P. 36. v. 8. ἦγεν.] Refingendum est ἦγεν [pro ἧκεν in edd.] nimirum ἀπὸ τοῦ δικήματος vel τοῦ στέγους, ubi prostituta fuerat. Vide p. 110. v. 12, 13. p. 115. v. 13. Haec vocabula librariorum culpa commutari solemne est . . . . HEMSTERH.

P. 36. v. 9. αὐτῆς.] Ita scriptum est in Cod. Flor. at in edd. αὐτῆς. Conf. adnot. p. 258. . . . LOCEL.

P. 36. v. 12. ἀποπλαγχθεῖσα.] Aptius hoc *Locellae* visum est quam ἀποπλανηθεῖσα, quod legitur in edd. Edidit ita de conjectura sua, quia *Cocchius* exemplari suo adscripserat *literas νη antiqua manu in Cod. esse expunctas.* PEERLK.

P. 36.

P. 36. v. 14. *τις ἀναθορὼν ἐκ τοῦ τάφου.*] Licet eumdem mox *ἄνθρωπον* vocet Anthia, intelligendus tamen ex opinione istorum temporum Daemon aliquis sive malus Genius, quales loca sola incolere ac circa sepulcra morari credebantur. Ex multis quae de Daemonibus scribit *Mich. Psellus*, haec locum nostrum illustrant p. 46. *τὸ δὲ ὑποχθόνιον — καὶ τὸ μισοφαὲς, ἐντὸς — προσχωροῦντα τῶν σπλάγχνων, καὶ οὓς ἂν εὕροι κατασχόντα, κατάγχοντα, καὶ ἐπιλήπτους καὶ ἔκφρονας ἐργαζόμενα.* Ejusmodi *μισοφαὲς* et hoc daemonium fuisse videtur. Nam et mox luce veniente discessisse narratur. Si quis hominem hic non daemonem intelligendum censeat, ille tamen talem hominem intelligat, qui comitiali sive sacro illo morbo laborabat. Nam et hi circa sepulcra vagari solebant. *Marc.* V. 2. 3. *Καὶ ἐξελθόντι αὐτῷ ἐκ τοῦ πλοίου, εὐθέως ἀπήντησεν αὐτῷ ἐκ τῶν μνημείων ἄνθρωπος ἐν πνεύματι ἀκαθάρτῳ, ὃς τὴν κατοίκησιν εἶχεν ἐν τοῖς μνημείοις.* ad q. l. consuli possunt interpretes. Praeterea heroes credebantur corpus alicujus tangere *πλῆξαι*, ut hujus membra quaedam caperentur apoplexia. Conf. interpr. ad *Aristoph.* Av. 1493. PEERLK.

P. 36. v. 15. *πολλῷ χαλεπωτέραν.*] Lege *πολὺ* vel *πολλῷ* [pro *πολλὴν* in edd.] vocem habebat, quae vultu terribili multo adhuc erat formidolosior. Orationis forma non dissimilis p. 73. v. 3. HEMSTERH. Posteriorem emendationem quin reciperem non haesitavi. Deinde v. 4. *ἐγίνετο* edidi e Cod. Flor. pro *ἐγίνετο* in edd. LOCEL.

P. 36. v. 17. *ἄλλοτε ἄλλως.*] *Theognidi* v. 159. e Cod. Stobaei restituit hanc formulam *Brunck.* in Poët. Gnom. Habet etiam e *Theognide Basil.* Orat. de leg. Graec. Scr. c. X. Idem valet quod *ἄλλοτε ἄλλῃ* saepe apud *Arrian.* de Exp. Alex. LOCEL. *Palairet.* laudat *Julian.* Misopog. p. 337. *μοχθεῖν ἄλλοτε ἄλλως ἀναγκάζομαι. Liban.* Op. T. I. p. 279. Adde *Erinnam.* ap. *Stob.* p. 87. *μεταπλάσσων βίον ἄλλοτ' ἄλλως. Zeun.* ad *Viger.* p. 76. laudat *Platon.* Phaedr. c. 25. PEERLK.

P. 36. v. 17. *κατέχομαι.*] In edd. post *συμφορᾶς* deficere aliquid asteriscis positis indicatur, quare *Hemsterh.* suppleri volebat *ἐνοχλοῦμαι*, aut aliud simile verbum. Quale in animo habuerint *Salvinius* et *Cocchius*, ex eorum versionibus divinare non licet. Quod vero nunc e Cod. Flor. supplevimus, a Rev. *Luchio* nobis fuit subministratum. In margine exemplaris *Cocchii*, calami fortasse errore, scriptum est *κατέρχομαι.* Supra p. 9—10. habuimus *μείζονι τῇ συμφορᾷ κατείχοντο.* De morbo hoc verbum usurpavit etiam *Joann.* Evang. V. 4. LOCEL.
Palairetus locum ita emendabat, *ἐκεῖθεν ἠρξάμην ἄλλοτε ἄλλως ὑπὸ τῆς συμφορᾶς κεῖσθαι ἀχανὴς*, ut Noster lib. II. c. 4. *ὑπὸ συμφορᾶς ἔκειτο ἀχανής.* Ego, du-

dum antea quam de Cod. lectione quidquam scirem, supplendum videram κατέχομαι. PEERLK.

P. 36. v. 20. ὡς.] Negligentia *Cocchii* deëst in edd. haec particula quam Cod. Flor. restitui: habuisse vero eam in suo apographo *Salvinium*, ex ejus versione liquet. LOCEL.

P. 36. v. 22. ἐπαναχθεὶς κατῆρε.] Utrumque ex emendatione certa *Hemsterh.* pro ὑπαναχθεὶς κατῆρει in edd. Verbo ἐπανάγεσθαι hac potestate usus est Noster pag. 63. v. 8. p. 92. v. 10. p. 117. v. 13. Sed et p. 104. v. 8. prout h. l. legitur ἐπαναχθεὶς κατῆρεν. Verbum καταίρειν occurrit p. 111. v. 6. et p. 117—118. LOCEL.

P. 36. v. 22. Νευκέριον.] Insolentiorem formam retinet etiam p. 107. v. 6. Non memini me aliud usquam reperisse genus, quam femininum. *Priscian.* pag. 595. *Nuceria*, *Nucerini* . . . . *Xenophon* vero Nuceriam intelligit Alfaternam, sive Campaniae. HEMSTERH. Apud *Strab. Diod. Sic.* et *Appian. Alex.* invenitur Νευκερία, atque etiam apud *Stephan.* de Urb. in Νευκερῖνοι, qui tamen statim scribit Νουκρία πόλις Τυρρηνίας; unde gentile Νευκρῖνος, quod habent numi apud Celeb. *Eckhel.* Doctr. Num. Vet. Vol. I. p. 114. In Graecis scriptoribus non reperitur, credo, nisi Νευκερῖνος, e. c. apud *Dion. Cass.* et *Polyb.* ab *Steph.* de Urb. laudatum. In *Goltzii* Thesauro p. 223. et in Ejusdum Magna Graecia Tab. XXI. adferuntur quidem etiam numi inscripti NOTKEPINΩN, sed fidem soli *Goltzio* non habent νομισματολόγοι. Latine semper vocantur *Nucerini*, ut et oppidum *Nuceria*, apud *Livium*, *Plinium*, *Silium Italicum*, etc. Ceterum a Nostro, parum in Geographia versato, minus recte proferri urbium nomina non est novum. Pag. 52. v. 2. habuimus Μάζακον, et p. 76. v. 5—6. Μένδην. LOCEL.

P. 36. v. 26. τὸ σῶμα οὐδὲ αὑτὸν ὑποβ.] Per ἓν διὰ δυοῖν dictum accipe pro ἑαυτοῦ τὸ σῶμα. Et sic ὑποβάλλειν κινδύνοις est in *Heliod.* lib. II. pag. 65. ABRESCH. Necesse non esse, ut ad ἓν διὰ δυοῖν confugiamus, interpretatione nostra ostendimus. Praeterea notanda est consequutio particularum οὐ — οὐδέ. Sic p. 2. v. 13. οὐ τις ἐρασθείη, οὐδὲ ὑποταγείη. Consimili modo p. 38. v. 2. habuimus οὐκ ἂν — οὔτε ἄν. LOCEL. Vertit nempe *Locella*, *qui nec corpus nec se ipsum subjicere — adsuefecisset.* Ego, si in Cod. aliquo legeretur οὐ γὰρ συνείθιστο τὸ σῶμα, οὐδὲ αὑτὸν ὑποβάλλειν — — ἠδύνατο, libens talem lectionem amplecterer. Idem narrat *Charit.* de Chaerea suo lib. IV. pag. 65. qui ἐν

Καρίᾳ

Καρία δεδεμένος εἰργάζετο. σκάπτων δὲ, τὸ σῶμα ταχέως ἐξετρυχώθη. πολλὰ γὰρ αὐτὸν ἐβάρει, κόπος sq. PEERLK.

P. 36. v. 26. εὐτόνοις.] Ita recte legi in edd. at in Cod. male ἀτόνοις, et *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 46. vulgatam praeferre, notat *Locella.* Mox τέχνης πονήρας *artis gravis, molestae* explicat *Palair.* ut *Aristoph.* Plut. 352. τουτὶ πονηρὸν φαίνεται τὸ φορτίον. *Hesych.* πονηρὸν, ἐπίπονον. PEERLK.

P. 36. v. 29. εὑρήσειν σε.] Ex emendatione *Hemsterh.* edidit *Locella* pro τε in edd. quod typothetae Londin. edit deberi suspicatur, nam *Salvinium* et *Cocchium* pronomen in suis versionibus expressisse. *P. Horreus* Observ. Critic. p. 457. rectius σε intelligi censet, ut τε . . . . καὶ sibi invicem respondeant. PEERLK.

P. 36. v. 30. παραμυθοῖτο.] Ita censebam scribi oportere pro παραμυθεῖτο in edd. Deinceps v. 9. που valet *fortasse.* Vide *Hoogev.* Doctr. Part. Gr. c. XLVI. s. 6. p. 712. Bene vertentem *Salvinium* noluit sequi *Cocchius*, qui transtulit *tuque uspiam interiisti.* LOCEL.

P. 36. v. 31. ἀνόνητα.] *Charit.* III. p. 57. ἀνόνητα μοι πάντα γέγονε. Neque opus est ut cum *Palairet.* hic legemus ἀνήνυτα. PEERLK.

P. 36. v. 32. ὄντι ἀποθανοῦσα.] Vocem ὄντι in ed. *Locella* omissum reperi, quam, si in Cod. deësset, addendam censerem. Habet autem *Cocchius.* Pro ea *Palair.* malebat οὐδέ. Similes locos, etiam hunc *Xenophontis*, laudat *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 498. Habet etiam ex communi fonte Homero *Phalar.* epist. pag. 114. τῆς δυσμενείας — οὐ μόνον ζῶν, ἀλλ' οὐδ' ἂν ἀποθανὼν — ἐπιλαθοίμην. PEERLK.

P. 36. v. 33. ἐν Τάραντι κοιμωμένη.] Haec jungenda jam monuerat *Abresch.* Et sic locum laudat *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 460. Eamdem Cod. esse distinctionem testatur *Locella.* Male ed. Lond. quam Luc. et Vindob. sunt sequutae, ἐν Τάραντι. κοιμωμένη sq. Mox reposuit *Locella* δὴ pro δέ. PEERLK.

P. 36. v. 34. καλὴν — καλοῦ.] Vertiius; *formosa cum formoso*, quod hic certe sensum efficit parum aptum. Tu redde *felicem cum felice*, aut si malis, *amantem cum amante*, quod fere eodem redit; quia primo amorum tempore nemo fere amat quin se felicem fingat. Itaque et Anthia somniabat πρῶτον εἶναι τοῦ ἔρωτος χρόνον. Ita etiam explicandus *Philostr.* Vit. A. T. IV. c. 25. ubi mulier ad amicum — ᾠδή τε ὑπάρξει ἐμοῦ ᾀδούσης, καὶ οἶνος οἷον οὔπω ἔπιες. καὶ οὐδὲ ἀντεραστὴς ἐνοχλήσει σε, βιώσομαι δὲ καλὴ ξὺν καλῷ, *vivam tecum ut amans cum amante*, qui nobis invicem solis pulchri et beati videmur. Vertitur vulgo *bona*

fide cum bono vivam. *Suidas* in v. καλῶς scribit. Καὶ καλῶς ὁ ἐρώμενος. conf. *G. D'Arnaud.* Spec. Anim. Crit. p. 9. PEERLK.

P. 37. v. 1. ἐξαναστῆναι.] Quid conducat ad sententiam, equidem non video; praesertim quoniam sequitur illico, εὐθὺς μὲν ἀνέθορέ τε. Quocirca multo mihi videtur opportunius, ut reponas ἐξυπνισθῆναι, quod verbum etsi damnat *Phrynichus*, nimis rigidus aliquando censor, p. 36. [et *Thom. Mag.* pag. 134.] idque revera rarius apud Atticos scriptores inveniatur, tamen nihil est caussae, cur in Nostro refugiamus: ἔξυπνον γίνεσθαι dixit *Lucas* Act. Apost. XVI. 27. Quid narrationi convenientius, quam ut Abrocomae per quietem oblato, Anthiamque suam nominatim appellante, illi somnus subito fuerit excussus? HEMSTERH.
Quae, ut vulgatam tueatur, adfert *Abreschius*, et inania sunt et ἀπροσδιόνυσα, quamobrem non putabam esse transcribenda. Pro *Lucae* loco laudare *Hemsterh.* poterat *Joan.* XI, 11 qui ipso verbo ἐξυπνίζω usus fuit. Habent etiam *Alexandr.* Interpr. et *Eustath.* de Amor. Hysm. lib. VI. p. 224. Sed et *Plutarch.* non semel usurpavit. Quo magis mirari debemus carere hoc verbum auctoritate in *H. Stephan.* Thes. neque suppletam eam fuisse in Appendice *D. Scotti.* De reliquo nihil in Nostri oratione mutandum esse arbitror, nam praeterquam quod in ἐξυπνισθῆναί τε καὶ παύσασθαι τὸ ὄναρ foret ταυτολογία parum concinna; ἐξανίστασθαι commode h. l. reddi potest *commoveri*, sive magis etiam ad usitatam verbi potestatem, *excitari.* Hoc verbo uti solent Graeci etiam de castris motis, seditione commota, bello excitato Exempla sunt apud *Dion. Cass.* et in *Paeanii* Metaphr. Eutropii. Mecum fere facit *Salvinius*, convertit enim, *ella si risentisse*, *e cessasse il sogno.* Negligentior, ut solet, *Cocchius* reticuit ἐξαναστῆναι, vertens *et nomine se vocante*, *somnium evanuisse.* LOCEL. Nihil omnino mutandum est. Vult, ni fallor, *Xenophon*, Anthiam ἐξαναστῆναι *surrexisse* scilicet in somnio, ut ad vocantem se Habrocomem accurreret. Isto autem motu, quem somnians faciebat, ἐπαύσατο τὸ ὄναρ. Quo facto recte atque ordine sequuntur ταῦτα ὡς ἔδοξεν ἰδεῖν, εὐθὺς μὲν ἀνέθορε sq. Eadem fere ratione Halcyone apud *Ovid.* XI. Met. 674 sq. *Ingemit Halcyone*, *lacrymas movet atque lacertis — Per somnum*, *corpusque petens amplectitur auras Exclamatque*, *Mane*, *quo te rapis? Ibimus una. — Voce sua*, *specieque viri turbata soporem — Excutit.* PEERLK.

P. 37. v. 3. οἴμοι λέγουσα.] Hysterologia est pro καὶ ἀληθῆ τὰ ὀφθέντα νομίζουσα, οἴμοι τῶν κακῶν λέγει, et sic cepit interpres. Vide p. 84. v. 14. p. 99. v. 10. p. 108. v. 6. *Ach. Tat.* lib. V. p. 333. τοιαῦτα ἔλεγε καὶ ἔκλαιεν. ABRESCH.

Aliud

Al d hysterologiae, exemplum habuimus p. 46. v. 5—6. θάψον με — καὶ χεῖρας ἐπίβαλε. LOCEL.

P. 37. v. 4—5. ὑπὲρ γυναῖκας.] Binas voces, negligentia *Cocchii* in ed. Lond. omissas, quas tamen *Salvinium* in suo habuis pographo ex ejus versione liquet, ex Cod. Flor. restituit *Locella*. Eleganter autem ὑπὲρ γυναῖκας τέχναι dicuntur artes *quae sunt supra animi corporisque vires* mulieris, ut explicem verbis fere *Livii* XXVIII. 19. Latuit ista dicendi elegantia non semel interpretes. *Aelian.* V. H. XII. 1. Ἀσπασία μὲν οὖν μεγαλοφρόνως καὶ ὑπὲρ τὰς γυναῖκας βασιλικῶς τὰ ἐναντία ἔδρασεν, ἅπερ εἰώθασι γυναῖκες δρᾷν — *animi magnitudine regia, quae in muliebre genus fere non cadit*. *Zosim.* Hist. Nov. I. pag. 68. νόσου δὲ τοῖς αὐτοῦ ἐνσκηψάσης ὑπὲρ τὴν τῶν ἰατρῶν τέχνην διὰ τῶν μάντεων ἧει; male redditur, *praeter adhibitam medicorum artem, haruspices adibat*. Idem IV. p. 256. ὑπὲρ τοὺς στρατιώτας. *Ach. Tat.* VI. p. 389. κατέλεγεν τὴν ναυαγίαν, ἐκθειάζων ὡς ἐσώθη, καὶ τερατευόμενος ὑπὲρ τὸν Δελφῖνα τὸν Ἀρίωνος. Paucis de hoc usu praepositionis egerunt *Vigerus* de Idiot. pag. 517. et ad eum *Hoogev.* PEERLK.

P. 37. v. 7. ἀπαλλαγῆναι μέν.] *Abreschio* hortante addidi particulam μέν, quae desideratur in edd. Conf. adnot. p. 189. ad p. 27. v. 7. LOCEL.

P. 37. v. 8. Ἀβροκόμης μὲν εἰ καὶ.] *Abreschius* in Observ. Misc. Nov. hunc locum scribit Ἀβροκόμην, quod an de industria fecerit dubitabat *Higtius*. Ideo Abr. in sq. corrigebat τούτων *propterea* pro τοῦτον. Edidi autem μὲν εἰ καὶ, omisso γὰρ, quod habet ed. Londin. et *Locella*. Ita in Codice legi monuit *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 51. Ceterum elegantissime *Xenophon* hic exprimit affectum amantis Anthiae, quae Habrocomem, quamquam peccasse videretur, tamen excusat, neque odisse potest. Si quis denique Ἀβροκόμης jungere velit cum παραβέβηκε, non intercedo; posset alioquin etiam esse talis nominativus qui a Grammaticis dicitur absolutus; ut *Aelian.* H. A. lib. VI. c. 55. αἱ λεπάδες, οὐκ ἂν αὐτὰς ἀποσπάσαις τῶν πετρῶν. Idem V. H. III. 42. Ἐλάγη καὶ Κελαινὴ Προίτου θυγατέρες, μάχλους καὶ αὐτὰς ἡ τῆς Κύπρου βασιλὶς εἰργάσατο; quae exempla hic laudat *Palair.* Conf. *Casaub.* ad *Polyaen.* Stratag. I. p. 37. et *Ernest.* ad *Xenoph.* M. S. I. 3. 2. Atque ita *Ach. Tat.* II. pag. 85. ὑάκινθος μέν, ῥόδον ἦν ἐν λίθῳ. Ad q. l. *Koenius* notavit „Nihil mutandum. Vide hoc *Philostrati* p. 792. ἡ μὲν δὴ ἱερὰ ναῦς, βακχεύει ἐν αὐτῇ ὁ Διόνυσος, et *Hemsterh.* ad *Lucian.* T. I. p. 493." Et is est *Philostratus* qui hac nominativi constructione mirifice delectatur.

Exem-

Exempla dedit *Hamakerus* in eleganti lectionum Philostratearum libello p. 2—3. PEERLK.

P. 37. v. 25. *εὐχ ἄυτη ἡ κόρη.*] Sic Achemenes apud *Heliod.* conspecto Theagene lib. VIII. p. 333. Adde *Ach. Tat.* lib. III. p. 197. ABRESCH.

P. 37. v. 26. *τιμωρ. τῷ A. φόνῳ.*] Lexica ex *Platone* [Apol. Socr. Vol. I. p. 66.] adferunt structura inversa *φόνον τινί.* ABRESCH.

P. 37. v. 26. *καὶ.*] Restitui hanc particulam e Cod. Flor. quae in edd. desideratur: quapropter *Hemsterh.* corrigi volebat *συγκαθείρξας.* LOCEL.

P. 37. v. 30. *γνωρίζω σε ἐν ἐκείνῳ τῷ χωρίῳ.*] Sic quidem legitur in edd. et in Cod. Flor. et excidisse ibi credo *ἰδὼν*, aut pro *γνωρίζω* reponendum esse *ἐγνώριζον*, vel *ἐγνώρισα*; nam loci hujus indoles non fert, si quid video, enallagên temporis praesentis pro praeterito. Prius in versione sua expressit *Salvinius*, posterius *Cocchius.* Mihi *Salvinium* sequi placuit. LOCEL. *Higtius* etiam adnotaverat *τεθεωρηκὼς* vel simile quid deësse videri. Forte legendum *ἐξ ἐκείνου τοῦ χωρίου*, *e regione ista*, in qua nempe te vidi. Mox sequitur *πόθεν δὲ εἰδέναι λέγεις ἐμέ. Heliod.* I. p. 13. *πόθεν δὲ γνωρίζειν (σε χρή).* Idem. V. p. 175. *πόθεν γνωρίζειν ἀκούσας.* PEERLK.

P. 37. v. 31. *ἀνωδύρατο.*] Sic habet ed. Lond. ceterae *ἀνωδύρετο.* Prius servavi, quia in margine exemplaris *Cocchii* nihil adnotatum inveni. LOCEL.

P. 37. v. 32. *ἐγνώρισε δὲ.*] Sic esse corrigendum pro *ἐγνώρισέ τε* in edd. et verba *ἐγνώρισε δὲ αὐτὸν ἐνδαμῶς*, notis perentheseos esse includenda monuit *Hemsterh.* LOCEL.

P. 37. v. 34. *εἰπέ.*] Sic edi curavi, pro *εἶπε*, quod supervacue adjectum foret, praecessit enim *φησίν*, *Cocchius* idem sensisse videtur, nam vertit *ac tu dic, quaeso.* LOCEL.

P. 37. v. 34. *διηγήματα.*] Id est, *quae tibi narro.* Sic *διήγημα Polyaen.* lib. VIII. c. 45. ult. ABRESCH. Quid sibi velit *Abreschius* non satis adsequor. *Quae tibi narro*, parum differt ab *narratio mea:* atque tam est protritum *διήγημα* narrationem, vel id quod narratur significare, ut ob quam caussam ad id firmandum *Polyaenus* laudetur, divinare nequeam; praesertim, quia in *Polyaeni* loco *διήγημα* pro facto adhibetur. Ad haec animadvertendum est; nihil adhuc *narrasse* Anthiam, sed interroganti Hippothoo, *οὐδὲ λῃσταῖς περιπέπτωκας, οὐδὲ ἄλλο πέπονθας δεινόν?* respondisse solum, verba ejus cum adfirmatione repetendo, *πέπονθα πολλὰ καὶ δεινά, καὶ λῃσταῖς περιπέπτωκα.* Paullo infra demum casus suos narrare incipiet. Igitur satis apertum est, credo, hoc loco, velut p. 57. v. 4.

v. 4. et p. 81. v. 2. ac probabiliter etiam p. 108. v. 9. διηγήματα a Nostro dici *facta*, *eventa*, ea quae alicui acciderunt. Hac potestate utitur *Charit.* lib. IV. c. 6. p. 98. Conf. not. *Hemsterh.* ad *Thom. Mag.* p. 235. et *Wernsd.* ad *Himer.* p. 128. et 148. aliam v. διήγημα vim adnotavit *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 480. LOCEL.

P. 37. v. 34. πόθεν.] Possis etiam reddere, *quomodo dicis*, vel *dicere potes vidisse*, vel *nosse me miseram?* Particula πόθεν interdum valet *qui*, *quomodo*, cujus nullum exemplum adtulit *H. Steph.* in Thes. Saepe occurrit interrogative πόθεν? *quomodo?* vel πόθεν γάρ? *qui enim?* Apud *Aesch.* Socr. Dial. I. de Virt. §. 1. πόθεν ἂν γίνοιτο? a *Corrado* et *Clerico* verti debebat, *qui evadere possit?* Pariter apud *Arrian.* in Dissert. Epictet. lib. I. c. 19. p. 105. πόθεν σύ? convertendum puto, *quomodo tu?* LOCEL. *Aelian.* V. H. XIII. 2. πλὴν οὐκ ἀπήντησε ταῦτα ταύτῃ. πόθεν? *Sed haec non ita evenerunt. Quomodo enim ita evenire possent, quum Macareus qui scelus clam homines commiserat, Deos latere non posset.* conf. *Perizon. Heliod.* lib. IV. p. 155. οὐκ εἰδέναι πόθεν ὁμολογούσης, ubi *Cor.* vult (καὶ πόθεν;) vel (πόθεν γάρ); sed additis καὶ vel γὰρ non opus est. *Thom. Mag* in voc. πόθεν — ἐνίοτε καὶ ἀποφθηματικὸν, ὅτε καὶ ἀντὶ τοῦ οὐδαμῶς: ὡς παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἑκάβῃ. ὡς μὲν ἀξίαν πόθεν. Ad q. l. sine dubio plura habebunt interpretes, quos consulere nunc non possum. Ceterum in edd. Bipont. pro εἰδέναι λέγεις, editum est θέλεις, quod forte accidit ἀβλεψίᾳ typothetae, quamvis sensum praestet eumdem. PEERLK.

P. 37. v. 35. ἔνδοξα πεπόνθαμεν.] *Locella* non dubitat quin ἔνδοξα mendosum sit, et conjicit ἄδοξα, *indecora*, *probrosa*, *ignominiosa*, apud lenonem scilicet. Sed videtur Anthia potius ea respicere quae in Aegypto tulit. In ea autem regione non fuit apud lenonem. *Mitscherl.* notat ἔνδοξα h. l. idem valere quod διαβόητα. Forte legendum est ἀνάξια πεπόνθαμεν — *indigna tulimus.* Illud πεπόνθαμεν debemus *Hemsterh.* pro πεπόνθα μὲν in edd. PEERLK.

P. 38. v. 2. ἡσυχίαν ἤγαγεν.] Hoc loco significat *tacuit*, quod non viderunt duumviri interpretes. Hac potestate ἡσυχίαν ἄγειν etiam ab aliis, et non semel a *Luciano* fuit adhibitum, e. c. in Jud. Voc. Vol. I. pag. 84. ubi bene redditur *silere*, sed et ita converti oportebat in Contempl. p. 493. in Eunucho Vol. II. p. 355. et in Toxar. p. 597. Conf. *Wernsd.* ad *Himer.* p. 134. et quos ibi laudat. Ipsum quoque verbum ἡσυχάζειν sic usurpari docuit *Loesner.* Observ. ad N. T. e Philone. p. 201. LOCEL.

P. 38. v. 2. ὠνησάμ. παρὰ τοῦ πορνοβόσκου.] Quae hujus verbi structura inter

alios

alios quoque occurrit in *Aristid.* T. I. p. 490. at ὠνήσασθαι ἀπὸ *Ach. Tat.* lib. V. p. 319. Rarius inveneris dativum eodem sensu adhibitum, uti apud *Aristoph.* in Pace 1260. quod Schol. monet Attice dictum ἀντὶ τοῦ παρὰ τούτου. Et vere, ceu peculiare istud observat, cum alias valeat comparare et emere quod dones cuipiam, ut in *Luciani* Dial. Mort. VI. principio . . . ABRESCH.

P. 38. v. 3. λέγει.] Vitiosum in edd. Lond. et Luc. λέγειν correxit editor Vindob. Agnovit pariter errorem *Cocchius*, vertitque *quis ipse sit — memorat.* Prava lectione apographi sui perturbatus *Salvinius* transtulit *confortala — — a dire chi ill' è*, haud advertens animum, si de Anthia ageretur, scribi debuisse ἥτις ἦν λέγειν, nec ab errore suo depelli se passus verbis paullo post v. 8. sequentibus καὶ ἥτις μὲν ἦν ἐπέπυστο ἐνδέως. *Jourdanus* inter *Cocchii* et *Salvinii* versionem fluctuans, stultissime convertit: *Hippothus* (sic semper ibi scribitur) *pour la mieux rassurer, lui raconta d'un ton d'amitié ce qui lui étoit arrivé à lui-même en Egypte.* LOCEL. Scribendum sine dubio λέγει, quod et ego videram, et *Higtius* editioni, qua usus est, adleverat. PEERLK.

P. 38. v. 5. ἀπεξηγεῖτο.] Verbo ἀπεξηγέομαι locupletanda sunt lexica. LOCEL. Insolentia verbi commotus fortasse *Palairetus* conjiciebat ἀπελογεῖτο — *Sui apud ipsum defensionem suscipiebat.* Idem pro ᾐτεῖτο συγγνώμην ἔχειν quae proxime praecedunt, legit παρῃτεῖτο, haec addens exempla quibus emendationem confirmet suam. *Aristaen.* I. ep. 22. *Lucian.* Tom. I. pag. 776. *Plutarch.* in Vit. Nic. T. I. p. 526. in quibus omnibus est παραιτεῖσθαι συγγνώμην ἔχειν. PEERLK.

P. 38. v. 10. ἀναξία.] Non modo *Xenophontis Ephesii* auctoritate inseri lexicis poterit feminina hujus adjectivi terminatio, sed etiam *Eurip.* Heracl. 527. et *Sophocl.* Oedip. Colon. 1516. LOCEL.

P. 38. v. 10. τελευταῖον.] Cum *Hemsterh.* pro τέλεον reposuit *Locella*, quod habet ed. Londin. nec hac significatione usurpatur. Solet Noster et alii post τὰ μὲν πρῶτα addere τελευταῖον δέ. Mox ante κάλλιον orationi *Xenophonteae* καὶ inserere malebat *Higtius.* PEERLK.

P. 38. v. 11. νομίζουσα.] In Lond. perperam est νομίσαντα, in Luc. ridicule νομίζουσα; pro quo non poterat non corrigere emunctae scilicet naris Vind. editor νομίζουσα, quod et Cod. Flor. habet. LOCEL.

P. 38. v. 12. τὴν Ἔφεσον.] Observat *Locella*, *Salvinium* forte in suo apographo habuisse τὸν Ἐφέσιον, quia vertit *racconta d'Abrocome Efesio l'innamoramento.*

uento. Quam ille lectionem non spreverit, ut scribit; ego contra vulgatae longe postposuerim, quae multo plura contineat quam τὴν Ἐφέσιον. PEERLK.

P. 38. v. 13. ἀνωδύρετο.] Hoc solo loco et supra pag. 105. v. 10. in edit. Londin. excusum est ἀνωδύρατο: ac superiore quidem loco id retinui, hic tamen propter praecedens συνεχὲς, substituendum esse putabam tempus imperfectum, quo Noster alias constanter utitur. Vide p. 63. v. 14. p. 70. v. 5. p. 109. v. 6—7. Lucens. editor ubique dedit ἀνωδύρετο; quare sic etiam habet Vindob. editio, cujus curator, quid in edit. Lond. legeretur, nesciebat juxta cum ignarissimis. LOCEL.

P. 38. v. 15. αὐτοῦ.] Sic e Cod. Flor. restitui pro αὐτῷ in edd. LOCEL.

P. 38. v. 16. τὴν.] Attice et Iönice τὴν dixit pro ταύτην. Vide *Zeun.* ad *Xenoph.* Cyrop. lib. I. c. 3. s. 9. ibique adde alium locum lib. IV. c. 2. s. 13. item *Lysiam* in Panel. p. 733. Conferri meretur *Reitz.* de Pros. Gr. Acc. incl. p. 9. sqq. p. 70. sqq. LOCEL.

P. 38. v. 21. ἐπιτυγχάνει.] Male in edd. legitur ἐπιφθάνει, quod, inquit *Hemsterh.* non minus ab usu veterum, quam a recta structurae lege abhorret. Quamobrem non dubitabat ille, neque vero mihi dubium est, quin corrigi debeat ἐπιτυγχάνει, quo Noster cum dandi deinde casu usus est p. 43. v. 8. p. 109. v. 4. De navi contra cum secundo casu p. 71. v. 2. Laudat porro vir doctus *Thucyd.* lib. III. c. 5. et *Heliod.* lib. I. p. 26. lib. II. p. 119. Haec, inquit, ut casu adjuncto, sic et significandi virtute nonnihil differre, paullo peritiores non praeterit. LOCEL. *Philostr.* V. A. T. III. 58. νεὼς ἐπιτυχόντας. Contra *Heliod.* II. p. 81. πορθμείῳ ἐπιτυχών. Variata phrasi *Achill. Tat.* lib. II. p. 131. ἀναγόμενον σκάφος εὕρομεν. PEERLK.

P. 38. v. 26. ἐπενέγκας.] Vide, si placet, quae hoc de more adnotavit *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 355. Rursum pag. 108. v. 11—12. idem repetitur. LOCEL.

P. 38. v. 29. ἐσῳκίσατο.] Recte sic exaratum est in Cod. Flor. sed ex Jotacismi sordibus in edd. invectum fuit ἐσῳκήσατο, quod corrigi jusserat *Hemsterh.* plura hac occasione de verbo ἐσοικίζεσθαι et ἐνοικίζεσθαι disputans, quae non transcribo. Priore Noster usus est pag. 52. v. 8, posteriore pag. 86. v. 6. LOCEL.

P. 38. v. 29. τῶν δεινῶν.] Quo propior erat Epheso Habrocomes, hoc magis in mentem illi subiisse credibile est, quae in urbe ista reliquerat, et quae

 per-

perdidisse se credebat. Forte tamen legendum πολιτῶν, quod optime cum sequentibus πατρίδος etc. convenit. PEERLK.

P. 38. v. 34. 'Ανθίᾳ.] In edd. est τῇ 'Ανθίᾳ. Solet quidem librarius Cod. Flor. nonnumquam omittere articulum, et hoc loco non scripsit, tamen, quia ejus omissio hic ferri facilius potest, addere nolui. Statim in edd. recte αὐτὴν, et in Cod. male αὐτόν. Quod sequitur ἤδη h. l. valet *sum*, *mox*. LOCEL

P. 39. v. 1. ἀπορίᾳ — 'Ανθίαν.] Me quidem judice, ἀπορίᾳ locum alienum occupat: nimirum oculus librarii aequo celerior, dum corripit sequens ἀπορίᾳ, hic veram vocem praetermisit. Jungere solet *Xenophon* ἀθυμίαν et ἀπορίαν. V. p. 16. v. 15. p. 98. v. 3. Jam nihil est magis appositum, quam ἀθυμίᾳ τῇ κατὰ τὴν 'Ανθίαν, quod ego verum puto. HEMSTERH. Neque ego longe absum ut credam; sed reputans Nostrum jam aliquoties repetito sic vocabulo usum, velut p. 9. v. 7—4. ᾔει μὲν — ᾔει δέ; pag. 26. v. 10—11. ὥρα γὰρ — ὥρα δὲ, p. 103. v. 8—9. ἀπαλλαγῆναι μὲν — ἀπαλλαγῆναι δὲ; nihil immutare ausus sum. LOCEL.

P. 39. v. 4. ἀνέθεσαν δέ.] Inseruissem fere δὲ, qua particula nexum orationis non posse carere censeo. *Locella* monet eam h. l. non fore superfluam. Idem hic correxit vitiosum ἀνέθησαν, quod habet edit Lond. PEERLK.

P. 39. v. 9—10. καὶ εἰς ἀνάμνησιν — ἐυκ ἄγων.] Insignem hanc verborum quatuor et viginti lacunam ex Cod. Flor. supplevit *Locella*, et ante eum jam *D'Orvill.* ad *Charit.* pag. 722. ut verum non sit quae ad h. l. scribit *Mitscherl.* *Locellam* nempe haec primum supplevisse. PEERLK.

P. 39. v. 11. εἰ δὲ.] Ita legitur in Cod. Flor. sed in edd. ex tacita, opinor, *Salvinii* emendatione ἔστι δέ. Mortuam esse Anthiam credens Habrocomes, quoniam, ait, columna ista pro mea et Anthiae salute posita est, quid me solo fiet? id est, quae mihi salus sine Anthia esse potest? Deinde Luc. et Vind. pro ἄυτη habent αὐτῇ. LOCEL.

P. 39. v. 11. ὑπὲρ.] Dubitare possis utrum h. l. et supra v. 2. significet *vice*, *nomine*, an *pro*, subaudito *salute*; verum hoc multo magis placet ob explanationem in adnotatione praecedenti prolatam. LOCEL.

P. 39. v. 19—20. 'Αβροκόμης ὁ δυστυχής.] Omissum 'Αβροκόμης negligentia *Cocchii* in ed. Lond. ex Cod. restituit *Locel.* et ante eum *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 720. Paullo ante τί βουλόμενος est *quare.* conf. *Weisk.* de Pleon. Gr. p. 91. PEERLK.

P. 39.

P. 39. v. 20. δι περὶ τὸν.] Non indicatur solus Leucon, sed Rhoda simul, cujus nomen in versione addere debui. Sic et p. 104. v. 11. Conf. adnot. p. 182. LOCEL.

P. 39. v. 21. ἐγνώριζον.] Nisi forte ob similitudinem praecedentis syllabae excidit αὐτὸν, subaudiendum saltem est. Infra pag. 113. v. 14. ubi plane similia narrantur, additum est pronomen. Depravatum in Londin. ἐκγνώριζον retinuerunt in Luc. et Vindob. somniculosi (ne quid gravius dicam) editores. LOCEL.

P. 39. v. 22. ἐμέμνητο.] Quandoquidem ἐμέμνησε, quod habent edd. tolerari nequit, loco moveri aequum erat: itaque ἐμέμνητο, quo etiam p. 104. v. 6. utitur, substitui; invito fere *Hemsterhusio*, qui praefert ἐμνημόνευσε, quia verbi potestas in ἐμέμνητο ei minus idonea hoc loco esse videbatur: at ego cur minus quadret, fateor me non intelligere, nam μνᾶσθαι non raro significat *mentionem facere* . . . De reliquo non adsequor, cur Leucon et Rhoda inter alia ex eo etiam Habrocomen agnovisse dicantur, quod Anthiae meminisset. Initio stupefactos eum non agnovisse valde verisimile est; sed, postquam ille ipse jam se Habrocomen esse declaravit, atque illi eum tandem ex habitu et voce agnovere, supervacaneum utique erat addere istud ex nomine Anthiae indicium. LOCEL.

Eleganter addidit *Xenophon* nomen Anthiae, qui significare velit Leuconem et Rhodam tandem ex omnibus rebus sibi persuasisse, vere eum esse Habrocomen. PEERLK.

P. 39. v. 23. τὴν ἔκδοσιν.] *Cocchius* reddidit *locatos se*, minus recte judice *Abreschio*, qui accipit de Anthia quam Manto caprario in matrimonium dedisse dixerat p. 42. Illud confirmat *Palairetus*. Melius mentem *Xenophontis* perspexit *Higtius*, qui haec adscripsit. „Hoc Anthiae fatum (matrimonium cum caprario) illis erat ignotum, jam ante e Syria venumdatis, nec tam Anthiae quam sua fata memorantibus. Per ἔκδοσιν forte intelligit eorum, Anthiae, Leuconis, Rhodes e Tyro translationem in Syriam, quo cum Manto erant abducti, manente Habrocome, dante haec servitia filiae suae Apsyrto." PEERLK.

P. 39. v. 24. τοῦ δεσπότου.] Hoc reposui suasore *Abreschio*, pro τῶν δεσποτῶν in edd. nam et p. 98. v. 13. de solo hero loquitur. LOCEL.

P. 39. v. 24. καὶ δή.] Rursum *Abreschio* morem gessi, sic edens pro καὶ δὲ, quod habent Lond. et Luc. Sed pravam lectionem merito non ferens Vindob. editor, meliorem, clandestino, ut solet, beneficio introduxit. LOCEL.

P. 39. v. 26. ἐθεραπεύοντο] Memini quae supra notata sunt p. 70. v 4. de formae activae mediaeque usu quibusdam in verbis promiscuo, neque me fefellerunt p. 38. v. 8. συνετάττετο, p. 80. v. 7. ἐνεβαίνοντο. [Addere poterat ipsum ἐθεραπεύετο p. 101. v. 11.) Hiccine pari ratione ferendum sit ἐθεραπεύοντο an emendandum potius ἐθεράπευόν τε, quia semper alibi activum ponit, dubitari potest. HEMSTERH. Ut valde verisimilis sit haec emendatio, tamen necessariam esse non puto, neque etiam *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 641. ei videtur fuisse. LOCEL.

P. 39. v. 32. κατάγεται.] Nondum inducor, ut credam παράγειν et παράγεσθαι ea potestate, quae hujus sit loci, unquam reperiri: propterea malim κατάγεται [pro παράγεται in edd. et mox infra κατάγει. pro παράγει.] *Xenophonti* non ignotum κατάγεσθαι pro *divertere*, *diversari*, p. 68. v. 10. p. 110. v. 13. *Eupolis* apud Schol. *Aristoph.* ad Pac. v. 810. παρὰ τῷδε σὺ τῇ συβάδι κατήγου. *Diog. Laërt.* lib. VIII. s. 86. καταχθέντα δὲ εἰς τὸν Πειραιᾶ, *quum divertisset in Piraeum*; ubi pessime versum *devectus*. HEMSTERH. Non diu haesi quin verae ac necessariae emendationi in textu locum darem: παράγει contra bene stare posse putabam. LOCEL.

P. 39. v. 34. αὐτός.] Male neglexerunt hoc vocabulum in suis versionibus *Salvinius* et *Cocchius*. Αὐτὸς h. l. valet *solus*, *seorsum*, et a *Xenophonte* non sine caussa fuit adjectum, videlicet ut Hippothoi verecundiam, praesertim in domo aliena, ostenderet. De hoc pronominis αὐτὸς usu consuli possunt *Hemsterh.* ad *Lucian.* Vol. I. p. 230. *Abresch.* Auctar. Diluc. *Thucyd.* pag. 230. et *Zeun.* ad *Xenoph.* Cyrop. p. 762. LOCEL.

P. 40. v. 1. τῷ Ἡλίῳ.] Vitiose in Lond. et Luc. edit. excusum τῶν Ἡλίῳ, correctum est in Vindob. LOCEL.

P. 40. v. 4. ἐν ἀναμνήσει γενομ.] Ita *Long.* Past. III. p. 70. ABRESCH. Mirari subit, nihil hoc loco commemorasse Nostrum de columma illa a Leucone et Rhode posita, (p. 109.) quam vidisse nunc Anthia debuit. LOCEL.

P. 40. v. 5. ὦ τὰ πάντ. ἐφορῶν.] Ab *Homero* Iliad. III. 277. esse desumtum admonuit *Hemsterh.* Similiter fere *Sophocl.* Oed. Col. 920. Ὁ πάντα λεύσσων ἥλιος — *Demosth.* in Aristog. p. 772. ait, Δίκην — πάντα τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐφορᾷν, et *Joseph.* A. J. lib. XIX. c. 1. s. 10. τοῦ θεοῦ, ὃς ἐφορᾷ τὰ ἀνθρώπινα. Non adtendit *Cocchius* vim verbi ἐφοράω vertens *intueris* pro *respicis*. Nimirum etiam

etiam Latine dicimus *respicere* aliquem pro *favere prospicere* alicui. De ipsa Deorum cura *Cicero* ad Attic. lib. VII. ep. 1. *nisi idem Deus — respexerit rempublicam:* et *Terent.* Phorm. V. 3. 34 *Dii nos respiciunt:* denique cui non notum *Fortunae Respicientis* Romae olim fanum? LOCEL. De Latinorum *respicio* nemo dubitabit; at in Graecis quae *Locella* dedit exemplis, nullum est in quo ἐφορᾷν notat *favere*, sed simpliciter *videre*, *intueri*. Et sic in *Homeri* Iliad. III. 277 Ἠέλιος ὃς πάντ' ἐφορᾷς καὶ πάντ' ἐπακούεις, *qui omnia vides*. Sol Tragicis ὀφθαλμὸς et philosophis ὄμμα αἰθέρος dicitur, ut notat Schol. *Arist.* Nub. 285. Et *videre* saepissime soli tribuitur, ut *Joseph.* I. A. J. γῆν τε καὶ θάλατταν ἣν ἥλιος ἐφορᾷ — (*quacumque sol habitabiles illustrat oras*, *Horat.*) Sol Cimmerios non ἐπιδέρκεται ἀκτίνεσσι *Hom.* Od. Λ. 15. ubi Schol. ἐφορᾷ. Res etiam quae in terra accidunt sol dicitur ἐφορᾷν, ἰδεῖν, ἐπιδεῖν, ut *Cicero.* II. Or. *si hoc uno quidquam sol vidisset indignius*. *Julian.* Orat. I. p. 28. ταύτην ἥλιος ἐπεῖδε τὴν μάχην. ad q. l. plura *Wyttenb.* in Bibl. Crit. Vol. III. Part. II. p. 32. *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 511. et 530. et *Valcken* ad *Eurip.* Phoen. v. 4.— Locus igitur Nostri sic intelligendus mihi videtur. *Omnes homines sunt feliciores quam ego, cui tu, o sol, radios tuos invides, quae vivo quasi in tenebris*. *Eurip.* Ion. 1465. ὦ τε γηγενέτας — Δόμος οὐκέτι νύκτας δέρκεται — Ἀλίου δ' ἀναβλέπει λαμπάσι. *Eustath.* de Hysm. lib. X. p. 452. Φῶς ἦν μοι παῖς ἐκεῖνος, ἀλλ' ἀπεσβέσθη, καὶ νῦν ἐν σκότει πορεύομαι. *Horat.* IV. Od. V. 5. *Lucem redde tuae, dux bone, patriae*. Ἀνήλιος hoc sensu utitur *Eustath.* de Hysm. X. pag. 381. ubi notavit quaedam *Gaulmin.* Hunc igitur sensum inesse puto his verbis Anthiae ὦ τὰ πάντων ἀνθρώπων ἐφορῶν Ἥλιε, μόνην ἐμὲ τὴν δυστυχῆ παρέλθων, quod postremum *Abreschius* explicat per ἀμελῶν. PEERLK.

P. 40. v. 6. γενομένη.] Pro γενομένην in ed. Lond. ex Cod. Flor. dedit *Loc.* et sic volebat *Higtius*. *Palairetus* autem ἐγενόμην εὐτυχής. PEERLK.

P. 40. v. 7—8. αἰχμάλωτος δὲ, ἡ δυστυχής.] Non sunt opposita δούλη et αἰχμάλωτος, neque αἰχμάλωτος et μακαρία. Forte δούλη μὲν ἀντ' ἐλευθέρας αἰχμάλωτος, δυστυχὴς δὲ ἀντὶ μακαρίας. Sed non definio an in *Xenophonte* omnia ad accuratam scribendi rationem sint exigenda. Offenderunt tamen haec quoque *Higtium* qui conjiciebat αἰχμάλωτός τε καὶ δυστυχής. PEERLK.

P. 40. v. 11. εὔξασθαι περὶ Ἀβροκόμου.] Pro ὑπὲρ Ἀβροκόμου, quod est frequentius. Ita et legimus in Act. Apost. VIII. 25. προσηύξαντο περὶ αὐτῶν, ὅπως λάβωσι πνεῦμα ἅγιον. PEERLK.

P. 40. v. 12. *ὅσα ἐδύνατο.*] Id est ἐξῆν, quantum licebat ac per decus poterat. ABRESCH.

P. 40. v. 13. ΑΒΡΟΚΟΜΟΥ. ΑΝΘΙΑ.] Nescio cur in Lond. edit. quam ceterae sequi debuere, Habrocomis et Anthiae nomina sic ΑΒ. ΑΝ. truncata exhibita fuerint, quum tamen integra in Cod. Flor. scripta reperiantur. Amputatio illa eo magis inepta est h. l. quo minus credibile reddit, quod statim narratur, Leuconem et Rhodam, ut templum ingressi, donaria conspexerunt, nomina heroum agnovisse. In Lond. edit. vitiose legitur ΑΝΕΘΕΚΕ, quod corrigendum esse jam admonuerat *Albertius*, et correctum fuit in Luc. et Vindobon. Cod. For. recte habet ΑΝΕΘΗΚΕ. LOCEL. Bene ex Cod. Loc. dedit ΑΝΕΘΗΚΕ. Non enim est credibile Anthiam, scribendo ΑΝΕΘΕΚΕ morem scribendi antiquissimum esse secutam. Constat quippe literis veteribus Graecorum Η non fuisse comprehensam, pro qua igitur in inscriptionibus prisci temporis Ε usurpatum reperimus. Conf. *Salmas.* ad Inscript. *Herod.* p. 16 et 56. PEERLK.

P. 40. v. 17. *βλέπουσι τὰ ἀναθήμ.*] Valde his et seq. similia sunt apud *Charit.* lib. III. p. 53. quae comparasse neminem poenitebit. Mox *τὰ ὀνόματα* *Cocchii* negligentia omissum, ex Cod. Flor. restituit *Locella.* PEERLK.

P. 40. v. 19. *περιῄεσαν.*] *Cocchius* vertit quasi legisset *περιῄεσαν ζητοῦντες* — nempe *sicubi eam invenire possunt conquirunt.* Neque tamen ideo addendum *ζητοῦντες* censet *Abresch. Palairet.* conjicit *ἀνερευνῶντες* adjiciendum, ut Noster simili loco scribit lib. V. c. 15. *πάντα ἀνηρεύνα εἴπου τὸν Ἁβροκόμην ἀνεύροι.* Sed vulgata recte se habent. Mox pro *ἀποδημίας*, quod est in ed. Lond. ex emendatione *Abreschii*, cum *Locella ἐπιδημίας* recepi. PEERLK.

P. 40. v. 21. *ἐμήνυσαν.*] Jam supra p. 93. v. 3. Noster verbo *μηνύειν* usus fuit pro *indicare*, tamen h. l. libenter cum *Salvinio* vertissem *monstrarunt*, siquidem idoneo testimonio firmare potuissem hanc significationem. Parum erat sane rem tam inexspectatam tamque gratam Habrocomi *indicare* solum, non item *monstrare*; sed et valde mirum videri debet, ipsum Habrocomen, tam laeto audito nuntio, confestim ad templum non adcurrisse, ut recens Anthiae suae donarium suis ipse oculis inspiceret. LOCEL.

P. 40. v. 21. *ἔπαθε.*] Hanc Cod. Flor. lectionem, pro *ἔπειθε* in edd. conjectura jam adsequutus fuerat *Hemsterh.* atque ut eam firmaret protulit similes loquendi formulas in Basil. Epist. 180. *ἔπαθον τὴν ψυχήν*; in *Eustath.* de Hysm. Amor. lib. XI. p. 430. *πάσχουσι τὴν ψυχήν*; in *Theophyl.* Epist. XV. *πέπονθα τὴν ψυχήν*;

ψυχὴν; in *Ach. Tat.* lib. V. pag. 333. συμπαθεῖν — τὴν ψυχὴν: Adde *Lucian.* Icarom. Vol. II. pag. 767. τὴν ψυχὴν πέπονθά τι. Ex quibus omnibus locis tam veri simile fit Nostrum scripsisse pariter τὴν ψυχὴν, ut articulum addendum esse arbitratus sim. LOCEL. *Xenoph.* Sympos. c. I. §. 9. ἔπασχέ τι τὴν ψυχήν. *Cinnam.* Hist. II. p. 78. ἐλέῳ τῷ ἐς ἀνθρώπους τὴν ψυχὴν πεπονθώς. Hinc suppleri potest locus *Prodr.* p. 305. Ἐρῶ δ' ὅμως, Μύριλλα, . . . πάθω. Adde κἂν ψυχὴν, et versus est saltem integer. Sine addito ψυχὴν utitur *Ach. Tat.* lib. IV. p. 241. et alii, dicentes πάσχειν τί. Illud τὶ etiam omittere solet *Polyaenus.* v. *Casaub.* ad Strat. VI. VII. §. 1. PEERLK.

P. 40. v. 23. ἡ Ἀνθ.] Adjeci articulum e Cod. Flor. omissum in ed. Lond. et Luc. verum ab editore Vindob. occulte additum. LOCEL.

P. 40. v. 25. ἀθύμως ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς διακείμενον.] Obscura mihi sunt ista, ac vereor ut ἀθύμως sanum sit. Eccur jam ἄθυμος esse dicitur Habrocomes, qui pridie εὔελπις erat? Quid porro sibi vult ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς? Ellipsin quidem esse in his verbis nemo non videt, et ἀναθήμασι ex praecedentibus subaudiri facile quis existimare poterit; at rationem probabilem non invenio, cur Habrocomes, qui non sine maxima verisimilitudine in optimam spem venire debuerat se Anthiam vivam reperturum, nunc recens illud donarium (comam videlicet, plurali in ἀναθήμασι pro singulari posito) in mente versans, animo aeger domi desideat. Quin potius templum adire debebat, et, quemadmodum paucis ante diebus gravi armaturae, ita nunc comae ab Anthia recens dedicatae (quam ne inspicere quidem sollicitus fuisse videtur, si ἐμήνυσαν v. 6. nil plus valet, quam *indicarunt*, *nuntiarunt*) toto die adsidere: nam, quoniam Rhodi esse Anthiam dubitare vix poterat, sperare ei cum maxime licebat, eam iterum in templum venturam. Sic Leucon et Rhoda, ut primum comam conspexere, statim circumierunt, εἴ που κἀκείνην εὑρεῖν δυνήσονται. Sin pro ἀναθήμασι subaudire placet πράγμασι, quaeram quid hoc in loco sit *de iisdem rebus*, sive *eadem de caussa* moestum esse? An forte ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς positum est pro ὁμοίως, *pari* scilicet *modo*, quemadmodum Anthia supra v. 9. προσκαθίσασα — ἐδάκρυέ τε καὶ ἀνέστενεν. Ne in versione verba ista plane negligerem, sic quidem sum interpretatus; sed *Xenophontem* hoc voluisse, spondere non ausim. *Salvinius* ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς reddidit *per le medecime cose*, et *Cocchius* pariter *ob haec eadem.* LOCEL. Legendum est ἀθύμως ἐπὶ τοῖς αὐτοῦ (sive αὑτοῦ) διακείμενον, *tristem ob res suas.* Facilis est permutatio αὐτοῖς et αὐτοῦ, inprimis si quis eandem illam et similem omnium diphthongorum pronun-

tiationem cogitet, de qua saepe jam monitum est in his observationibus. Videtur Habrocomes, licet pridie esset εὔελπις, longam malorum seriem cogitans, iterum animum demisisse. Ideo et domi mansit, dolorique indulsit, dum Leucon et Rhode insulam peragrant. Ut autem hic *Xenophontem* ἐπὶ τοῖς αὐτοῦ scripsisse suspicor, ita et lib. I. c. 11. ἐν ὑπομνήσει τῶν ἑαυτοῦ γενόμενος. *Ach. Tat.* lib. II. pag. 139. τῶν ἑαυτοῦ μεμνημένον. *Xenoph.* Cyrop. VIII. 1. 15. κατεστησάμενος τὰ αὐτοῦ. *Long.* II. Past. v. παρέβαλον δὶς ἤκουσαν τὰ αὐτῶν. In *Prodrom.* pag. 62. λέγεις τὰ σαυτοῦ καὶ τὰ τῆς κόρης λέγοις praetulerim vulgato τὰ σαυτά. PEERLK.

P. 40. v. 26. συμβάλλουσι — ἔρωτα, δάκρυα.] *Abreschius* legi vult τὸν ἔρωτα, τὰ δάκρυα. Articulos requiri libenter ei concesserim, neque, ut nobis hoc persuaderet, opus erat laudare *Aristaen.* lib. I. epist. 10. Sed me aliud praeterea hoc in loco offendit: nescio nimirum quid sibi velit ἔρωτα, tamquam indicium ex quo Leucon et Rhoda Anthiam agnoverint. Parum distat, si literas spectas, ἔρωτα ab ἅμα τὰ, itaque mihi valde probabile visum est *Xenophontem* scripsisse πάντα, vel πάνθ' ἅμα, τὰ δάκρυα, τὰ ἀναθήματα etc. Plane simili modo ἅμα jam occurrit p. 18. v. 15. p. 60. v. 10. Sic in *Longino* Sect. VIII. §. 6. πάνθ' ἅμα, οὐρανὸς, ᾅδης, τὰ θνητὰ, τὰ ἀθάνατα. Neque multum abest *Achill. Tat.* lib. I. c. 4. p. 30. LOCEL. Anthia ostendit amorem Habrocomis, assidens donariis et lacrymans. Notus erat amor iste Leuconi et Rhodae. Ergo ex amore etiam Anthiam agnoscere hic poterat. — Melius fortasse συμβάλλουσι hic reddas *comparant* — quam *conjiciunt*. Ita Numitori, quum in custodia Remum haberet, audissetque geminos esse fratres, *comparando* et aetatem eorum et ipsam minime servilem indolem, tetigerat animum memoria nepotum. *Liv.* I. v. Quod idem *Plutarch.* Romul. c. VII. πρὸς τὴν ὄψιν εἰκάζων τὸν χρόνον. — Est autem hoc ἀναγνωρίσεως, quam narrat *Xenophon*, genus simile fere illi de quo *Aristot.* Poët. c. XVI. Τρίτη δὲ ἡ διὰ μνήμης, τὸ αἰσθέσθαί τι ἰδόντα, ὥσπερ οἱ ἐν Κυπρίοις τοῖς Δικαιογένους. ἰδὼν γὰρ τὴν γραφὴν, ἔκλαυσε. PEERLK.

P. 40. v. 29. ἤλπισεν.] Supple, ex praevio ἦσαν, ἔσεσθαι, ut ἐνδύσειν ap. Nostri cognominem in Cyrop. lib. I. c. 4. s. 18. πρῶτον τότε ὅπλα ἐνδὺς, οὔποτε οἰόμενος. ABRESCH. Equidem in ista senioris *Xenophontis* loco legerim potius οὔ ποτε εὐχόμενος, ὅπως ἐπεθύμει, αὐτοῖς ἐξοπλίσασθαι. LOCEL.

P. 40. v. 33. ἐξεπλάγη τοῦ λόγου.] Similis est structura cum secundo casu, tamet-

tametsi diversa mens, apud *Eurip.* in Oreste 548. ὃ μ' ἐκπλήσσει λόγου. Ad Nostri mentem in *Charitone* lib. VI. c. 5. p. 140. legitur Καλλιῤῥόη δὲ εὐθὺς τὴν καρδίαν ἐπλήγη, ὥσπερ ὑπὸ ξίφους, τοῦ λόγου. LOCEL. Intelligitur, ut saepe in passivis, praepositio ὑπό. Atticum vocat *Phrynich.* προπαρ. σοφ. apud *Bast.* Epist. Crit. p. 117. Inprimis autem in hoc ipso verbo omittitur. *Joseph.* A. J. II. 9. ἐκπλαγῆναι τῆς εὐμορφίας. *Heliod.* lib. X. τῆς ἰσχύος ἐκπλαγείς. *Joh. Comm.* Hist. lib. I. p. 15. κάλλους τε καὶ μεγέθους ἐκπεπληγμένος. Additum ὑπὸ reperio apud *Philostr.* Vit. Ap. Tyan. pag. 181. ἐξεπέπληκτο ὑπὸ τῶν λόγων. *Joseph.* A. J. VIII. 8. πληγέντες δὲ ὑπὸ τῶν λόγων ὡς ὑπὸ σιδήρου. PEERLK.

P. 40. v. 34. περιβάλλει τε.] Sic bene habet ed. Lond. In *Locellana* errore forsan librariorum legitur δέ; quamquam nil in Emendandis ea de re monitum video. PEERLK.

P. 41. v. 1. καὶ 'Αβροκόμου — — — τῆς 'Αυθίας εὕρεσιν.] Ingentem hanc quinquaginta quinque vocabulorum in edd. omissorum lacunam, ex earundem vocum repetitione ortam, explevimus e Cod. Flor. *D'Orvillius*, qui ad *Charitonem* plura supplementa et multas meliores lectiones e margine exemplaris illius *Cocchlani*, quod illi ad manum fuit, indicavit, tamen non pauca de industria suppressit, atque etiam de hoc loco nihil commemoravit: cujus occultationis caussa esse videtur, quod ipse *Xenophontem* Ephesium emendatum atque illustratum edere (quod utinam fecisset!) in animo habebat. In ed. Lond. et Luc. asterisci v. 10. post εὕρεσιν adpositi deficere aliquid indicant. Perspicacissimus alias *Hemsterhusius* pauca hic deësse arbitratus est, quare post εὕρεσιν orationem sic esse continuandam existimabat, ὁ δὲ 'Αβροκόμης διὰ μέσης etc. Plane hoc modo, expunctis etiam audacter asteriscis, excudi curavit Vindob. editor, quem tamen ne nomen quidem *Hemsterhusii* fando unquam accepisse pro certo habere licet, nedum ut ei de Miscellan. Observ. Batavis aliquid innotuerit. LOCEL.

P. 41. v. 3. ἐξέμαθεν.] Sic dedi pro ἐκμαθεν in Cod. Flor. Deinde pro εἰσὶ *Xenophon* fortasse scripserat ἦσαν, quamquam et illud ferri potest. Suspicionem adauget, quod p. 2. v. 4. in eodem Cod. male scriptum est εἰσὶ pro ἦσαν, et quod p. 43. v. 2. legitur ἥτις ἦν, p. 106. v. 3. ὅστις ἦν, p. 113. v. 15. τίνες δὲ ἦσαν. LOCEL.

P. 41. v. 3. τὸ δὲ . . . ὅτι.] Ne integrum atque incorruptum nobis servaretur ultimum illud eximium supplementum, ab invido fato prohibitum est. Quod

intercedit inter τὸ δὲ et μηδέπω tam extritum est in Cod. Flor. ut legi nequeat, nec tamen majus spatium implet, quam quinque circiter elementorum. Ex illo Cod. in margine sui exempli *Cocchius* enotaverat τὸ δὲ ὅτι μηδέπω, itaque etiam sic edidimus, relicto tamen exiguo spatio post τὸ δέ. Quid ipse scripserit *Xenophon* probabili conjectura proferre haud facile est. Nisi plura interciderunt, magnopere vereor ne τὸ δὲ corruptum sit: forte verius est τὰ δὲ, quod sequi solet post τὰ μὲν ἄλλα, quamvis hoc etiam per se solum stare possit. Post τὰ μὲν sequitur quidem τὸ δὲ apud *Thucyd.* lib. I. c. 90. init. Sed ibi τὸ pertinet ad πλέον, et apud Nostrum nihil habet quocum jungi possit. *Cocchius* in suo exemplo ad marginem latinae versionis hanc adscripserat interpretationem verborum Graecorum καὶ ἦν τὰ μὲν ἄλλα — — Ἀβροκόμης ἐπίσταται, *atque omnia his satis bene erant, excepto quod Abrocomam ista laterent:* ex quo adparet, pro τὸ δὲ ὅτι, placuisse ei πλὴν ὅτι. Quod praecedit παρῆν δὲ — — οἵτινές εἰσι, male omnino vertit *Aderat simul et Hippothous, quem Leuco agnovit, et ipse quinam illi essent, intellexit.* Non meminerat, Leuconi numquam visum fuisse Hippothoum, et *illi* non habet quo clare referatur. Ad extremum ut me breviter expediam, missis omnibus conjecturis, quas proferre possem, fateor me, pro τὸ δὲ ὅτι, nihil excogitare potuisse, quod plene satisfaceret, si quidem ad literarum, quae supersunt, ductum propius accedendum, atque exiguum relictum spatium implendum sit. Nisi tempus praesens in ἐπίσταται faceret ut subdubitarem, sic denique orationem utcumque conglutinarem, ἦν τὰ μὲν ἄλλα — ἐπιτηδείως, τὰ δὲ μὴ, ὅτι μηδέπω Ἀβρ. ταῦτα ἐπίσταται. Ad hanc conjecturam versio nostra aptatata fuit. LOCEL. Vocem in medio latentem ἐλύπει esse suspicor, ut adeo legeremus τὸ δὲ vel τοῦτο δὲ ἐλύπει ὅτι sqq.. *Hoc vero dolorem iis adferebat quod* sqq. Ita Noster lib. II. c. 10. Διῆγον δὲ ἐν ἀφθόνοις μὲν πᾶσιν, ἐλύπουν δὲ αὐτοὺς Ἀνθία καὶ Ἀβροκόμης ὀνχ' ὁρώμενοι *Zosim.* Hist. Nov. lib. VI. p. 378. — εὐφραινόμενοι — μόνον δὲ ἐλύπει. PEERLK.

P. 41. v. 4. ὡς εἶχον.] V. adnot. p. 194—195. Hanc formulam non intelligens *Schweb.* ad *L. Bosii* Ellips. p. 104. absurdum errorem erravit, Nostri locum p. 41. v. 7. adferens ad confirmandam ellipsin pronominis reciproci. In *Herodoto* lib. II. c. 121. p. 161. ὥσπερ εἶχον convertitur ut *erant* pro *statim*, quod equidem mallem. LOCEL.

P. 41. v. 5. βοῶν Ἀνθία.] *Heliod.* I. p. 29. Κνήμων ἐβόα νύκτα τε καὶ καθ' ἡμέραν. *Virg.* IV. Aen. 383. — *et nomine Dido — Saepe vocaturum.* Qui casus,

sus, ut et h. l. sunt vocativi. Haec adnotavi, ne quis cum *Palaireto* legendum putet, Ἀνθίαν. PEERLK.

P. 41. v. 6. συντυγχάνει.] In Vind. male legitur συντυγχάνοι, et infra v. 14. παρὰ τὸν pro πρὸς τὸν. LOCEL.

P. 41. v. 8. ταῦτα — — αἱ ψυχαί.] *Abresch.* comparat *Ach. Tat.* lib. VI. c. 3. pag. 512. ἐπίστευον ὅπερ ἤθελον. *Aelian.* de N. Anim. lib. V. c. 54. et *Heliod.* lib. VIII. cap 7. pag. 416. Alia protulit *D'Orvill.* ad *Charit.* pag. 541. LOCEL.

P. 41. v. 9. πολλὰ ἅμα πάθη.] Πολλὰ ἄλλα πάθη [in Lond. et Luc. edit.] non quadrat. Quid si ποικίλα ἄττα πάθη? Vide pag. 83. v. 11. p. 103. v. 4. Commode jungas πολλὰ καὶ ποικίλα πάθη, quae saepe jungi solent . . . . HEMSTERH. Quandoquidem ἄλλα manifeste corruptum videbatur, recepimus posteriorem admodum probabilem *Hemsterh.* emendationem; atque hanc quoque in animo habuisse *Salvinium*, conjicere licet ex ejus interpretatione *molte e diverse passioni.* Nec multum abest *Cocchii* versio *multifaria animi commotione affecti.* Parilis locus est apud *Charit.* lib. IV. c. 5 p. 98. κατελάμβανε δὲ αὐτὸν πάθη ποικίλα, θυμὸς, ἀθυμία, φόβος, ἀπιστία. Erit fortasse qui, propius ad vulgatum ἄλλα accedendo, corrigi velit ἀλλοῖα, cui non aegre adsentiar. Dubitationem omnem sustulit lectoribus Vindob. editor, ante πάθη clam expungens incommodum ἄλλα. Mox v. 5. vitiosam in Lond. ed. ἡ pro ἢ correctum fuit in Luc. et Vind. LOCEL. Nimium a vulgatis recedit *Hemsterh.* καὶ ποικίλα, quod quum in ipsum textum immiserit *Locella*, quis inique ferat, me de conjectura mea ausum fuisse edere πολλὰ ἅμα πάθη? Eam conjecturam a *Koenio* Dissert. Crit. Jur. p. 34. jam fuisse occupatam postea didici ex edit. *Iligtiana*, quam utendam mihi concessit humanitas *Wassenbergii.* Ἄλλα et ἅμα ut non multum differunt, praesertim si literis majusculis scribas, sic saepe in Cod. sunt permutata. v. c. *Xenoph.* Cyrop. lib. VII. c. 3. §. 7. Conf. *Canter.* Syntagm. de Emend. Graec. p. 23. et *Aberti* Observ Philol. p. 386 et 510. Restituenda obiter vox est *Orpheo* Argon. v. 291. Ὣς ἔφαθ'. οἱ δ' ἄρα πάντες ἐπῄνεον, ἐν δ' ἄρα φωνῇ Λαοὶ ἐπερρόθεον. Leg. οἱ δ' ἅμα πάντες. Quo minus autem dubitem, quin *Xenophon* hic scripserit πολλὰ ἅμα, faciunt similia ejus loca, ut lib. III. c. 5. ἐνενοεῖτο δὲ ἅμα πολλὰ, τὸν ἔρωτα, τοὺς ὅρκους sq. et cap. 12. πολλὰ ἅμα ἐσκόπει, τὴν Ἀνθίαν, τοὺς ὅρκους, sq. *Heliod,* VI. p. 264. πολλὰ ἅμα καὶ ἐξ ἐναντίων ἔπασχον. Miror *Palaireto* conjecturam meam non venisse in mentem, qui simi-

similem laudet ex *Plutarcho* locum in Crasso Tom. I. p. 560. τὸν δὲ Κράσσον ἅμα πολλὰ πάθη κάτεσχεν Ut Noster h. l. ἅμα ita *Ach. Tat.* lib I. pag. 17. utitur ὁμοῦ. Πάντα δέ με εἶχεν ὁμοῦ, ἔπαινος, ἔκπληξις, τρόμος, αἰδὼς, ἀναίδεια et *Charit.* lib. I. p. 12. τὴν Καλλιῤῥόην κατελάμβανεν ὁμοῦ πάντα. Φόβος, χαρὰ, λύπη, θαυμασμὸς, ἐλπὶς, ἀπιστία. PEERLK.

P. 41. v. 10. ὁ Ῥοδίων.] Existimans requiri articulum, ut sit ὁ τῶν Ῥοδίων, intrusit eum male sedulus Vindob. faber tignarius: tamen vel ex indice in *Herodian.* dedoceri potuisset, ubi ὁ δῆμος ὁ Ῥωμαίων e lib. II. c. 2. 6. 16. adnotatur: ut taceam sic solere Graece dici, e. c. apud *Demosth.* in Neaer. pag. 1379. ὑπὲρ τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων, et alibi saepius. Rursum in Londin. edit. v. 6—7. vitiose excusum ἀνολόλυξε correctum fuit in Luc. et Vindob. In Cod. Flor. recte legitur ἀνωλόλυξε. LOCEL. *Libanius* in argumento Orat. de Pace a *Demosthene* conscriptae, etiam sine articulo utitur Ἀθηναίων, ad q. l. *Beckius* „Necessarius, inquit, h. l. est articulus, quum civitas Atheniensium indicetur." *Xenoph.* Hellen. VII. 1. §. 17. τῷ Λακεδαιμονίων πολεμάρχῳ. Ubi elegantiam sermonis postulare τῷ τῶν judicat *Schneid.* Et negligentia librariorum facile posterior articulus potuit excidere. *Xenoph.* Cyrop. III. 11. 25. τῷ τῶν Ἰνδῶν βασιλεῖ. Ubi et τῶν vulgo abest, sed ex MS. Guelf. restituit *Zeun. Theoph.* Char. c. 7. in multis Cod. est τὴν Λακεδαιμονίων. PEERLK.

P. 41. v. 11. μεγάλην θεὸν ἀνακαλοῦντες τὴν Ἶσιν.] *Alta voce clamantes: Magna Dea Isis.* Obvia sunt multa exempla in quibus Dii Deaeque *magni* appellantur. *Magnus unicuique Deus, quem colit, videtur*, ait *Serv.* ad VI. Aen. 79. *Tibull.* IV. 13. *Quae sola ante alias est mihi magna Deas.* Dianae inprimis Ephesiae cognomentum est. Reperitur illud apud Nostrum lib. I. μεγάλην Ἐφεσίων Ἄρτεμιν. Ac forte in *Dionys.* Descript. Orb. v. 827. praeferat aliquis Παῤῥαλίην Ἔφεσον, μεγάλης πόλιν Ἰοχεαίρης, vulgato μεγάλην. Conf. *Alberti* Observ. Philol. p. 258. et *Spanhem.* de usu et Praest. Num. p. 424. — Ἀνακαλοῦντες autem notat *alta voce vocantes.* Verba cum ἀνὰ composita, ait *Gronov.* ad *Arrian.* Exped. Alex. V. 3. solent adhiberi in precibus tam festis quam tristibus, ad solemnem illam clamoris intentionem exprimendam, qui plane non erat submissus. Laudat deinde ἀνευφημεῖν, ἀναμέλπειν, ἀνειπεῖν, ἀνοιμώζειν, ἀνοδύρεσθαι. Patet ex indole linguae verba cum ἀνὰ composita significare aliquid quod sursum fit; quam potestatem si referas ad vocem, hujus intentio inde sequa-

sequatur necesse est. Ita apud *Heliod.* IV. p. 164. ἀναφθέγγομαι, Ἀναφωνέω apud *Plutarchum*, quod explicat *Valer.* Emend. I. p. 22. PEERLK.

P. 41. v. 12. διαναστάντες.] Docet quidem *H. Stephanus* in Thes διανίστημι significare *excito*, *exsurgere facio*, διανίσταμαι vero *exsurgo*, (et sic vertendum fuerat apud *Ach. Tat.* lib. V. c. 18. p. 460.) eamque potestatem retinere aoristum διανέστην et participium διαναστάς; certum vero hujus in participio activo significationis exemplum non subministravit. Invenias tamen aliquot apud *Polybium* et *Plutarchum*. Participio medio sic utuntur Alexandrini Bibliorum interpretes *Deuter*. XI. 19. LOCEL. Habet nonnulla de eodem verbo *D'Orvill.* ad *Charit.* p. 26. Ceterum hic nihil lego de donis istis magnificis, quae in oraculo lib. I. c. 6. Isidi dedicaturi narrantur. Ἴσιδι σεμνῇ — Σωτείρῃ μετόπισθε παραστῆς ὄλβια δῶρα. Ut forte hic Noster eorum quae ibi scripserat, non meminerit. PEERLK.

P. 41. v. 14. ἑαυτούς.] Minus recte *Salvinius* convertit *noi stessi*, et *Cocchius* etiam *nosmetipsos*; ignari fortasse uterque ἑαυτοὺς hoc loco Attice poni pro ἀλλήλους. Conf. adnot. p. 164. LOCEL.

P. 41. v. 15. αὑτοὺς ἄγουσι.] Sic scribendum esse judicabam pro αὐτοὺς ἄγουσι, *deducunt eos*, in edd. Postulare hoc mihi videbantur cum quae praecedunt, tum quae sequuntur. Supra p. 108. v. 12. habuimus σαυτὸν — ἄγε. Etiam sine casu verbum ἄγειν aliquoties occurrit in N. T. pro *ire*, q. d. *ducere se*; subauditur enim pronomen reciprocum. Conf. *L. Bosii* Ellips. pag. 104. LOCEL.

P. 41. v. 18. παρὰ.] Non placet παρὰ πάντων, vel ideo, quod praecipue haec de Anthia et Abrocome dici ostendunt satis tam quae antecedunt, quam quae sequuntur. Itaque corrigam ego περὶ πάντων — ὅσα τε — *de rebus omnibus*, *quae quisque passus fuerat.* Sed et sic accepit interpres [*Cocchius*] reddens *eorum quae quisque*; quod quum non praestet edita, et ipsum apparet legisse περί. ABRESCH. Sic in suo apographo non legit *Cocchius*, quia sic non edidit, neque ex ejus versione colligere licet, eum sic saltem legi oportere judicasse; nam *eorum quae quisque passus fuerat*, est interpretatio verborum ὅσα τε ἔπαθεν ἕκαστος. Verum est, nihil repugno, αὑτοὺς, (sic habet Lond. editio pro αὐτοὺς in ceteris) modo genuina sit lectio, rectius ad solos Anthiam et Habrocomen referri, at etiam considerandum est, praeter hos, in isto convivio adfuisse Hippothoum cum Clisthene, Leuconem item et Rhodam, qui omnes, excepto Clisthene,

thene, habebant nimirum quod amicis carissimis narrarent, et vero etiam narrasse facile credi potest: quare tam diu convivium protractum fuit. *Salvinius* quidem accommodate ad παρὰ πάντων, vertit *molti e varii a tavola furono di tutti i racconti*, sed ὡς αὐτοὺς ἀπολαβόντες χρόνῳ, omisit. Igitur, neque plane repudio *Abreschii* conjecturam, neque tamen locum ei in contextu esse praebendum censebam; quamvis in versione sequi, propter lectionem αὐτοὺς, aptius visum fuerit. LOCEL.

P. 41. v. 19. παρεξέτεινέ τε.] Παρεξέτεινόν τε mollius est, quam si, edita lectione servata, existimes ἀπολαβόντες absolute poni pro ἀπολαβόντων. Alioqui *Parthenius* habet c. VIII. παρατείνοντος δὲ τοῦ πότου. HEMSTERH. Conjunctiva τε, nisi defectum statuas vocum aliquot, locum habere nequit, ut scripsisse videatur forma media παρεξετείνετο. Tum ὡς cum *Cocchio* vel capias pro *utpote*, vel etiam pro ἕως. Posteriori sensu supplebis ἦσαν, *donec sibi longo post tempore fuerint redditi*. Altero modo jungenda in structurae ordine fuerint ἕκαστος, ὡς αὐτοὺς ἀπολαβόντες χρόνῳ. ABRESCH. Mihi utriusque viri docti conjecturae aequo fere jure, sed ea tamen lege videntur esse admittendae, ut verborum nexus sit τὰ διηγήματα — παρεξέτεινον (vel, si mavis, παρεξετείνετο, aut παρεξετείνοντο) ἐπὶ πολὺ τὸ συμπόσιον; quamquam fatendum est, remanere hoc modo duriorem illum nominandi casum absolutum in ἀπολαβόντες, de quo vide *Zeun.* ad *Viger.* de Idiot. p. 542. LOCEL.

P. 41. v. 20. ἀνεπαύοντο κ. τ. λ.] Levia haec sunt ad gravitatem et elegantiam qua in hujusmodi scriptis hodie utuntur, Graecis Eroticis utique non contemnenda. *Heliod.* V. p. 240. χωριζόμενοι δὲ ὅτε καθεύδειν ἔδει. σὺν τῇ τροφῇ μὲν ἡ Χαρίκλεια, ἐγὼ δὲ ἰδίᾳ καὶ Θεαγένης. *Long.* III. p. 300. εἰς ὕπνον ἐχώρουν, Χλόη μετὰ τῆς μητρὸς, Δρύας ἅμα Δάφνιδι. *Ach. Tat.* VIII. p. 533. *Eustath.* lib. V. p. 204. Est haec simplicitas quaedam, usitata etiam *Homero.* Vide v. c. Odyss. Γ. 395. sq. Neque omisit in gravi historia *Xenoph.* Cyrop. III. 1. τότε μὲν δὴ, ὥσπερ εἰκὸς, ἐκ τοιούτων ἀνεπαύοντο σὺν ἀλλήλοις. PEERLK.

P. 41. v. 26—27. ἥκω — τοιαύτη — οἵα.] Contulit *Abresch. Achill. Tat.* VIII. p. 471. ἔμεινε τοιαύτη — οἵαν αὐτὴν ἐξέπεμψας ἀπὸ Βυζαντίου. Adde *Arrian.* Exped. Alex. IV. 20. ubi Eunuchus interroganti Dario, ecquid pudica uxor mansisset, respondet, ὅτι ὦ βασιλεῦ, οὕτω τοι ὡς ἀπέλιπες, ἔχει ἡ σὴ γυνή. PEERLK.

P. 41. v. 30. δεσπότης.] Verecunde *herum* modo vocat Hippothoum, refugiens

fugiens nomen ejus, qui amicissimus esset Habrocomi, hac in re proferre. LOCEL.

P. 41. v. 30. *μένω.*] *Salvinium* in suo apographo habuisse ἦχω testimonio est ejus versio. Si *μένω* scripsit *Xenophon*, quod quidem in dubium vocare licet, enallage temporis adhibitum fuerit pro *ἔμεινα*. LOCEL.

P. 41. v. 32. *ταῦτα.*] Sic est in Cod. Flor. et sic fuisse in apographo *Salvinii* ex ejus versione docemur. In edd. vitiosum *πάντα* *Cocchii* oscitantiae debetur. LOCEL.

P. 42. v. 2. *ἐπεὶ τοῦτο ἤθελον.*] Sententiam parilem habuimus p. 115. v. 3. ubi quae ab *Abreschio* prolata sunt, magis cum h. l. congruunt. *Libenter* homines quod volunt, credunt, ait *J. Caesar.* de B. G. III. 18. et de B. C. II. 27. *Ovid.* de Art. Am. III. 647. *Prona venit cupidis in sua vota fides.* LOCEL. *Herodian.* V. 4. *πιστεύσαντες Ἀντωνίνου τε εἶναι τέκνον, καὶ ὁμοιότατόν γε, βλέπειν γὰρ οὕτως ἤθελον.* *Charit.* I. p. 5. *οὔτε πιστεύειν, ὡς οὐκ ἤθελε δυνάμενος.* *Joseph.* A. J. 8. p. 162. *θεοῦ δηλοῦσα παρουσίαν τοῖς τοῦτο καὶ βουλομένοις καὶ πεπιστευκόσι.* Conf. *Berneg.* ad *Sueton.* Caes. c. 32. PEERLK.

P. 42. v. 3. *ἐπανήγοντο.*] Ita reponendum fuit pro *ἐπανάγοντο* quod habet Lond. edit. Fecerat jam hoc Lucensis edit. curator, itaque et Vindob. sic edere debuit. LOCEL.

P. 42. v. 7. *ἐυθὺς, ὡς εἶχον.*] Hoc loco, quia praecedit *ἐυθὺς*, formula *ὡς εἶχον* ad verbum erat interpretenda: *ut erant, quo erant habitu.* LOCEL.

Additum *ἐυθὺς* intendit vim phraseos. Nos, *terstond, zoo als zy waaren.* Ita et *Xenoph.* Cyrop. III. 1. *Arrian.* Exped. Alex. II. 11. *ἐυθὺς, ὡς εἶχεν, ἐπὶ τοῦ ἅρματος — ἔφευγε.* PEERLK.

P. 42. v. 6. *πόλις.*] Id est *πολῖται.* Plane ut Noster, *Prodom.* VIII. p. 346. — — *ἥ γε μὴν πόλις — Ἐπεὶ τὸ συμβὰν καὶ τελεύμενον μάθοι.* v. *Valcken.* ad *Eurip.* Phoen. p. 343. Urbium quoque propria nomina pro civibus usurpantur. *Heliod.* IV. p. 203. *Δελφοὶ* habet pro civibus Delphos incolentibus. Quod et in *Herodoto* ab interpete non animadversum *L. Bos* Observ. Crit. pag. .. PEERLK.

P. 42. v. 8. *ἐνέθεσαν.*] *Hemsterh.* satis probabiliter opinatus est legi oportere *ἀνεθέσαν* Hoc certe usitatius est, tamen quia Cod. Flor. sic habet, nec veri simile est librarium in hoc verbo, quod mox recte scripsit, aberrasse, nihil immutare ausus sum. LOCEL.

P. 42. v. 9. *πάντα τε.*] Suspicatur *Hemsterh.* legendum esse *ἀνέθεσαν πάντων, ὅσα τε* etc. nisi, inquit, malis capere *τὴν γραφὴν πάντα τε* per *ἓν διὰ δυοῖν.* LOCEL.

P. 42. v. 9. *ἔπαθον.*] Sic esse emendandum pro *ἔπειθον*, quod sola habet Lond. edit. admonuerat *Hemsterh.* Supra p. 116. v. 1—2. eadem *ῥῆσις* legitur; et p. 113. v. 6. simile mendum sustulimus. In Luc. edit. est *ἔπαθεν* et postea *ἔδρασε*: in Vindob. vero *ἔπαθον* et *ἔδρασαν.* Idem vir doctus reprehendit *Cocchium* quod *γραφὴν* verterit *titulum*, quum debuisset *tabulam pictam.* Ita quidem etiam *Salvinius* transtulit, et verius, ut videtur, si vim usitatam verborum *γραφὴν τῇ θεῷ ἀνέθεσαν*, spectes; tamen multo libentius vertissem *titulum*, dummodo vocabulum *γραφὴ* sic usurpatum reperissem. Portentosa profecto fuerit tabula illa, in qua *omnia*, quae *passi fuerant* Anthia et Habrocomes, quaeque *egerant*, depicta essent. Scutum aliquod Herculis aut Achillis omnem probabilitatem superans. LOCEL. Publice olim in rerum gestarum memoriam et honoris causa tabulas pictas solebant proponere. De pugna Marathonia narrat *Nepos* in Miltiade. L. Aemilius Paullus rerum gestarum ordinem in tabula pictum publice posuit, ut scribsit *Aur. Victor.* Exemplum aevi recentioris dat *Herodian.* VII 2. Pugnam *καὶ γραφῆναι κελεύσας, μεγίσταις εἰκόσιν ἀνέθηκε πρὸ τοῦ βουλευτηρίου.* Similis generis est illa *γραφὴ* apud *Longum*, quam et hic comparat *Hemsterh.* et apud *Ach. Tat.* I. p. 5. sqq. Huc autem pertinent quae scribit *Gaulmin.* ad *Eustath.* pag. 412. „Supplices, si impetrassent, res suas sacerdotibus narrabant, ut in acta templi referrentur. Imo et in tabulis pictas relinquebant. Is ritus ad templa Christianorum postmodum transiit. PEERLK.

P. 42. v. 10. *κατεσκεύασαν.*] Est e Cod. Flor. pro *ἐσκεύασαν* in edd. LOCEL. Et ita legendum viderat *Palairetus.* PEERLK.

P. 42. v. 11. *προτεθνηκότες.*] Quod exemplum verbi addi potest alteri a *Stephano* ex veteri Epigrammate allato. ALBERTI. Repetit *Xenophon*, quod jam p. 98. v. 10. narraverat. LOCEL.

P. 42. v. 11. *καὶ αὐτοὶ — διῆγον.*] *Salvinii* versio, (in qua fidissimus ille interpres alias nihil addere consuevit, quod Graecis verbis in suo apographo non respondisset,) *ed essi in avvenire quivi stetero*, facit ut suspicer, eum ad vim verbi *διάγειν*, subaudito *βίον*, animum non advertisse, atque adeo indicasse legi potius oportere *καὶ αὐτοὶ τοῦ λοιποῦ ἐνταῦθα διῆγον*; verbo scilicet *διάγειν*, sic nude posito, *commorandi* tantummodo significationem tribuens. Cae-

terum

terum in Cod. Flor. prout in edd. haberi edoctus sum ab Rev. *Luchio*. LOCEL.

P. 42. v. 13. *καταβιῶναι.*] Ut *καταζῆν* frequentant plures. V. *Alciphr.* lib. I. epist. 32. *Diod. Sic.* lib. XIII. p. 353. *Aelian.* de Animal. lib. VII. c. 2. *Eurip.* Jone 56. ABRESCH. Posteriora duo exempla pertinent ad *καταζάω*, primum vero ad *συγκαταβιόω*, quod p. 107. v. 2. occurrit. Ipsum tamen *καταβιόω* etiam in *Alciphrone* legitur lib. I. epist. 15. In primis laudari merebatur *Plato* in Protagora Vol. III. p. 178. et in Alcib. I. Vol. V. pag. 7. quo simul adpareret, fere sine caussa existimasse *Stephan.* in Thes. Graecos τῷ διαβιῶναι potius uti pro *vitam traducere*, ut τῷ καταβιῶναι pro *vitam ad exitum perducere*. Alia exempla subministrant *indices* in *Dion. Cass.* et *Plutarch.* LOCEL.

P. 42. v. 13. *ἤδη.*] Sic habet Cod. Flor. pro δὴ in edd. De usu hujus particulae pro *tum*, *mox*, conf. adnot. ad p. 108. v. 11. LOCEL.

P. 42. v. 14. *ἤγειρεν.*] Sic, teste Rev. *Luchio*, perspicue legitur in Cod. Flor. pro mendoso *ἔγειρεν* in edd. Rursum ad h. l. nihil adscripsit *Cocchius*, in illo saltem suo exemplari, quo ego sum usus. LOCEL.

P. 42. v. 14. *γενόμενον.*] Sententiam plenam habent verba καὶ δὴ — — Ὑπεράνθ. μέγαν, neque video satis quo valeat γενόμενον. HEMSTERH. Corrigo καὶ δὴ Ὑπερ. — — μέγαν, γενόμενος ἐκεῖ. καὶ τὸν Κλεισθ. etc. *postquam eum in finem se eo contulerat.* Vocabulo ἐκεῖ cum offecisset conjunctiva καὶ, error, ut fit, traxit alterum, et γενόμενος transiit in γενόμενον. . . . ABRESCH.
Ad μέγαν adjectivum γενόμενον stare, per me, bene poterit, (non est enim jungendum cum ἤγειρεν, sed cum γενόμενον) et utrumque latine reddi posset, *quod magnum fieri contigit*, *magnum evasit*; tamen in versione, concinnitatis caussa, malui *Salvinium* et *Cocchium* sequi. Ita fere apud *Herodian.* lib. II. c. 1. s. 10. est ἐντιμότατον γενόμενον; ne plura addam. Ceterum non probo *Salvinii* versionem, *e di già avea drizzato in Lesbo un sepolcro magnifico ad Iperante.* Melius *Cocchius* per ablativum, quem dicimus absolutum, reddidit *sepulcro magnifico in Lesbo Hyperanthi exstructo.* Meminisse *Salvinium* oportebat; Hippothoum uxoris morte locupletem factum, et Tauromenio profectum, primo Tarentum adiisse, ibi Anthiam emisse, indeque Rhodum, ac tandem, reperto ibi Habrocome, cum eo Ephesum pervenisse. Tum vero vir doctus non invenisset, quando per illud tempus Hippothous Lesbum proficisci, ibique monumentum erigi curare potuisset: nisi forte, sive serio, sive per iocum, contendere velis, locum

sic esse intelligendum, ut per literas cuidam mandatum ea de re dederit. Itaque multo veri similius est, hoc voluisse *Xenophontem*, ut nos doceret, Hippothoum, postquam Ephesi domicilium collocare constituerat, priusquam ibi sedem stabilem figeret, de faciendo Hyperanthi sumtuosiore monumento Lesbi cogitasse, eoque profectum id fieri curasse: quo facto, Ephesum reversum, adoptasse sibi Clisthenem, atque Ephesi vixisse cum Habrocome et Anthia. LOCEL.

Palairetus legit *Ὑπεράνθους τάφον ἤγειρεν μέγαν, κατὰ Λέσβον γενόμενος — quum Lesbum venisset.* Ut *Achill. Tat.* I. p. 103. *ἐγένετο κατὰ Σαρεπτά. Dion. Halicarn.* I. p. 42. *γενόμενος δὲ κατὰ Σικελίαν*; et quae plura laudat vir doctus. PEERLK.

FINIS ADNOTATIONUM.

INDEX HOMINUM

QUI IN

XENOPHONTE EPHESIO OCCURRUNT.

A.

C.

E.

IN-

INDEX GRAECUS.

A.

B.

Γ.

Δ.

δι᾽ ὧν

Z.

H.

Θ.

μαν-

N.

Ξ.

O.

Π.

πάν-

P.

Φ. Φί-

INDEX RERUM

ET

SCRIPTORUM

QUI

EMENDANTUR ET ILLUSTRANTUR.

N. Nea-

N.

O.

P.

R.

S.

T.

EMEN-

EMENDANDA ET ADDENDA.

Emendanda duplicis generis esse videntur. Nam errores commissi sunt aut a typothetis aut a me ipso. De typothetis primum videamus.

In Graeco igitur contextu haec corrigantur.

Pag.	2	l.	24	pro	ἅπασιν	leg.	ἅπασιν.
—	3	—	5	—	ἂν	—	ἂν.
—	5	—	23	—	ἐρωμένην	—	ἐρωμένην.
—	5	—	35	—	προτιμώτερὰ	—	προτιμότερα.
—	6	—	3	—	ἆ	—	ἆ.
—	—	—	4	—	και	—	καὶ.
—	—	—	20	—	ἰυωχιας	—	ἰυωχίας.
—	7	—	21	—	καὶ	—	καί.
—	9	—	16	—	ὄψεσται	—	ὄψεσθαι.
—	12	—		—	Numerus paginae	—	16 pro 12.
—	17	—	10	—	ιδʹ	—	ιβʹ.
—	26	—	26	—	ἔξουτα	—	ἔξουσα.
—	27	—	9	—	τοταμοῦ	—	ποταμοῦ.

In Adnotationibus.

Pag.	96	l.	5	pro	admonnit.	leg.	admonuit.
—	—	—	29	—	ἄχοντες	—	ἄκοντες.
—	147	—	32	—	αἰχύνην	—	αἰσχύνην.
—	182	—	27	—	arum.	—	harum.
—	184	—	7	—	utrambilet.	—	utramlibet.
—	190	—	28	—	κατέχιντα.	—	κατέχοντα.

Pag.	190	l.	4	pro	subandiri	leg.	subaudiri.
——	——	——	——	——	*πράγματι*	——	*πράγμασι.*
——	192	——	28	——	Tas.	——	Tat.
——	196	——	14	——	Ἀριττβόυλου	——	Ἀριστοβούλου.
——	199	——	7	——	institutur.	——	instituitur.
——	202	——	20	——	perpicuum.	——	perspicuum.
——	206	——	28	——	minor	——	miror.
——	208	——	31	——	illi	——	illo.
——	246	——	18	——	*εἰρὴνης*	——	*εἰρήνης.*
——	267	——	20	——	habetior	——	hebetior.
——	272	——	33	——	quit.	——	quid.
——	273	——	14	——	*πλανομένη*	——	*πλανωμένη.*
——	——	——	29	——	*ἥδη*	——	*ἤδη.*
——	276	——	21	——	coreximus	——	correximns.
——	284	——	29	——	*ἐχει*	——	*ἔχει.*
——	285	——	18	——	*δικῆματι*	——	*δικήματι.*
——	294	——	27	——	*ἐσθῆται*	——	*ἐσθῆτα.*
——	326	——	19	——	*ἐυχόμεος*	——	*εὐχόμενος.*
——	348	——	16	——	servara.	——	servata.
——	367	——	1	——	Al d	——	aliud.
——	——	——	4	——	habuis pographo	——	habuisse apographo.
——	379	——	31	——	adau e t.	——	adauget.

In meis, si fieri possit, haec emendarem. Ad singulas paginas numerum paginarum ed. Loc. adscriberem, nec in Graeco contextu novam distinguendi rationem cum Locella sequerer. Nam nova mihi non placent, nisi sint meliora antiquis. In reliquis nihil omnino emendarem. Sunt enim omnia, paucissimis tantum exceptis, juvenili aetate conscripta, ut in praefatione monui. Quae addenda censui, haec habe.

In Graeco contextu p. 1. l. 3. Arnald. legit *κάλλους*, *τοῦ* sq. p. 1. l. 6. Camph. etiam conjecerat *καὶ θήρα.* p. 1. l. 18. pro *κατεφαίνετο* vir doctus in exemp. Donck. *κάλον ἐφαίνετο.* p. 2. l. 1. *ὑπερήφανος καὶ ἀπαραίτητος.* Arn. p. 3. l. 13. *βλάβων* aut *ταμὼν δὲ τὴν κόμην* v. d. Donk. l. 21. *καὶ ὄτρυνε μὴ θέλοντα.* Arn. l. 23. *ἄσωτον, σῶσον ἐπί.* D. p. 4. l. 28. *ἐραστῇ* pro *ἀνέστ.* Arn. Id. l. 30. *λυσσάδ' ἰωκτοὶ*

pro

pro λυσσοδίωκτος. p. 5. l. 12. pro μετὰ ταῦτα D. μαθοῦσα. l. 24. ἐπ' αὐτῇ τῇ κλίνῃ aut ὑπ' αὐτῇ τῇ σκηνῇ, ut nos edidimus, Camph. p. 6. l. 11. pro κακῶς Arn. εὖ κακῶς. D. illud κακ ex praecedenti και repetitum suspicans, legit ὡς. l. 19. ἄν τε ἐπεθύμησαν χρόνῳ Arn. p. 7. l. 12. ἅμα νοοῦντες. Camph. p. 8 l. 22. pro ἀυτῶν D. ἔντων. p. 9. l. 34 pro φοβερὸν Arn. φλογερὸν aut σφοδρὸν Arn. p. 11. l. 1. pro δωμάτιον D. δῶμα ἄπιον. l. 5. pro παραδοθέντες πειρατῶν D ἐραστῶν aut ἀκρατῶν. p. 13. l. 16. pro τῆς ψυχῆς D. σῆς. l. 23. pro ἐρᾷ σου D. ἔρωτα. p. 16 l. 16. pro συγκρύψαντι Arn. συγκύψαντι. l. 18. pro τὴν ζήλην περιάξομαι, Arn. δούλην ἔτι ἀνέξομαι. pro δούλην D. δείλην. 18. l. 17. pro ἀδικουμένη D. ἀδικουμένου ut Locella. p. 20. l. 28. pro ἀφελὼν λείψανα Arn. ἐφίλουν. p. 21. l. 15. pro ἄλλο D. ἀλλὰ ut nos. p. 25. l. 32. pro πάντα D 'Ανθίαν. p. 26. l. 4. pro ὁρᾷ D. εὑρὼν, nam in ed. Lond. legebatur ὁρῶν. p. 27. l. 16. pro ἀντακαταστησάμενοι Arn. κἀνταῦθα στησάμενοι. p. 28. l. 17. pro δέχεται Arn. νήχεται. p. 30. l. 13. καὶ οἱ κύνες (οἱ κύνες δὲ ἦσαν 'Αιγύπτιοι.) D. fere ut nos Et ita Treslingium voluisse postea vidi in exemplo ed. Londin. quod mihi utendum dedit nobilissimus Collotus D'Escurius, qui in Academia Groningana adolescens Xenophontem accurate cum Treslingio legerat, et in praefatione carminum, nuper ab illo editorum significavit quanti scriptorem nostrum faciat. p. 32. l. 11. pro γενομένην D. κρινομένην. p. 36. l. 15. πολλὴν εἶχε καὶ χαλεπωτέραν Arn. p. 37. l. 30. post χωρίῳ Camph. ut Higt. inserit τεθεωρηκὼς p. 42. l. 9 pro πάντα Arn. πάντων. — Atque haec quidem virorum doctorum, quos in praefatione nominavi. De meis haec tantum subjungere lubet. Adnot. p. 231. Συνουσιάζειν a recentioribus tamquam verbum activum usurpari, patet etiam ex Schol. Arist. Av. p. 396. πολλοὺς δὲ καλοὺς — διεμήρισαν. ἄνδρες ἐρασταί. Schol. διεμήρισαν] συνουσίασαν. Artemid. Oneir. II. c. 27. ὁ ἐφιάλτης τι καὶ διδῷ καὶ συνουσιάζῃ.

P. 190. Locum Achillis Tatii eadem ratione emendaverat J. Ruardius Spec. Crit. p. 45. qui exemplo suo haec adscripsit. Sic Philem. Fragm. 84. φύσει γὰρ οὐδεὶς δοῦλος ἐγενήθη ποτε. ἡ δ' αὖ τύχη τὸ σῶμα κατεδουλεύσατο. Geminus locus est apud Sophocl. Aj 487. ἐγὼ δ' ἐλευθέρου μὲν ἐξέφυν πατρὸς, νῦν δ' εἰμὶ δούλη. θεοῖς γὰρ ὧδ' ἔδοξέ που. — Postea etiam ex edit. Bipontina vidi fuisse qui ἔφυν pro ἔφην in Tatio legeret.



i.ne